BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
16 E
18/1

VIII b 7

CONCILIATIO DILVCIDA

OMNIVM CONTROVERSIARVM, quæ in doctrina duorum ſummorum Theologorum S. Thomæ, & ſubtilis Ioannis Scoti paſſim leguntur.

ADDITO NON SINE MAXIMA ACCESSIONE in vniuerſam Theologiam, præclaro Directorio.

AVCTORE

ILLVST.MO AC REVEREND.MO D. D.
F. CONSTANTIO SARNANO
S. R. E. Cardinale Ampliſsimo.

Ad usum F. Felicis Ossatonii Lobom. Ord. Min. Obs.



ROMAE,

Apud Dominicum Baſam. M. D. LXXXIX.

Pertinet ad Conv. Sancti Francisci de Urbe Transtiberim

SANCTISSIMO PATRI, ET D. N. SIXTO V. PONT. MAX. P. F.

D*IFFICILIA, Beatiſsime Pater, aggredi, in quibus potiſsimum eluceſcit virtus, cum honeſtum per ſe, tum vtile admodum cenſetur, vel ad ingenij, corporisq. vires exercendas, vel ad alios iuuãdos: omitto laudem, et gloriam: quarum aut nulla, aut exigua ratio habenda homini Chriſtiano eſt. Vere namque, & ſcite præcipiunt, qui hominis vitam recte inſtitutam, informatamq; volunt: homini ſic eſſe viuendum, vt, aut in rerum cognitione, aut in præclaris actionibus is aſsidue verſetur: ne locus otio relinquatur, quo animus torpeſcat, corpusq. contabeſcat, & humanitatis officia in eo deſiderentur: quippe qui & rerum cognitionem, & actiones omnes cum ad bene beateq. viuendum, tum ad alios recte, beateq. viuendi ratione inſtruendos conferre debet. Quod vt aſſequatur, labores omnes ei ſunt perferendi, ac difficul-*

tates quæque ſuperandæ. Hæc vero cum hominibus cunctis, tum præcipue ijs, qui Religioni, ſacriſq. addicti ſunt; propoſita eſſe debere, nemo eſt, qui neſciat: Quorum religioſorum hominum præcipuum, propriumq. munus eſt, & ſcire, & docere: ſcire autem illi omnino debent, vt doceant: cũ a cæleſti ipſo veritatis Magiſtro, Chriſto Domino, & ſalis, et lucernarũ nomine appellentur: vt eorum ſapientia, virtutumq. ſplendore, & exemplis; aliorum vitam, moreſq. condiant, perfecteq. inſtituant. Hæc ipſe mecum, Beatiſsime Pater, cum ſæpiſsime animo reputem, dum priuatus in Seraphica Religione fui, optime intellexi ſemper, quantum mihi, ſacerdotij munere fungenti, Theologiamq. profitenti, elaborandũ eſſet, vt onus mihi, Dei Opt. Max. benignitate impoſitum, quàm optime ſuſtinerem. Iam vero nunc, cum & ipſius Dei præcipuo quodam munere: & admirabili Beatitudinis tuæ liberalitate longe maiori, & honore & munere ſim auctus, Epiſcopali ſcilicet, et Cardinalitio, apertius etiam intelligo, quanto, quàm antea, maiora mihi præſtanda ſint. Quæ tamen in re illud vnum doleo maxime, quòd optimæ voluntati meæ vires haud eſſe pares plane ſentio. Verumtamen præclare ſatis mecum actum iri exiſtimo: ſi in mearum virium imbecillitate, optima cum a Beatitudine tua, tum ab omnibus probetur voluntas. Itaque quamquam imbecilli exiguiq. ingenij mei eram conſcius: opus tamen arduum, ac perdifficile iam inde

ex eo

ex eo tempore, cum Peruſiæ docebam, ſum aggreſſus, & Cardinalis iam factus, Deo bene iuuante, abſolui: ſumpſi inquam mihi id laboris, atque operis, vt ſanctum Thomam, eximium Eccleſiæ Doctorem, et Ioannem Scotum, ingenij præſtantia clarum, quem propterea doctorem ſubtilem iure, meritoq. appellamus, ambos equidem viros ad omnem Theologiæ quæſtionem dilucide explicandam inſtructiſſimos, præcipueq. libris quattuor Sententiarum exponendis diligentiſſimos, aliquando, vt plerisque videtur, inter ſe diſſentiẽtes, conciliarem. Qui labor a nemine vnquam, quod ſciam, ſuſceptus eſt: quia fortaſſe non arduus modo, & perdifficilis, ſed etiam haud ferri poſſe ſit viſus: cum duo illi ſummi viri in multis pugnantia ita ſcripſiſſe videantur, vt nullo pacto inter ſe conueniant. Ego vero, qui probe noui illos viros ingenij ſolertia præſtantes, vno, eodemq. ſpiritu ductos ad ea ſcribenda eſſe aggreſſos, quæ eundem ſpectarent finem: quæq. Dei Eccleſiæ plurimum conducerent, pugnantia, nec ſenſiſſe, nec voluiſſe illos, omnino mihi perſuaſi, eorumq. ſuſcepi refutandum errorem: qui cum verbis, tum rebus illos diſſenſiſſe affirmare auſi ſunt, atque adeo audent: confidoq. me illud aſſecutum, vt vnuſquiſque facile intelligat, verbis, non autem rebus tantos viros diſſenſiſſe. Id vero ad Chriſtianæ Religionis pietatem plurimum intereſſe arbitror, cum homines non mediocriter offendantur, dum eos ipſos, Scholaſticæ Theologiæ Magiſtros egregios

inter ſe concertare audiunt; quaſi eorum doctrina, non ab eo ſpiritu, qui Catholicam Eccleſiam gubernat, profecta ſit. Mihi vero delegi eorum, tanta doctrina præcellentium, lucubrationes in quattuor Sententiarum libros præcipue conciliandos, quod in his magis, quàm in alijs diſſentire videntur: quodq. diſſenſio de rebus, quæ quattuor his libris continentur, ceteris, quas illi ſcripſerũt, plurimas, multo magis intereſſe videtur, cum quattuor libri illi Theologiam omnem complectantur. Feci etiam, quòd quattuor illorum librorum lectione mirifice ſemper ſum delectatus: qui breuibus Sentẽtijs, maxima quæque Diuinitatis myſteria, Chriſtianæq. Religionis dogmata, & ſacramenta continent. Quare Petrus Lombardus dignus a me ſemper iudicatus eſt, vt Sententiarum vocetur Magiſter: & in eius Sententijs enucleandis, explicandisq. ſanctiſſimi, ſapientiſſimiq. viri permulti, præſertim S. Thomas, & Scotus inſudarint: quorum alter Angelicus, alter ſubtilis nuncupatur doctor: atque adeo alter Prædicatorum ordinis, alter minorũ decus eſt, et ornamentum: ille autem Eccleſiæ Dei Doctor eximius eſt, firmum adeo præſidium, vt minime refelli poſſe videantur, quæ eius Sententia comprobata ſint. Sed hactenus de mei operis inſtituto. Reliquum eſt, Beatiſſime Pater, vt, cum ipſe decreuerim opus hoc meum edere, ſanctiſſimo maximoq. Nomini tuo illud dedicem, cui iam non mea ſolum, ſed me plane totum dicatum eſſe volui: cum admirabili

mirabili

mirabili benignitati tuæ illa debeam omnia, quæ in me ſunt, etenim a Sanctitate tua ita ornatus, auctusq. ſum, vt ex priuato Theologo Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis fuerim creatus: omitto alia beneficia innumerabilia, & maxima, quæ in me, & priuatum, & Cardinalem contuliſti: ſed non ea tantum ratio me impulit, quod Sanctitati tuæ debeo, quidquid ſum: ſed quod in re tanta, ac tam difficili, ſapientiſsimum iudicium tuum mihi omnino exquirendum, adhibendumq. duxi: cum perinde ſapientiæ laudibus excellas, ac dignitatis amplitudine cũctis antecellas hominibus: cumq. vt nunc ſummus Pontifex es, ſummus ſemper Theologus habitus fueris, & habearis. Quamquam non ſapientia tantum, & dignitas, ſed omnia quoque in te ſumma ſunt, ac mediocre nihil dici poteſt: cum virtutum omnium, rerumq. geſtarum magnitudine ſummum illud ſis aſsecutus, quod a multis expeti: a te vero vno potuit occupari. Sed tuarum laudum hic locus non eſt. Tuo igitur iudicio, & quòd ſummus Pontifex, & quòd ſummus Theologus es, meas has lucubrationes examinandas, & probandas defero. Id quod ſi mihi dabit, Iudicij tui ſumma integritas ab omnibus probatas, & ab vniuerſa Eccleſia illas receptas ſperare poſse videor. Addidi etiam Conciliationum operi, Directorium Theologicum, iam alias a me editum, Nominiq. tuo nuncupatum: nunc vero recognitum, et auctum Sanctitati tuæ iterum dicatum eſse volui.

sed

Sed meas has lucubrationes eo animo Sanctitati tuæ præbeo, vt etiam pollicear, me poſthac alia etiam effecturum, quibus a Sanctitate tua otij mei ratio probari poſsit: & hominibus non inutilia ſint. Vale, Beatiſſime Pater, ac diu, feliciſsimeq. & tibi, & Eccleſiæ Catholicæ viue. Romæ. M. D. LXXXIX.

Sanctitatis tuæ

Seruus perpetuus, omniq. iure deuinctiſs.

F. Conſtantius Card. Sarnanus.

CONCILIATIONES CONTROVERSIARVM INTER S. THOMAM ET SCOTVM SPECTANTES

Ad quattuor Sententiarum libros, in quorum primo tractatur de Re increata; hoc eſt de Deo, ac de einſdem, diuinarumq; perſonarum proprietatibus, necnon de productionibus earumdem.

PRIMA CONTROVERSIA.

MAGNVM diſcrimen eſt inter S. Thomam, & Scotum de Deo, vt finis eſt, & de cognitione illius.

S. THOMAS 1. p. quæſt. 1. artic. 1. Et in eadem 1. p. q. 23. art. 1. Et q. 62. art. 1. Et q. 75. art. 7. ad 1. arg. & in 1. 2. q. 109. artic. 5. Et in 3. Sent. diſt. 23. q. 1. artic. 4. q. 3. & alijs locis, dicit quòd Deus eſt finis nobis ſupernaturalis, & eſt naturaliter ignotus; & probat auctoritate Iſaiæ c. 64. Oculus non vidit Deus abſque te, quæ præparaſti diligentibus te; & alijs etiam rationibus.

SCOTVS q. 1. Prologi dicit quòd Deus eſt finis nobis naturalis. Quòd autem Deus, vt finis, ſit nobis naturalis, probat tribus modis. Ex hoc habetur ex mente Scoti, quòd Deus ſit nobis naturaliter notus, & finis naturalis.

CONCILIATIO.

DICENDVM eſt, quòd aliud eſt loqui de potentia, quatenus eſt propenſa ad actum, & aliud eſt loqui de potentia, quatenus recipit actum ab agente ſupernaturali: ſi ſit ſermo de potentia quatenus eſt propenſa ad actum, ibi non eſt ſupernaturalitas: ſi ſit ſermo de potentia, quatenus recipit actum ab agente ſupernaturali, ibi eſt, & poteſt eſſe ſupernaturalitas. Vt homo naturaliter inclinatur ad beatitudinem, hic non eſt ſupernaturalitas: quòd autem homo actu ſit beatus, hic eſt ſupernaturalitas; quia recipit eam ab Agente ſupernaturali. Similiter Deus eſt finis

Potentia non perficitur, nec quietatur niſi in eo, in quo ſalua-

tur perfectiſſima ratio obiecti.

nis naturalis reſpectu inclinationis: eſt verò ſupernaturalis, reſpectu, attingentiæ ipſius potentiæ. Et ſic nulla eſt diſſenſio inter S. Tho. & Scot.

SECVNDA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas. 1. p. quæſt. 1. artic. 1. in ſolutione principalis quæſtionis:& in 3. lib. contra Gentiles c. 53. dicit, quòd homo ordinatur ad finem ſupernaturalem, ad quem ex ſe eſt indiſpoſitus: & vt paulatim ad illum diſponatur, neceſſaria eſt ſibi iſta cognitio ſupernaturalis tradita in ſacra Scriptura.

SCOTVS in Prologo 1. Sent. q. 1. dicit, quòd hæc ratio S. Thomæ eſſet efficax, ſi eſſet probatum, quòd homo ordinatur finaliter ad viſionem beatificam: cuius probatio pertinet ad 4. lib. Sent. diſt. 49. q. 4.

CONCILIATIO.

Ordo demõſtrationis, et doctrinæ.

ORDO demonſtrationis poſtulat, prius demonſtrari, hominem ordinari ad Deum videndum, tanquàm ad finem, cum hoc ſit principium; quod voluit Scotus: ordo tamen doctrinæ poſtulat, vt hoc ſuppoſito ad poſterius procedatur: & hoc voluit S. Thomas.

Scot. de facto tenuit, lumen gloriæ, & tantum ipſum denegauit de potẽtia Dei abſoluta. Vide Scotum, 7. q. quolib. ar. 2

PRO explicatione S. Thomæ aduerte, intellectum noſtrum diſponi, & eleuari ad finem ſupernaturalem, & ad actum improportionatum, duobus modis accipi poteſt: vno modo, quò ad actiuitatem. † Et ſic verum dicit S. Thomas: nam impoſſibile eſt, aliquam potentiam eleuari ad finem ſupernaturalem, niſi diſponatur per aliquod ſibi confortans. Alio modo, quò ad receptionẽ improportionati obiecti, vel formæ. Et hoc modo non eſt neceſſe, potentiam eleuari per aliquam diſpoſitionem ſupernaturalem.

TERTIA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. p. quæſt. 1. artic. 1. ſoluendo ſecundum principale dicit, quòd eadem concluſio, & diuerſæ ſcientiæ diuerſificantur per diuerſitatem mediorum. Vt eadem concluſio, nempe, terra eſt rotunda, poteſt probari ab Aſtrologo, Mathematico, & Naturali Philoſopho: non tamen dicitur eadem ſcientia: quia quamuis ſit eadem concluſio, eſt tamen diuerſa ratio probandi.

Terra quòd ſit rotũda, ponitur ab Ariſt. l. 2. cali cõtex. 76.

SCOTVS q. 1. Prologi reprehendit S. Thomam quò ad illationem conſequentiæ: Nam licet Theologia ſit ſcientia ab alijs diuerſa, ex hoc tamen non ſequitur, quòd ſit neceſſaria.

CONCILIATIO.

An varietas cauſarũ variet ſpeciem.

MODVS ſoluendi eſt iſte, ſcilicet, Dato, quòd eadem concluſio: Terra eſt rotunda, probetur à diuerſis artificibus, eſt tamen notandum, quòd illa concluſio eſt tantùm materialiter eadem, non autem formaliter.

Scotvs ergo dicit, non eſſe neceſſariam Theologiam ad cognitionem illius concluſionis, abſolutè loquendo, non diſtinguendo de materiali, vel formali cognitione. S. Thomas verò loquitur de cognitione formali, quæ diſtincta eſt in Theologia, & in ſcientia naturali, etiam ſi ſit eadem concluſio.

Vide Scotũ in 1. diſt. 2. parte. 1. q. 4. ſoluendo primum.

Praeterea dicendum pro explicatione S. Thomæ: Dato, quòd aliqua ſcientia tractet de omnibus ſcibilibus, vt eſt Metaphyſica, non ſequitur tamen propter hoc, non eſſe neceſſariam Theologiam. Nam rationes ſunt in duplici differentia: quædam dicitur ratio vniuerſalis, quædam autem dicitur propria, & ex proprijs procedere. Metaphyſica tractat de omnibus entibus, ſub ratione tamen vniuerſali, vt de prædicatis proprijs Deo competentibus: illa tamen prædicata ſunt habita ex communibus, & poſterioribus: alia tamen eſt ratio propria, & ex proprijs habita, vt prædicata Dei benedicti: Deus eſt trinus, & vnus. Et de ijs tractat ſola Theologia, ratione quorum Theologia eſt neceſſaria.

Metaphyſicus nõ conſiderat propria Dei ſupernaturaliter cognoſcibilia, cõſiderat tamẽ propria Dei, quæ ſunt naturaliter cognoſcibilia, & ideo Achillinus, Sueſſanus, & Dominicus de Flãdria, nõ bene capiunt Scotũ hic.

QVARTA CONTROVERSIA.

Sanctvs Thomas 1. p. quæſt. 1. artic. 7. & 1. 2. q. 3. artic. 6. & in 2. 2. q. 4. artic. 1. tenet quòd principia ſcientiæ continent totam ſcientiam virtualiter, quemadmodum Metaphyſica continetur in ſuis principijs.

Scotvs verò tenet in 3. q. Prologi, quòd tota ſcientia contineatur virtualiter in ſuo ſubiecto: & ideo videtur quædam differentia inter iſtos.

CONCILIATIO.

In rei veritate poteſt defendi vtraque opinio, hac tamen data diſtinctione: Scientiam contineri, dupliciter contingit, mediatè, & immediatè. Totum ſubiectum mediatè continet totam ſcientiam, quoniam per propriam paſſionem ſubiectum poteſt producere ſcientiam. Immediate verò, ſcientia tota continetur in ſuis principijs: & ideo Sanctus Thomas, & Scotus bene dicunt.

Scientiam cõtineri dupliciter cõtingit.

QVINTA CONTROVERSIA.

Sanctvs Thomas 1. p. quæſt. 1. artic. 2. ponit hanc concluſionem. Quòd Theologia noſtra eſt ſcientia, & ſubalternatur ſcientiæ Dei, & Beatorum: ponitq. vnam diſtinctionem, quòd duplex eſt ſcientia: Quædam enim eſt ſcientia, quæ procedit ex principijs notis lumine naturali intellectus, ſicut Arithmetica, Geometria, & huiuſmodi: Quædam eſt ſcientia, quæ procedit ex principijs notis lumine ſuperioris ſcientiæ: quæ eſt ſcientia Dei, & Beatorum. Quælibet ſcientia ſubalternatur ei, à qua accipit ſua principia: ſed Theologia noſtra accipit ſua principia à ſcientia Dei & Beatorum. Ergo Theologia noſtra ſcientiæ Dei, & Beatorum ſubalternatur.

Duplex ſcientia.

Scotvs in prologo primi Sent. q. 4. pluribus medijs arguit contra concluſionem S. Thomæ: quæ media, gratia breuitatis, omitto.

CONCILIATIO.

Vide Scotũ in 3. ſent. diſt. 24.

Concordia eſt: Vel loquimur de ſcientia ſubalternante, & ſubalternata perfectè, quantùm ad omnes cõditiones ab Ariſtotele 1. Poſteriorum contex. 23. aſſignatas; & ſic verum dicit Scotus: vel imperfectè quantùm ad aliquas conditiones; & ſic verum dicit S. Thomas.

SEXTA CONTROVERSIA.

Sanctvs Thomas 1. p. q. 1. artic. 4. & 5. in ſolutione principalis quæſtionis & in q. 1. prolog. 1. Sent. art. 3. tenet, Theologiam eſſe practicam, & ſpeculatiuam: nam participat de rebus diuinis, & de actibus humanis; qui actus regulantur per ſacram Theologiam.

Opinio Scoti eſt 1. Sent. in Prologo q. 5. quòd Theologia in noſtro intellectu creato eſt practica, vt Deus eſt trinus, vnus, infinitus: quæ, proprietates dirigũnt nos ad magnitudinem Dei: vt Verbum caro factum eſt, eſt propoſitio contingens, quia non eſt ſpeculatiua, ſed practica: quia dirigit nos ad actiones gratiarum, ac Deum ipſum laudandum.

CONCILIATIO.

Theologia cõſideratur quattuor modis.

Vide Ioannẽ de baſſolis q. 8. prologi.

Theologia poteſt conſiderari quattuor modis, primo modo in ſe, ac in ſua entitate; & iſto modo eſt partim practica, & partim ſpeculatiua. Secundo modo poteſt conſiderari reſpectu obiecti: & hoc modo dicimus etiam, quòd eſt partim ſpeculatiua, & partim practica: quia obiectum eſt Deus, de quo habetur vtrumque. Tertio modo reſpectu intellectus increati, ſcilicet, Dei, & ſic tota eſt ſpeculatiua, & non practica: quia in voluntate diuina nullo pacto poteſt eſſe actus dirigibilis ad finẽ. Quarto modo poteſt conſiderari Theologia reſpectu intellectus creati; & ſic eſt practica, quantum ad actum vltimum, & remotum, qui eſt actio: ſpeculatiua autem, quantum ad actum proximum, qui eſt cognitio. S. Thomas ergo conſiderauit vtrumque actum: Scotus autem vltimum tantùm.

SEPTIMA CONTROVERSIA.

Sanctvs Thomas 1. p. q. 98. art. 1. circa finem corporis, & in 1. 2. q. 9. artic. 6. vltra medium. & 1. p. q. 90. art. 3. dicit, quòd, quia anima immediatè creatur à Deo, ideo immediatè in Deo quietatur.

Scotvs in 1. Sent. diſt. 1. q. 1. arguit contra S. Thomam, quòd hæc conſequentia non valet, quia Deus non quietat, in quantum principium effectiuum, ſed in quantum obiectum perfectiſſimum.

CONCI-

CONCILIATIO.

CONCILIANTVR iſti Doctores per ea, quæ habet Scotus 8. diſtinct. primi Sent. q. 4. vbi probat, quòd ex quo eſt principium effectiuum ipſe Deus, quòd contineat eminenter, vel virtualiter cauſalitatem cuiuſcumque cauſæ ſecundæ: & ratio principij effectiui neceſſariò includat rationem vltimi finis; & ideo quietat, in quantum efficit, & in quantum eſt obiectum perfectiſſimum; & hoc non negaret S. Thomas. *Conciliantur S. Thomas, & Scotus.*

OCTAVA CONTROVERSIA.

INTER S. Thomam 2. 2. q. 2. art. 8. & Scotum eſt alia controuerſia: Nam S. Thomas, cum nullam diſtinctionem ex natura rei inter eſſentiam, & perſonas collocet, tenet, prorſus eſſe impoſſibile, quòd intellectus creatus comprehenſoris videat eſſentiam, non videndo perſonas: & quòd voluntas viatoris non poſſit frui eſſentia, non fruendo perſonis, vt habetur à S. Thoma 1. Sent. diſt. 1. q. 2. Nam ratio fruitionis eſt ſumma bonitas: ſed ſumma bonitas eſt in tribus perſonis indiuiſa. Ergo vna non eſt fruibilis ſine alia.

SCOTVS vero in 1. Sent. diſt. 1. q. 2. oppoſitam tuetur ſententiam; quòd comprehenſor poteſt videre eſſentiam, non videndo perſonas: & frui eſſentia, non fruendo perſonis.

CONCILIATIO.

SANCTVS Thomas loquitur de potentia Dei ordinata, & de facto, quòd intellectus comprehenſoris non poteſt videre eſſentiam, non videndo perſonas. Scotus vero loquitur de potentia Dei abſoluta; quòd poteſt videre eſſentiam, non videndo perſonas: Nam de ratione obiecti beatifici non eſt Trinitas perſonarum: ſed eſt hic Deus ſecundum rationem diuinitatis. Ergo ſine contradictione conſiſtere poteſt viſio beatifica creaturæ ſine hoc, quòd terminetur ad perſonas. Ita dicendum eſt de voluntate viatoris, quòd poteſt frui vna perſona, non fruendo alia: & quòd poteſt frui eſſentia, quæ eſt in patre, non vt eſt in filio, fruitione actuali, & non habituali. *Poſſibile eſt frui vna perſona, nõ fruẽdo alia, fruitione actuali, & non habituali.*

MODO ad argumentum S. Thomæ dicitur, quòd, licet ratio fruibilitatis, quæ eſt ſumma bonitas, ſit indiuiſè communicata; tamen præcipue eſt ab abſtrahibilis ab vna, vel ab alia perſona. Et ſic viator poteſt frui eſſentia, quæ eſt in patre, non vt eſt in filio. *Abſtractio hic, idẽ eſt, quod conſideratio vnius, non conſiderando alia.*

NONA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. p. q. 82. artic. 1. tenet, quòd voluntas apprehendens vltimum finem, neceſſariò eo fruitur, & non poteſt non frui.

SCOTVS in 1. Sent. diſt. 1. q. 4. tenet totum oppoſitum, ſcilicet, *Augu. 1.*

Dato,

Retract. c. 9. & 22. to. 1. Dato, quòd voluntas apprehenderit vltimum finem, non tamen neceſſariò eo fruitur; quia nihil eſt tam in poteſtate voluntatis, quàm ipſa voluntas.

CONCILIATIO.

Libertas eſt de eſſentia voluntatis. Vide Scotum in 2. ſent. diſt. 4. & 5. q. 2.

VOLVNTAS comprehenſoris duobus modis poteſt conſiderari; vno modo reſpectu obiecti: & ſic fruitur neceſſariò vltimo fine, & non poteſt non frui: non quòd natura voluntatis, quæ libera eſt, mutetur; ſed quòd deſit ab extrinſeco aliquid, quod auertere poſſit eam ab actu circa tale obiectum. Alio modo reſpectu ſui ipſius; & ſic non neceſſariò eo fruitur ab intrinſeco; quia ex natura ſua libera eſt. Vnde bene dicunt S. Thomas, & Scotus.

DECIMA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. p. quæſt. 2. artic. 1. & de Verit. q. 10. artic. 12. ad 11. arg. & in 1. diſt. 3. q. 1. att. 2. & 1. contra Gent. c. 11. dicit, quòd hæc propoſitio, Deus eſt, eſt per ſe nota in ſe, non autem in nobis.

SCOTVS in 1. Sent. diſt. 2. quæſt. 2. dicit, quòd hæc propoſitio eſt per ſe nota nobis.

CONCILIATIO.

Propoſitio per ſe nota, eſt illa, quæ habet euidētiam ex terminis proprijs, vt ſunt eius.

SANCTVS Thomas, & Scotus poſſunt conciliari data hac diſtinctione. Nam quando aſſerit S. Thomas, quòd hæc propoſitio non eſt per ſe nota nobis, conſiderat ipſam ex parte noſtri. Scotus conſiderat, quatenus vt in ſe habet rationem terminorum ſuorum, quibus cognitis diſtincte eſt per ſe nota.

VNDECIMA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas in lib. 1. contra Gentiles cap. 14. tenet, Deum non poſſe cognoſci primò affirmatiuè; ſed negatiuè. Idem docet 1. p. q. 13. art. 10. ad 5. & art. 8. ad 2. & q. 12. art. 12. & q. 84. art. 7. ad 3. & in 1. diſt. 35. q. 1. Cuius fundamentum eſt via cognoſcendi; quæ duplex eſt, remotionis, & compoſitionis. De Deo non poſſumus habere viam compoſitionis; cum ſit ſimpliciter ſimplex: ſed tantum habemus viam remotionis; quæ eſt eadem cum via negatiua: & ideo primò negatiuè cognoſcitur.

Via cognoſcendi duplex.

SCOTVS 1. Sent. diſt. 3. q. 2. tenet, Deum primò cognoſci affirmatiuè; cuius fundamentum eſt ex ipſo Ariſtotele. 2. Perihermenias in fine; vbi dicit, quòd omnis negatio præſupponit affirmationem. Ergo primò Deus affirmatiuè cognoſcitur, quàm negatiuè: quia primò cognoſcitur, quòd eſt ens, antequam cognoſcatur quòd non ſit lapis.

4. Met. contex. 4. et 16

CONCI-

CONCILIATIO.

COGNITIO duplex eſt; prima an ſit: ſecunda quid ſit. In priori, præcedit affirmatiua: in poſteriori, negatiua. Et ſic concordes ſunt S. Thomas, & Scotus. *Cognitio duplex.*

DVODECIMA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. p. q. 12. artic. 4. & q. 85. art. 1. & q. 84. art. 7. & q. 85. art. 5. & art. 8. ponit, obiectum intellectus noſtri eſſe quidditatem rei materialis.

SCOTVS in 1. Sent. diſtin. 3. q. 3. dicit, primum obiectum intellectus noſtri, vt intellectus eſt, non eſſe quidditatem rei materialis, ſed ipſum ens: licet primum obiectum adæquatum pro ſtatu iſto ſit quidditas rei ſenſibilis.

CONCILIATIO.

NOTANDVM eſt, quòd obiectum intellectus aliud eſt terminatiuum; & ſic eſt ens in ſua maxima communitate: & ſic bene dicit Scotus. Aliud eſt motiuum; & ſic eſt quidditas rei materialis, vel ſenſibilis: & ſic bene dicit S. Thomas, & etiam Scotus: Nam eadem eſt quidditas rei ſenſibilis, & materialis, quò ad rationem motiuam; & differunt tantummodo, ſicut magis commune & minus commune. Nam Deus eſt aliquo modo ſenſibilis, non tamen eſt materialis. *Duplex obiectum intellectus.* *Quomodo differant, quidditas rei ſenſibilis, & materialis.*

DECIMATERTIA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. p. quæſt. 45. artic. 7. & q. 93. artic. 6. & clarius in 1. Sent. diſt. 3. q. 2. art. 1. in corp. & ad 4. & q. 3. art. 1. ponit differentiam inter imaginem, & veſtigium: & dicit quòd imago repræſentat rem perfecte, quia repræſentat ſub ratione indiuidui: veſtigium vero repræſentat imperfecte veſtigiatum ſub ratione confuſa, vel in vniuerſali.

SCOTVS eſt contrariæ opinionis 1. Sent. diſt. 3. q. 5. Nam ponit caſum, quòd ſit tantum vnum animal in Mundo, verbi gratia: vnus equus, & quòd non ſit poſſibile aliud indiuiduum illius ſpeciei, tunc veſtigium illius animalis non repræſentabit veſtigiatum ſub ratione confuſa; ſed ſingulari. *Ponitur caſus a Scoto.*

CONCILIATIO.

IN omni creatura eſt veſtigium: Nam in qualibet creatura ſunt hæc tria: Vnum, ſpecies, & ordo. Vnum repræſentat vnitatem primi principij, id eſt, Patrem: ſpecies repræſentat ſummam plenitudinem, id eſt, filium: ordo repræſentat ſummam beatificam delectationem in operatione, ſcilicet, Spiritum ſanctum: non tamen in omni creatura reperiuntur iſtæ tres res realiter diſtinctæ. Probatur, quia in rebus ſimplicibus (ſicut *In qualibet creatura ſunt tria.*

ſunt

Veſtigium conſiſtit in tribus rebus.

ſunt accidentia,) non reperiuntur iſtæ tres res realiter diſtinctæ: Et per hoc poſſet probari opinio S. Thomæ, qui dicit, quòd veſtigium conſiſtit in tribus rebus diſtinctis, & non conſiſtit niſi in indiuiduis de prædicamento ſubſtantiæ, neque in vniuerſalibus conſiſtit veſtigium iſto modo. Nam ſecundũ m Metaphyſicos, ſicut eſt deuenire in ordine entium ad vnum primum ens, ita eſt deuenire ad vnum infimum: in illo infimo ente non reperiuntur iſtæ tres res diſtinctæ. Et ſic patet, quòd in ſolis indiuiduis ſubſtantiæ erit iſto modo veſtigium. Quò verò ad controuerſiam conciliantur hoc modo. Nam veſtigium repræſentat veſtigiatum, per ſe quidem confuſe, & vage: per accidens, & ab extrinſeco, diſtincte, & determinate. Et ſic ſunt concordes.

In quo conueniant. S. Thomas & Scotus.

DECIMAQVARTA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. p. q. 41. art. 5. & in 1. diſt. 7. q. 1. art. 2. & d. 11. art. 3. & diſt. 42. q. 1. art. 2. ad 1. & de potentia q. 2. art. 2. & art. 5. tenet, quòd eſſentia, vt eſſentia, eſt principium formale generationis filij.

Memoria fœcũda quid.

SCOTVS in 1. Sent. diſt. 7. q. vnica, tenet, quòd memoria fœcunda, videlicet, intellectus diuinus cum eſſentia diuina ſit tale principium quo.

CONCILIATIO.

Duplex principiũ.

PRINCIPIVM quo mediatum eſt ipſa eſſentia, & in hoc conuenit etiam Scotus: principium verò proximum noſtro modo intelligendi eſt ipſe intellectus, vt Thomiſtæ fatentur: non quidem nudus intellectus; ſed cum ſcientia infinita. Et hanc vocat Scotus memoriam fœcundam, & ſic ſunt concordes.

Sciẽtia infinita à Scoto memoria fecũda appellatur.

DECIMAQVINTA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. p. quæſt. 3. artic. 4. dicit, omnem creaturam componi ex actu, & potentia.

SCOTVS 1. lib. Sent. diſt. 8. q. 2. dicit, omnem creaturam componi ex ente poſitiuo, & priuatiuo.

CONCILIATIO.

Vide Henricum quolibeto 4. q. 16. & Scotũ 1. ſent. diſt. 8. q. 2.

SCOTVS non negat compoſitionem creaturæ ex actu & potentia: ſed diſtinctam ſuperaddidit compoſitionem, cuius S. Thomas non meminit. Hæc autem non eſt diſcordia.

DECIMASEXTA CONTROVERSIA.

LICET S. Thomas 1. p. q. 3. artic. 5. aſſerat, Deum non eſſe in genere. Et 1. Sent. diſt. 8. q. 4. art. 2. ad 3. & 1. contra Gent. cap. 25. tamen

tamen in q. de Potentia q. 7. art. 3. ad vltimum concedit, Deum eſſe in genere ſubſtantiæ reductiue.

Scotus autem lib. 1. Sent. diſt. 8. q. 3. tenet, Deum non eſſe in genere: nam quod eſt in ſe, & abſolute infinitum, non poteſt eſſe in genere: Deus eſt ſic: ergo. Probatur maior: quia quod eſt in genere, eſt finitum: ergo Deus non eſt in genere directe, nam eſt ens illimitatum: nec reductiue, vt dicit S. Thomas, quia non ſupponit aliud: quod autem eſt reductiue, ſupponit aliud. *Deus eſt ens illimitatum.*

CONCILIATIO.

Esse in genere ſtat dupliciter, primo modo, vt pars ſubiectiua contenta in illo genere. Et ſic negatur, Deum eſſe in genere: ſecundo modo, vt principium continens ipſum genus. Et hoc modo Deus per appropriationem eſt in genere ſubſtantiæ. Et ſic bene dicunt ſanctus Thomas, & Scotus. *Vide Gabr. Biel.1.ſent. diſt. 8. q.3.*

DECIMASEPTIMA CONTROVERSIA.

Sanctus Thomas 1. Scripto diſt. 2. q. 1. art. 3. Et diſt. 22. q. 1. artic. 3. dicit, attributa diuina differre ratione facta ab intellectu noſtro comparante ipſa ad talia reperta in creaturis.

Scotus lib. 1. Sent. diſt. 8. quæſt. 4. aſſerit, attributa non ſolum in Deo differre diſtinctione rationis, verum etiam formaliter, & ex natura rei.

CONCILIATIO.

Opinio ſancti Thomæ de attributis eſt eadem cum opinione Scoti. Nam S. Doctor 1. Sent. diſt. 2. q. 1. art. 2. Et in eodem 1. diſtin. 22. artic. 3. dicit, quòd pluralitas attributorum non eſt tantum in Deo ex parte intellectus formantis plures conceptus, ſed etiam ex parte Dei, ſcilicet eſt aliquid in Deo correſpondens omnibus iſtis conceptibus. Et in quæſtionibus diſputatis de Potentia Dei q. 7. art. 5. & 6. dicit: Attributa ſunt in Deo realiter, non ſecundum rationem: bonitas enim eſt res quædam, ſimiliter ſapientia. Et auctoritas S. Thomæ in Scripto, intelligenda eſt non ſecundum præciſionem. *Opinio S. Thomæ de attributis eſt eadem cũ opinione Scoti.*

DECIMAOCTAVA CONTROVERSIA.

Sanctus Thomas 1. p. q. 36. art. 2. Et in 1. diſt. 11. q. 1. art. 1. Et de Potentia q. 10. artic. 4. & 5. Et 4 contra Gent. ca. 29. dicit, quòd tota ratio diſtinctionis filij à Spiritu ſancto eſt ſpiratio actiua, ſecundum quam Spiritui ſancto opponitur: & Spiritus ſanctus ſolum diſtinguitur à filio per ſpirationem paſſiuam, oppoſitam relatiue actiuę ſpirationi filij. Et ſi Spiritus ſanctus non opponeretur relatiue Filio, vt ſpiratori,

tori, non diſtingueretur ab eo. Et ita ſequeretur neceſſario, quòd ablata à filio ſpiratione actiua, non diſtingueretur a Spiritu ſancto, nec e conuerſo.

SCOTVS lib. 1. Sent. diſt. 11. q. 2. tenet, ſi Spiritus ſanctus à filio non procederet, etiam ab eo diſtingueretur.

CONCILIATIO.

ALIQVID diſtingui intelligitur dupliciter: vno modo loquendo de facto, & ſic verum eſt, quòd relatio oppoſita diſtinguit. Nec in hoc eſt diſcordia: ſed loquendo de ratione formali relationum, & de poſſibili, nego quòd tantum relatio oppoſita diſtinguat: Nam relatio diſparata eſt ex ſe, & per ſe conſtitutiua perſonæ, in quantum paſſiua; vt generatio paſſiua, & ſpiratio paſſiua. Et ideo ſpiratio actiua in filio non eſt conſtitutiua perſonæ. Deinde hinc eſt quòd illa relatio, non conſtituit, quia inuenit perſonam conſtitutam. Et in hoc ſunt diſcordes.

Quomodo relatio diſparata ſit cõſtitutiua perſonæ.

DECIMANONA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. p. q. 36. art. vltimo in ſolutione ad vltimum tenet, quòd ſpirans adiectiuum eſt, ſpirator vero ſubſtantiuum. Vnde poſſumus dicere, quòd Pater & Filius ſunt duo ſpirantes, propter pluralitatem ſuppoſitorum, non autem duo ſpiratores propter vnam ſpirationem. Et idem habet in 1. diſt. 11. q. vnica, artic. 4. quo loco admittit S. Thomas, quòd pater & filius ſunt duo ſpiratores, quamuis hoc ipſum videatur negare in 1. parte, loco citato. Concordat autem hæc loca quæ diuerſa videntur, Auctor tabulæ aureæ ſancti Thomæ in dub. 1133.

SCOTVS 1. Sent. diſt. 12. q. 1. arguit contra S. Thomã: & ibi concedit, quòd ſignificatum formale nominis ſubſtantiui & adiectiui ſit idem.

CONCILIATIO.

SANCTVS Thomas non negat, quòd ſignificatum formale nominis ſubſtantiui, & adiectiui ſit idem: differunt tamẽ in modo ſignificandi.

VIGESIMA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas de Potentia q. 10. art. 2. videtur tenere, productiones diſtingui per hoc, quòd vna productio eſt ab vna perſona, alia a duabus. Et clarius in 1. diſt. 13. q. 1. artic. 2. hoc oſtendit. Et de Potentia, loco citato, concedit 2. & 3. arg. quòd hæ productiones non diſtinguantur ſeipſis.

SCOTVS 1. Sent. diſt. 13. q. vnica concedit, productiones diſtingui ex vi productionis, & ſeipſis.

CONCI-

CONCILIATIO.

PRODVCTIONES diſtingui, duobus modis intelligi poteſt: vno modo, ratione principij a quo, vel originatiue: & ſic diſtinguerentur, vt inquit S. Thomas. Alio modo formaliter; & ſic diſtinguuntur ſeipſis, vt dicit Scotus. *Productiones quomodo diſtinguantur.*

VIGESIMA PRIMA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. p. q. 27. art. 4. in ſolutione argumenti primi principalis tenet, iſtas emanationes diſtingui per relationes oppoſitas, ſcilicet prioris, & poſterioris.

SCOTVS 1. Sent. diſtin. 13. q. vnica dicit, quòd iſta diſtinctio non eſt prima, ſed quare vna ſit naturaliter prior altera, hæc eſt ratio, quia iſta productio eſt talis, & illa talis.

CONCILIATIO.

DIVINAS emanationes ab inuicem diſtingui, poteſt intelligi duobus modis: vno modo primo, & hoc tripliciter: vno modo primo originatiue, & hoc modo diſtinguuntur per principia producentia, & productiua. Alio modo terminatiue, & hoc modo diſtinguuntur per perſonas productas: Alio modo formaliter, & ſic diſtinguuntur ſecundum Scotum, ſeipſis. Secundo modo proprie, & hoc modo diſtinguuntur per prius, & poſterius, ſiue per relationes oppoſitas, prioris & poſterioris. Et ſic S. Thomas, & Scotus bene dicunt. *Diuinæ emanationes quomodo diſtinguãtur.*

VIGESIMA SECVNDA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. p q. 40. artic. 2. & art. 3. Et in 1. diſt. 26. q. 2. art. 2. Et de Potentia q. 8. art. 3. Et q. 9. art. 5. ad 18. arg. dicit, perſonas conſtitui per relationes.

SCOTVS 1. Sent. diſt. 26. q. vnica dicit, perſonas conſtitui per abſolutum, & non per relationem.

CONCILIATIO.

ALIQVID conſtitui in eſſe perſonæ per relationem, dupliciter poteſt intelligi: vno modo per relationem, tanquam per dans eſſe: & ſic ſola diuina eſſentia dat eſſe, relatio vero non. Secundo modo tanquam per dans eſſe incõmunicabile, & eſſe ad: & hoc modo perſona conſtituitur in eſſe per relationem, ſecundum S. Thomam: nam relationes in diuinis non ſunt inhærentes, ſed ſubſiſtentes, & ad aliud. Scotus vero problematice locutus eſt. *Sola diuina eſſentia dat eſſe.*

VIGESIMA TERTIA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. p. q. 40. art. 4. tenet, quòd proprietas conſtituit perſonam, non relatio.

SCOTVS tenet 1. Sent. diſtin. 28. quæſt. 3. quòd relatio conſtituit perſonam.

CONCILIATIO.

Proprietas poteſt conſiderari duobus modis.

PROPRIETAS poteſt conſiderari duobus modis: vno modo, vt relatio: alio modo, vt eſt conſtitutiua perſonæ. Proprietas perſonalis Patris, & Paternitas, vt relatio, ſequitur generationem, vt eſt conſtitutiua perſonæ generationem præcedit. Proprietas poſitiua, vt eſt diſtincta a relatione, non conſtituit perſonam: ſed vt eſt eadem cum relatione, conſtituit perſonam. Similiter relatio diſtincta a proprietate poſitiua non conſtituit: ſed vt eſt eadem proprietati conſtituit perſonam, & hæc doctrina & diſtinctio eſt expreſſa S. Thomæ ibidem.

VIGESIMA QVARTA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. p. q. 13. art. 7. in corp. Et q. 6. artic. 2. ad 1. arg. Et q. 28. art. 1. in ſolutione ad 3. arg. Et in q. 45. art. 3. ad 1. tenet, quòd nulla relatio realis poteſt eſſe in Deo ad creaturam: quia relatio realis non eſt ſine ordine: Deus autem non habet ordinem realem ad creaturam, quia eſt ſupra ordinem.

SCOTVS in 1. Sent. diſt. 30. quæſt. 2. tenet, relationes de nouo eſſe in Deo ad creaturas: eſſe tamen relationes rationis, non autem reales: nam eſt Dominus in tempore, vere & formaliter: ſed dominium eſt relatio rationis.

CONCILIATIO.

Aliquid eſſe in Deo de nouo dupliciter.

ALIQVID eſſe in Deo de nouo dupliciter intelligi poteſt: vno modo ſecundum eſſe reale, & ſic negant S. Thomas, & Scotus. Alio modo ſecundum eſſe rationis, & ſic concedunt, neque hoc negat S. Thomas, immo illud expreſſe affirmat in 1. p. q. 13. art. 7. ad finem artic. & in ſolutionibus argumentorum maxime in ſolut. 2. & 9.

VIGESIMA QVINTA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. p. q. 37. artic. 2. dicit, quòd iſta propoſitio: Pater & Filius diligunt ſe Spiritu ſancto, eſt vera: quia ablatiuus iſte conſtruitur in ratione effectus formalis, ſicut iſta propoſitio: Homo indumento veſtitur.

SCOTVS 1. Sent. diſt. 32. q. 1. dicit, quòd iſta propoſitio: Pater, &

ter, & Filius diligunt ſe Spiritu ſancto, non eſt vera, eo quia ablatiuus conſtruitur in ratione effectus formalis, & nec eſt propoſitio formalis. Vnde ſicut iſta non eſt vera: Ædificator ædificat ædificio (& tamen in ea ablatiuus conſtruitur in ratione effectus formalis) ſic iſta non erit vera propter conſtructionem formalem: Pater, & Filius diligunt ſe Spiritu ſancto.

Fortiſſima, & nobiliſſima ratio Scoti.

CONCILIATIO.

ISTA propoſitio eſt vera propter conſtructionem in ratione effectus formalis improprie, vel appropriate, non autem proprie, & formaliter: quoniam in diuinis non reperitur effectus formalis, neque inhærens, ſed tantum ſubſiſtens. Cum itaque iſta propoſitio in diuinis ſit vera improprie, vel appropriate, & nõ proprie, neque formaliter, ſequitur quòd vtrumque dictum poſſit probabiliter ſuſtineri.

Quomodo in diuinis reperiatur effectus formalis ſubſiſtens.

VIGESIMASEXTA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. p. q. 14. art. 13. Et in art. 9. præcedenti idem docuerat, & poſtea in q 86. art. 9. Et in 1. Sent. diſt. 38. art. 5. Et de Verit. q. 2. artic. 12. Et 1. contra Gent. cap. 67. aſſerit, quòd omnia quæ exiſtunt in aliqua temporis differentia, ſunt Deo ſecundum propriam exiſtentiam, & actualitatem præſentia.

SCOTVS 1. Sent. diſt. 39. contrariam ſententiam tenet: dicit enim, omnia eſſe præſentia Deo ſecundum eſſe intelligibile, & obiectiuum: Nam futura contingentia non ſunt nunc actu in æternitate, nec Deo coexiſtunt.

CONCILIATIO.

DICO quòd Deus per ſuam æternitatem ſine aliqua ſucceſſione ſui eſt omnibus præſens, ſed non ſine ſucceſſione rerum. Et ideo omnia quæ ſunt, fuerunt, & erunt, coexiſtunt in æternitate, & habent etiam eſſe cognitum in mente diuina. Et ideo bene dicunt Scotus, & S. Thomas.

Nota, et bene ſpeculare.

VIGESIMASEPTIMA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. p. q. 23. art. 5. tenet quòd præſcientia non eſt cauſa vel ratio prædeſtinationis, ſed diuina voluntas, & miſericordia Dei.

SCOTVS 1. Sent. diſt. 41. q. vnica tenet quòd cauſa prædeſtinationis eſt diuina voluntas.

HIC non poſſum non afferre diſcordiam, quam inter Doctores Eccleſiæ, & Theologos inuenio. S. Hieronymus, S. Chryſoſtomus, & Origenes expreſſe fatentur & aſſerunt, cauſam noſtræ prædeſtinationis eſſe præſcientiam bonorum operum noſtrorum, & bonum vſum liberi arbitrij. S. Auguſtinus cap. 23. Retractationum ſuarum, in libro de Prædeſtinatione. S. Ambroſius, Doctor ſanctus, ſubtilis Doctor, Franciſcus de

Mayr.

Mayr. tenent cauſam noſtræ Prædeſtinationis eſſe diuinam voluntatem ſolum, & diuinum propoſitum, & non bona opera noſtra. Cui opi- *Rom. c. 9.* nioni videntur fauere verba Apoſtoli ad Rom. cap. 9. Iacob dilexi, quia illi ita placuit.

CONCILIATIO.

Voluntas Dei quomodo cauſa prædeſtinationis.

DICENDVM eſt, prædeſtinationem poſſe accipi duobus modis: vno modo pro poſſeſſione finis, ideſt, gloriæ, & cæli. Et ſic pro cauſa habet opera noſtra, ac merita, ac bonum vſum liberi arbitrij. Alio modo poteſt accipi pro æterna intellectualis creaturæ prædeſtinatione, deſtinationis, & præparationis ad gloriam. Et ſic prædeſtinatio noſtra habet pro cauſa diuinam voluntatem, & diuinum beneplacitum. Hæc diſtinctio elicitur à Chriſto apud Matth. vbi ait: Venite benedicti Patris *Matth. cap. 24.* mei, poſſidete regnum &c. non quia eſurierim, quia præparaui vobis, antequam eſurirem: ſed quia beneplacitum eſt mihi. Adeò quòd licet præ- *Poſſeſſio eſt ex noſtris operibus.* paratio non ſit ex noſtris bonis operibus, poſſeſſio tamen erit ex noſtris operibus, mediantibus meritis Chriſti, & ex noſtro recto vſu liberi arbitrij.

Finis Primi Libri Conciliationum Controuerſiarum Inter S. Thomam, & Scotum.

CONCI-

CONCILIATIONES CONTROVERSIARVM INTER S. THOMAM ET SCOTVM

Spectantes ad Secundum Lib. Sententiarum,

In quo tractatur de Re creata, hoc eſt de Creatione Mundi, de Angelis, de Anima intellectiua, & de alijs creaturis.

PRIMA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. p. q. 46. artic. 2. ad 1. arg. Et clarius in q. 3. de Potentia artic. 14. videtur tenere Mundum potuiſſe fieri ab æterno ſine principio ſuæ durationis, non tamen ſine principio ſui eſſe, quia habuiſſet illud a Deo.

SCOTVS aliter tenet in 2. Sententiarum diſtinctione 1. quæſtione 3. vbi problematice loquitur. Dicit enim Mundum potuiſſe, & non potuiſſe fieri a Deo ab æterno.

CONCILIATIO.

SI loquamur de perfecta creatione, quæ eſt productio de non eſſe ad eſſe, Mundus ab æterno creari non potuit, quia aut eſſet ſimul ſub vtroque termino creationis, qui eſt non eſſe, & eſſe. Et hoc fieri non poteſt, quia ſimul eſſet, & non eſſet: aut præceſſit non eſſe, & tunc non eſſet ab æterno. Et hæc ratio eſt Athanaſij ad hoc idem probandum Oratione ſecunda contra Arrianos. Et ſic locutus eſt Scotus, non potuiſſe ab æterno per creationem propriam. *Qua ſit perfecta creatio.*

SI vero loquamur de creatione impropria pro quadam ſimplici productione, vel emanatione, ſic locutus eſt S. Thomas, affirmans potuiſſe produci ab æterno. *Creatio impropria quid.*

SECVNDA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. p. quæſt. 47. artic. 2. Et quæſt. 58. artic. 3. Et q. 75. artic. 7. Et in 2. diſt. 3. q. 1. art. 6. docet quo modo inæqualitas formalis cauſet diſtinctiones ſpecificas ſicut in numeris, aſſerens, quòd ratio diſtinctiua ſpecifica inter Angelum, & animam, eſt gradus maior, vel minor intelligendi. Nam Angelus intelligit ſine diſcurſu: anima vero cum diſcurſu.

SCOTVS in 2. Sent. diſt. 1. q. 6. dicit, quòd ratio diſtinctiua non eſt niſi ipſamet eſſentia Angeli & Animæ rationalis, quæ eſt nobis ignota.

CONCILIATIO.

DICO quòd rationes S. Thomæ ſunt veræ a poſteriori, & rationes Scoti ſunt veræ a priori: nam ratio diſtinctiua ſpecifica quidditatiua inter Angelum & animam, eſt propria eſſentia: prima vero ratio diſtinctiua ſpecifica per accidens, eſt gradus intelligendi. Exemplum: Prima ratio diſtinctiua ſpecifica quidditatiua hominis ab alijs animalibus eſt rationalitas: prima vero ratio diſtinctiua ſpecifica paſſionalis, vel per accidens, eſt riſibilitas.

TERTIA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. p. q. 10. artic. 6. Et in 2. diſt. 2. q. 1. artic. 2. docet omnium æuiternorum eſſe vnum æuum tantum. Et fundamentum eſt, quòd æuum eſt ſimplicius tempore: ſed tempus eſt vnum. Ergo multo magis æuum vnum.

SCOTVS in 2. Sent. diſt. 2. quæſt. 3. licet teneat, æuum eſſe omnium æuiternorum vnum, probabiliter tamen etiam ſuſtinet, omnium æuiternorum non eſſe vnum tantum.

CONCILIATIO.

Scotus non diſſenſit à S. Thoma.

SCOTVS conſentit cum ſancto Thoma, hoc adiungens, probabiliter poſſe ſuſtineri contrariam partem. Quod S. Thomas non negaret.

QVARTA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. p. q. 52. art. 1. Et in 1. diſt. 37. q. 3. art. 1. Et q. 3. de Potentia art. 19. in ſolutionibus argumentorum, habet quòd Angeli ſunt in loco per operationem.

SCOTVS oppoſitum tenet 2. Sent. diſt. 2. q. 5. dicens, Angelum eſſe in loco ſecundum ſuam eſſentiam, vel definitiue: nam eſt præſens hic, & non alibi.

CONCI-

CONCILIATIO.

Dico, quòd S. Thomas loquitur quantum ad innoteſcentiã: quia ſi exempli gratia, vnus Angelus eſſet hic, ego ignorarem: ſi autem operaretur hic, per operationem eius ego cognoſcerem, illum eſſe hic. Sic cognoſcimus animas per operationem. Eſt alius cõcordiæ modus magis ad mentem vtriuſque, ſuppoſito, ſanctum Thomam tenere, quòd ratio formalis eſſendi in loco non eſt per ſuam eſſentiam. Tunc ſi loquamur de ratione formali proxima, verum dicit S. Thomas: ſi verò de ratione formali loquamur primaria & radicali, verum dicit Scotus.

QVINTA CONTROVERSIA.

Sanctvs Thomas 1. p. quęſt. 52. artic. 2. Et de Potentia quæſt. 3. art. 19. in ſolutione ad 1. Et in 1. diſt. 37. q. 3. art. 2. dicit, Angelum non poſſe eſſe ſimul in pluribus locis. Fundamentum eſt: Si poſſet eſſe ſimul in pluribus locis, ergo & in infinitis. Hoc falſum eſt: nam eſſe vbique, & in infinitis locis eſt proprium Dei.

Scotvs in 2. Sent. diſt. 2. q. 7. oppoſitum tenet, dicens Angelum poſſe eſſe ſimul & ſemel in pluribus locis: Nam ad multiplicationem reſpectuum, non multiplicantur abſoluta: ſed eſſe in pluribus locis eſt ſolum multiplicare reſpectus. Ergo Angeli poſſunt eſſe in pluribus locis. *Pulchrum fundamentum.*

CONCILIATIO.

Angelvm poſſe eſſe in pluribus locis, hoc poteſt intelligi duobus modis; vno modo de poſſibili, & reſpectu ſuperioris agentis, & ſic verum dicit Scotus. Alio modo de poſſibili, & reſpectu inferioris agentis, & ſic bene dicit S. Thomas. *Angelus quomodo poſſit eſſe in pluribus locis.*

SEXTA CONTROVERSIA.

Sanctvs Thomas 1. p. q. 52. artic. 3. in ſolutione principali. Et 1. diſtinct. 37. quęſt. 3. artic. 3. Et in 4. diſt. 44. q. 2. art. 2. quæſtiunc. 4. dicit duos Angelos non poſſe eſſe ſimul in eodem loco, quemadmodum duæ animæ non ſunt ſimul in eodem corpore.

Scotvs tenet in 2. Sent. diſt. 2. q. 8. poſſe eſſe plures Angelos in eodem loco. Nam legio Dæmonum fuit in eodem corpore, vt habetur Marci cap. 5. Ergo & Angeli.

CONCILIATIO.

Angelos ſimul eſſe in eodem loco duobus modis poſſumus intelligere: vno modo potentia phyſica propria, & ſic verũ dicit S. Thomas. Alio modo potentia ſuperioris agentis, & ſic verum aſſerit Scotus. *Angeli plures in eodẽ loco quõ.*

SEPTIMA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. p. quæſt. 53. art. 3. Et in 3. p. quæſt. 57. art. 3. ad 3. Et in 1. diſt. 37. q. 4. art. 3. Et in 4. diſt. 44. q. 2. art. 3. quæſtiuncula 3. aſſerit, quòd motus Angeli menſuratur tempore diſcreto, & in inſtanti moueri non poteſt.

SCOTVS 2. Sent. diſtin. 2. quæſt. 11. tenet, Angelos poſſe moueri in inſtanti.

CONCILIATIO.

ANGELVS per totum ſpatium corporeum in inſtanti moueri non poteſt, & hoc dicit S. Thomas. Terminum autem ſpatij quamuis diuiſibilem, Angelus in inſtanti occupare poteſt. Et hoc verum dicit Scotus. Vel ſic: Si ſit ſermo de motu organico, tunc non poteſt Angelus moueri in inſtanti, vt patet de Angelo in corpore aſſumpto. Si autem ſit ſermo de motu inorganico, tunc Angelus poteſt moueri, & motus poteſt eſſe in inſtanti.

OCTAVA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. p. q. 53. artic. 2. Et 3. tenet, quòd Angelus poſſit moueri ab vno extremo in aliud extremum non tranſeundo per media.

SCOTVS 2. Sent. diſt. 2. q. 12. aſſerit, quòd Angelus non poſſit moueri ab vno extremo in aliud extremum niſi tranſeundo per media.

CONCILIATIO.

Angelus quomodo ab extremo in extremum ſine medio trãſire poſſit.

ESSE in extremis ſine medio, duobus modis conſiderari poteſt: vel potentia ſua, & ſic verum dicit Scotus: vel potentia Dei, & ſic verum dicit S. Thomas. Secundo Angelus potentia propria poteſt tranſire de extremo ad extremum abſque eo quòd operetur in medio. Et hoc dicit ſanctus Thomas. Tamen non poteſt tranſire de extremo ad extremum abſque eo, quòd ſit præſentialiter in medio. Et hoc dicit Scotus. Tertio dico, quòd Angelus tranſit per media, ſi inter extrema, & media ſit ordo naturalis, & neceſſarius: ſi autem non; non.

NONA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. p. quæſt. 3. artic.. 3. Et quæſt. 7. artic. 1. Et quæſt. 39. artic. 1. ad 3. Et quæſt. 47. art. 2. Et quæſt. 75. artic. 4. & 5. Et 3. p. quæſt. 77. artic. 2. Et in 3. diſtinctione 10. quæſtione 2. articu. 5. ad 1. Et alijs multis in locis, dicit, indiuiduari ſubſtantias ipſas per materiam: nam multiplicatio eſt per materiam: ſed multipli-

multiplicari, eſt ab alijs diſtingui. Ergo materia eſt principium indiuiduationis.

SCOTVS 2. Sent. diſt. 3. q. 5. aſſerit, hæcheitate ſubſtantiam indiduari. Vbi Scotus probat, hanc propoſitionē eſſe veram multis rationibus.

CONCILIATIO.

MVLTIPLICATIO eſt per materiam phyſice. Et ſic verum dicit ſanctus Thomas: per hæcheitatem vero Metaphyſice, & ſic verum dicit Scotus.

DECIMA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. p. q. 50. art. 4. Et 2. Scripto diſt. 3. q. 1. art. 4. Et 2. contra Gent. cap. 93. Et de ſpiritualibus creaturis, articu. 8. tenet quòd plures Angeli non poſſunt eſſe ſub eadem ſpecie numeraliter diſtincti. Nam Angeli non ſunt compoſiti ex materia, & forma. Ergo impoſſibile eſt, duos Angelos eſſe vnius ſpeciei, vel ſub eadem ſpecie.

SCOTVS in 2. Sent. diſt. 3. q. 7. tenet plures Angelos eſſe ſub eadem ſpecie. Nam omnis quidditas, quantum eſt de ſe, eſt pluribus communicabilis: ſed Angelus eſt quidditas, vel natura. Ergo quantum eſt ex ſe, eſt pluribus communicabilis.

CONCILIATIO.

SI ſit ſermo de neceſſitate, Scotus tenet firmiter, quòd non ſit neceſſe, quòd plures Angeli ſint ſub eadem ſpecie. Et in hoc conueniunt S. Thomas, & Scotus. Si ſit ſermo de poſſibilitate, ſunt diſcordes. Dicit enim Scotus, quòd Angeli plures numero poſſunt eſſe ſub eadem ſpecie. Et S. Thomas dicit, quòd non.

VEL ſic: Conueniunt S. Thomas, & Scotus in via Philoſophi, quia ſecundum Philoſophum: Omnis natura, quæ non habet materiam componentem, eſt neceſſaria: & ex ſe eſt hoc aliquid. Et propter hoc Angeli non ſunt plurificabiles in eadem ſpecie: ſed ſecundum veritatem, illa propoſitio eſt falſa: & Scotus ponens pluralitatem Angelorum ſub eadem ſpecie eſſe poſſibilem, loquitur Theologice. Et S. Thomas illam negando loquitur philoſophice. *S. Thomas, & Scotus quomodo differãt. & conueniãt.*

VNDECIMA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. p. q. 55. art. 1. Et q. 84. art. 2. in fine, dicit, quòd Angelus intelligit alia a ſe, non per eſſentiam ſuam, ſed per ſpecies concreatas. Idem habet in 3. diſt. 14. art. 1. quæſtiuncula 2. ad 1. arg. Item in 1. p. q. 89. art. 1. & 3. Et in q. de Veritate q. 8. artic. 9. Et 2. contra Gent. cap. 96.

SCOTVS 2. Sent. diſt. 3. q. 8. totum oppoſitum tenet, Angelum ſcilicet intelligere per eſſentiam ſuam, & non per ſpecies concreatas.

CONCILIATIO.

Cognitio duplex.

AVT loquimur de cognitione perfecta, & quidditatiua: & tunc verum dicit S. Thomas: aut loquimur de cognitione in genere, abſtrahendo ab hac & illa, & tunc verum dicit Scotus: nã Angeli per ſuam ſolam eſſentiam aliqualem poſſunt rerum cognitionem aſſequi, ſed non perfectam, & integram, niſi accedentibus ſpeciebus.

DVODECIMA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. p. quæſt. *56.* art. 3. dicit, minime dari poſſe vnam ſpeciem in intellectu angelico repræſentantẽ diſtincte diuinam eſſentiam. Nam nullum finitum poteſt repræſentare infinitum. At clarius & fuſius 1. p. q. 12. art. 2. ait quod eſt impoſſibile, Deum poſſe videri viſione beatifica per aliquam creatam ſimilitudinem. Idem docet in 4. diſt. *49*. q. 2. art. 1. Et 3. contra Gent. cap. *59*.

SCOTVS 2. Sent. diſt. 3. q. *9*. oppoſitum dicit, vbi affirmat, Deum benedictum ſua potentia abſoluta poſſe infundere ſpeciem quandam diuinæ eſſentiæ eam diſtincte repræſentantem, ſicut S. Paolo in hac vita communicata fuit ſpecies intelligibilis, diſtincte repræſentans eſſentiam diuinam. Nam quod non implicat contradictionem ex parte rei, à Deo fieri poteſt: at nulla eſt implicatio contradictionis. Ergo. Vide Scotum q. 7. Quolib. artic. 2.

CONCILIATIO.

MEDIVM repræſentatiuum diuinæ eſſentiæ intellectui creato ſecundum omnimodam repræſentabilitatem obiecti non eſt poſſibile; ſed medium repræſentatiuum diuinæ eſſentiæ intellectui creato ſecundum capacitatem potentiæ creatæ eſt poſſibile.

DECIMATERTIA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. p. q. 55. art. 3. Et 2. diſt. 3. q. 2. art. 2. Et 3. contra Gent. cap. *96*. tenet, Angelos habere ſpecies, per quas omnia cognoſcunt: ſed illæ ſpecies repræſentant & vniuerſalia primo, & ſingularia omnia ſub illis contenta, vt ſpecies hominis hominem, & omnia eius indiuidua.

SCOTVS 2. Sent. diſt. 3. q. 10. tenet, Angelos habere ſpecies rerum vniuerſalium, minime vero ſingularia repræſentantes, ſed ſingularium cognitionem acquirere poſſe per ſpecies.

CONCI-

CONCILIATIO.

DVPLICITER ſingularia cognoſci poſſunt: vno modo quantum ad quid ſint: altero modo quantum ad an ſint. Si loquamur de priori cognitione, verum dicit S. Thomas: ſi loquamur de poſteriori, verum dicit Scotus. *Singularis cognitio duplex.*

DECIMAQVARTA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. p. q. 62. art. 3. Et 2. 2. q. 5. artic. 5. Et in 2. diſt. 9. q. 1. artic. 3. quamuis in hoc vltimo loco vtranque opinionem affirmet eſſe probabilem, tenet, Angelos eſſe creatos in gratia: nam ſecundum Auguſtinum 12. de Ciuitate Dei cap. 9. Deus ſimul fuit condens naturam, & largiens gratiam.

SCOTVS in 2. Sententiarum diſt. 4. quæſt. 1. tenet, Angelos non eſſe in gratia creatos.

CONCILIATIO.

DVPLICITER intelligi poteſt, Angelos creari in gratia: vno modo vt gratia conſequatur naturam, ſicut conſequuntur potentiæ naturales: & hoc modo verum dicit Scotus. Altero modo, vt gratia ſit ex dono Dei gratuito infuſa naturis illorum. Et ſic verum dicit ſanctus Thomas. *Angelos creari in gratia, quo modo.*

DECIMAQVINTA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. p. q. 63. art. 5. Et de malo q. 16. art. 4. Et ſup. 8. cap. Ioan. lect. 6. dicit, Angelos non potuiſſe in primo inſtanti ſuæ creationis peccare.

SCOTVS tenet oppoſitum in 2. Sent. diſt. 5. q. 2. dicit enim, Angelos potuiſſe in primo inſtanti ſuæ creationis peccare.

CONCILIATIO.

MODVS conciliandi dupliciter. Vel loquimur de peccato commiſſionis, vel de peccato omiſſionis. De priori verum dicit ſanctus Thomas: de poſteriori Scotus. *Peccatum duplex.*

SECVNDO. Vel loquimur de eo ex ſuppoſitione, nempe ſuppoſito quòd fuerit creatus in gratia: & tunc non potuit peccare, quia ſequeretur, ſimul eſſe in gratia, & in peccato: & hoc dicit S. Thomas. Vel loquimur ſimpliciter, & ſine ſuppoſitione: & tunc potuit peccare. Et ſic voluit Scotus. *An Angelus potuerit peccare.*

BIBLIOTECA NAZ. ... VITTORIO EMAN.

DECIMASEXTA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. p. q. 63. art. 3. Et in 2. Sent. diſt. 5. q. 1. art. 2. Et in q. 16. de malo art. 3. Et 3. contra Gent. c. 109. tenet, Angelum malum potuiſſe appetere æqualitatem Dei, non quoad eſſe Dei, & ſimpliciter, ſiue per æquiparantiam, ſed quoad beatitudinem, volendo eam indebite.

SCOTVS 2. Sent. diſt. 6. quæſt. 1. dicit, quòd Angelus potuit appetere æqualitatem Dei.

CONCILIATIO.

Appetere æqualitatẽ Dei contingit dupliciter.

MODVS conciliandi eſt, quòd appetere æqualitatem Dei contingit dupliciter: vno modo appetitu abſoluto: & ſic bene dicit ſanctus Thomas: alio modo appetitu imperfecto, qui dicitur velleitas, & ſic bene dicit Scotus.

DECIMASEPTIMA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. p. q. 63. artic. 2. Et 2. diſt. 5. q. 1. art. 3. Et diſt. 22. q. 1. art. 1. Et 3. contra Gent. cap. 109. tenet, quòd peccatum primum Angeli non potuit eſſe aliud, quàm ſuperbia.

SCOTVS 2. Sent. diſt. 6. quæſt. 2. tenet, peccatum primum Angeli fuiſſe luxuriam: accipiendo nomen luxuriæ, non pro appetitu carnalis delectationis, ſed pro appetitu immoderato beatitudinis.

CONCILIATIO.

PECCATVM eſſe primum, duobus modis intelligi poteſt: vno modo omnino primum, & ſic fuit ſuperbia: & hoc dicit S. Thomas, Alio modo, immediate primum conſequens: & ſic Angelus habuit alia peccata: & ſic verum dicit Scotus.

Peccatum Angeli ſuperbia, & luxuria.

VEL ſic: Illud peccatum poteſt dici ſuperbia, prout fuit immoderatus appetitus propriæ excellentiæ. Poteſt etiam dici luxuria, prout fuit immoderatus appetitus obiecti delectabilis. Angelus enim ſic fuit ſibi ipſi obiectum delectabile, vt ſeipſum dilexerit immoderate.

DECIMAOCTAVA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. p. quæſt. 64. artic. 2. Et 2. diſt. 7. q. 1. art. 2. Et de malo quæſt. 16. artic. 5. dicit, Angelos minime reſilire poſſe a peccato.

SCOTVS 2. Sent. diſt. 7. q. 1. dicit, Angelos quoslibet poſſe reſilire a peccato.

CONCI-

CONCILIATIO.

RESILIRE dupliciter: vno modo ratione ſui. Et ſic verum dicit Scotus. Alio modo ratione ſtatus infernalis: & hoc eſt impedimentum extrinſecum, non autem ex natura Dei. *Reſilire duplicitor.*

DECIMANONA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. p. quæſt. 66. artic. 1. Et multis alijs in locis quæ longum eſſet referre, tenet, materiam eſſe puram potentiam.

SCOTVS 2. Sent. diſtinct. 12. quæſt. 1. dicit, materiam eſſe in potentia, & in actu.

CONCILIATIO.

PRIMO modo, materia eſt pura potentia, reſpectu termini generationis: & ſic verum dicit S. Thomas. At vt ſubiectū eſt, dicit actum, & ſic verum dicit Scotus. *Materia quomodo ſit pura potentia.*

SECVNDO modo, in ratione ſpeciei determinatæ eſt pura potentia, in ratione vero entis abſtracti, in qualibet ſpecie eſt actus.

VIGESIMA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. p. quæſtione 66. artic. 1. tenet, materiam non poſſe eſſe ſine forma per quamcumque potentiam. Idem colligitur ex alijs locis S. Thomæ: in quibus docet materiam eſſe puram potentiam.

OPPOSITVM tenet Scotus in 2. Sent. diſtin. 12. q. 2. dicit enim materiam poſſe eſſe ſine forma per potentiam diuinam: nam omne abſolutum poteſt eſſe ſine reſpectiuo.

CONCILIATIO.

MATERIAM eſſe ſine forma duobus modis poteſt intelligi: quantum ad exiſtentiam perfectam, & in hoc verum dicit ſanctus Thomas: & quantum ad exiſtentiam imperfectam: & ſic verum dicit Scotus. *Materiam eſſe ſine forma, quomodo intelligatur.*

VIGESIMAPRIMA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. p. quæſt. 77. artic. 1. Et in 1. diſt. 3. quæſt. 4. art. 2. Et de ſpiritualibus creaturis artic. 11. Et in quæſtione diſputata de anima artic. 12. & artic. 19. Et quodlib. 10. artic. 5. tenet,

tenet, quòd potentiæ animæ ſunt accidentia abſoluta ſuperaddita eſſentiæ animæ realiter diſtincta inter ſe, & ab anima.

SCOTVS in 2. Sent. diſt. 16. q. vnica dicit, potentias animæ identificari realiter cum anima.

CONCILIATIO.

Duplex realitas.

DVPLEX eſt realitas eſſentiæ, & exiſtentiæ. De realitate eſſentiæ verum dicit ſanctus Thomas: De realitate exiſtentiæ verum dicit Scotus.

VIGESIMA SECVNDA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. p. q. 97. artic. 1. tenet, corpus Adæ in ſtatu innocentiæ fuiſſe immortale.

SCOTVS in 2. Sent. diſt. 19. q. vnica tenet, quòd corpus Adæ in ſtatu innocentiæ fuit mortale.

CONCILIATIO.

Corpus eſſe immortale duobus modis poteſt intelligi.

CORPVS eſſe immortale duobus modis intelligi poteſt: vno modo ab intrinſeco, & quantum ad principia naturæ: & in hoc verum dicit Scotus: quia corpus illud in ſe claudebat cauſas intrinſecas, quæ naturaliter inferunt mortem. Alio modo, quantum ad principia extrinſeca ſuperaddita naturæ: & in hoc verum dicit ſanctus Thomas. Et hæc expoſitio ſeu conciliatio eſt expreſſe S. Thomæ loco hic citato. Et in 2. diſt. 19. q. 1. art. 4. Et de malo q. 5. art. 5.

VIGESIMA TERTIA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. 2. quæſt. 89. artic. 3. Et 2. diſt. 21. quæſt. 2. artic. 3. Et de malo quæſt. 2. artic. 8. ad primum. Et quæſt. 7. artic. 7. aſſerit, quòd homo in ſtatu innocentiæ non potuit peccare venialiter.

SCOTVS in 2. Sent. diſtinct. 21. quæſt. 1. tenet, quòd Adam potuit in ſtatu innocentiæ peccare venialiter, abſque mortali peccato, quia potuit dicere verbum otioſum.

CONCILIATIO.

An Adam potuerit peccare venialiter.

DICO, quòd Adam in ſtatu innocentiæ potuit peccare venialiter ex genere actus: Et ſic verum dicit Scotus: ſed non ex ſurreptione naturæ corruptæ. Et in hoc verum dicit S. Thomas.

VIGESIMA QVARTA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. 2. q. 9. tenet, quòd aliquid aliud à voluntate cauſat effectiue actum volendi in voluntate. Et alijs locis ait quòd mouetur ab obiecto, ab intellectu, ab appetitu ſenſitiuo, & à Deo glorioſo.

SCOTVS totum oppoſitum dicit in 2. Sent. diſt. 25. q. vnica, quòd nihil aliud à voluntate eſt cauſa effectiua volitionis.

CONCILIATIO.

DVPLICITER actus voluntatis conſideratur: vno modo abſolute in ratione actus: & ſic non à ſola voluntate effectiue procedere poteſt. Altero modo in ratione talis actus, nempe volitionis, & actus liberi: & hoc à ſola habet voluntate. Illud dicit S. Tho. hoc Scot. *Actus voluntatis duobus modis conſideratur.*

VIGESIMA QVINTA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas in 2. Sent. diſt. 26. artic. 3. Et 1. 2. quæſt. 110. art. 4. Et in 3. p. q. 7. art. 1. Et q. 62. art. 2. Et de Veritate q. 27. art. 6. tenet, gratiam eſſe in eſſentia animæ immediate, & non in potentia.

SCOTVS 2. Sent. diſt. 26. q. vnica, tenet gratiam eſſe ſubiectiue in voluntate immediate, & non in eſſentia animæ.

CONCILIATIO.

GRATIA, prout dat eſſe ſpirituale, eſt in eſſentia animæ: prout vero inclinat ad eliciendum actū meritorium, eſt in potentia animæ.

VIGESIMA SEXTA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. 2. q. 81. artic. 1. in corp. & in ſol. arg. Et q. 82. art. 3. dicit, quòd peccatum originale eſt fomes, & à carne contrahitur, Nam corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam: ſed corpus corrumpi non poteſt, niſi infectione carnis. Ergo peccatum originale carne animam inficit.

SCOTVS 2. Sent. diſt. 32. tenet, peccatum originale non ex carne eſſe contrahibile, vel contractum; ſed ex carentia iuſtitiæ originalis debitæ, quæ deberet ineſſe, & non ineſt. Ex Anſel. cap. 5. & 16. de caſu Diaboli.

CONCILIATIO.

PECCATVM originale animam inficere, dupliciter contingi poteſt: vel animam abſolute, & immediate: & hoc modo non: alio modo mediante carne per ſeminalem rationem traducta tanquam cauſa ſine qua non. Primum dicit Scotus: ſecundum S. Thomas. Vide hunc conciliandi modum apud S. Thomam loco citato. *Peccatum originale quomodo animā inficere poſſit.*

FINIS LIBRI II.

CONCILIATIONES CONTROVERSIARVM INTER S. THOMAM ET SCOTVM

Spectantes ad Tertium Lib. Sententiarum,

In quo tractatur de Re creata, & increata, id eſt, de re habente duo, ſcilicet, naturam creatam, & increatam; ſcilicet de Chriſto.

PRIMA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas lib. 4. contra Gent. cap. 42. verſus finem. Et clarius 3. p. q. 3. art. 1. ad 2. & art. 7. Et 3. diſt. 1. q. 2. art. 5. dicit, filium Dei terminare dependentiam naturæ humanæ, quia continet perfectionem omnis creaturæ, & per conſequens, perſonæ humanæ.

SCOTVS in 3. Sent. diſt. 1. q. 1. art. 2. impugnata præcedenti opinione, dicit, Filium Dei terminare dependentiam naturæ humanæ, non quia continet, ſed quia eſt independens.

CONCILIATIO.

Verbum omnẽ perfectionẽ continet.

DVPLEX eſt ratio terminandi, vna proxima, & hęc eſt independentia verbi, vt dicit Scotus. Altera remota, & hęc eſt continentia omnis perfectionis, quia verbum independens non eſſet, niſi omnem contineret perfectionem. Et hoc dicit S. Thomas.

SECVNDA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 3. p. queſt. 3. art. 7. in ſolutione ſecundi argumenti aſſerit, Verbum potuiſſe aſſumere plures naturas, tamen diceretur vnus homo ab vnitate ſuppoſiti; ſicut vnus ſciens, licet ſciret plures ſcientias.

SCOTVS in 3. lib. Sent. diſt. 1. q. 3. tenet, verbum potuiſſe aſſumere plu-

re plures naturas: & ſi plures aſſumeret, plures homines denominatione extrinſeca diceretur; & verum eſſet dicere: Chriſtus eſt plures homines.

CONCILIATIO.

QVANTVM ad naturam plures eſſent homines, vt dicit Scotus: Quantum ad ſubſiſtentiam, vnus eſſet homo, vt dicit S. Thomas. *An Chriſtus ſit plures homines.*

TERTIA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 3. p. q. 14. art. 3. ad 1. Et q. 27. art. 2. Et q. 31. art. 8. ad 2. Et 3. diſt. 3. q. 1. art. 1. q. 1. Et quodlib. 6. q. 5. art. 1. dicit, beatam Virginẽ in ſui conceptione maculam originalis peccati contraxiſſe.

SCOTVS oppoſitum dicit in 3. lib. Sent. diſt. 3. q. 1. tenet de poſſibili, In diſt. 18. 3. lib. tenet de facto in ſui conceptione nõn contraxiſſe peccatum originale: & ibi eſt locus proprius.

CONCILIATIO.

DVPLICITER peccatum originale contrahi poteſt; aut de facto, & debito. Et ſic beata Virgo non contraxit, vt dicit Scotus: aut ex debito ſolo nempe niſi gratia præueniretur, contraxiſſet. Et ſic verum dicit S. Thomas. Chriſtus verò nec ex facto, nec ex debito contraxit. *Originale peccatũ dupliciter cõtrahi poteſt.*

QVARTA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. 2. q. 81. artic. 5. Et 3. p. q. 32. artic. 4. Et 3. diſt. 3. q. 2. art. 1. Et 4. contra Gent. cap. 45. in fine tenet, Matrem habere rationem paſſiui, & patrem rationem actiui.

SCOTVS in 3. lib. Sent. diſt. 4. q. vnica & 15. q. quolibet. art. 2. dicit, Matrem concurrere actiue ad generationem prolis.

CONCILIATIO.

PRINCIPIVM actiuum duplex eſt, vnum quod magis agit, quomodo caliditas eſt qualitas actiua: alterum, quod minus agit, & propter hoc dicitur paſſiuum: quo modo humiditas etiam ſi agat, dicitur qualitas paſſiua. Quantum ad formam ergo prolis fœmina minus agit, quàm vir, propterea dicitur principium paſſiuum. Et hoc dicit S. Thomas. Agit tamen etiam ſi minus: Et hoc dicit Scotus. *Vide Galenum lib. 2. de virtutibus naturalibus ca. 3. quomodo mater concurrat actiue.*

QVINTA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 3. p. q. 17. art. 2. Et 3. diſt. 6. q. 2. artic. 2. c. Et quolib. 9. q. 2. art. 2. c. tenet quòd in Chriſto eſt vnum eſſe, & nulla exiſtentia ſubſtantialis ſit, niſi diuina.

SCOTVS in 3. Sent. diſt. 6. q. 1. dicit, quòd in Chriſto ſunt plura eſſe: nam in Chriſto eſt vnum eſſe ſubſiſtentiæ, & plura eſſe exiſtentiæ.

CONCILIATIO.

In Chriſto eſt duplex vita, et duplex eſſe.

IDEM tenet S. Thomas in Quæſtionibus diſputatis de vnione verbi incarnati: nam dicit, in Chriſto inueniri duo eſſe, vnum æternum, quod eſt eſſe principale ſuppoſiti: & vnum temporale; in quantum verbum factum eſt homo, & hoc eſſe, eſt eſſe ſecundarium illius ſuppoſiti: quidquid dicat Caietanus 3. p. q. 17. art. 2. vbi aſſerit, quòd opinio ſancti Thomæ in quęſtione illa, vt retractata cenſenda eſt.

SEXTA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas in ſuis Quolib. Quolib. 1. art. 2. Et Quolib. 9. art. 4. Et 3. p. q. 35. art. 5. Et 3. diſt. 8. art. 5. ad 1. tenet in Chriſto vnicam eſſe filiationem.

SCOTVS in 3. lib. Sent. diſt. 8. tenet, in Chriſto eſſe duas filiationes: nam alia eſt filiatio ad Patrem, alia ad Matrem: & vtraque eſt realis: nam dicit, in Chriſto eſſe plures relationes: vbi enim ſunt plura fundamenta, ibi ſunt plures relationes.

CONCILIATIO.

In Chriſto eſſe plures filiationes dupliciter intelligitur.

IN Chriſto eſſe plures filiationes dupliciter poteſt intelligi: vno modo ratione diuerſitatis fundamenti, & terminorum: & ſic concedimus: Alio modo ratione termini infiniti, & ſic eſt vnica relatio. Confirmatur: quia ſi non eſſent plures relationes, non eſſet filius Virginis. Et probatur: In Chriſto per Thomiſtas eſt tantum vna relatio, vel illa eſt temporalis, vel æterna: ſi temporalis tantum, ergo filius non eſſet filius in diuinis: quod eſt falſum. Si æterna tantum: ergo non filius Virginis: quod eſt falſum.

SEPTIMA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 3. p. quęſt. 16. artic. 8. Et 3. diſtinct. 11. quęſt. 1. ad 2. corp. Et diſt. 21. quęſt. 1. art. 3. ad 2. Et de Ver. quęſt. 29. art. 1. ad 1. Et 4. contra Gent. cap. 48. tenet, Chriſtum non eſſe dicendum creaturam: nam creaturam eſſe, dicit incipere eſſe. Quod repugnat ipſi Deo.

Quomodo mortale, & immortale opponātur.

SCOTVS in 3. lib. Sent. diſtinct. 11. quęſt. 2. tenet, potuiſſe Chriſtum dici, & de facto fuiſſe, ratione alterius extremi, creaturam: nam mortale & immortale ita opponuntur, ſicut creatum, & increatum: ſed mortale & immortale dicuntur formaliter de Chriſto. Ergo creatum. Ergo creatura.

CONCILIATIO.

CHRISTVM dici creaturam poteſt intelligi duobus modis: vno modo ſimpliciter & abſolute, & hoc modo non. Alio modo cum dictione reduplicatiua, & ſpecificatiua tenta, & a parte prædicati poſita: & hoc modo ſic. Et ſic vterque concordatur: & hæc eſt etiam ſententia S. Thomæ in omnibus locis citatis in quibus ſemper ait non eſſe dicendum creaturam ſimpliciter, ſed cum illo addito ſeu reduplicatione in quantum homo. *Chriſtum dici creaturam quomodo intelligatur.*

OCTAVA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas in 3. p. q. 7. art. 11. Et 3. diſt. 13. q. 1. artic. 2. quæſtiunc. 2. & 3. Et de Verit. q. 29. artic. 3. c. Et 1. diſt. 17. q. 2. art. 4. c. & ad 4. Et diſt. 44. art. 3. ad 2. tenet, gratiam animæ Chriſti fuiſſe infinitam. Et in 2. 2. quęſt. 24. art. 7. tenet, de charitate, poſſe augeri in infinitum.

SCOTVS in 3. lib. Sent. diſt. 13. q. 1. Et 20. q. quolib. art. 1. tenet, gratiam non poſſe augeri, niſi deſtruatur natura eius, quia eſt determinata ad hoc eſſe, & quòd gratia animæ Chriſti fuit finita.

CONCILIATIO.

GRATIAM non poſſe augeri in infinitum poteſt intelligi dupliciter; vel ex parte efficientis: & ſic non: vel ex parte ipſius gratiæ propter repugnantiam ex parte naturæ: & ſic concedimus. Et gratia habitualis animæ Chriſti fuit finita in entitate: dicitur autem infinita, quia habet omne quod poteſt pertinere ad rationem gratiæ: & quia gratiæ aliorum eſt incommenſurabilis quoad habitum, quoad vſum, & quoad effectum. Et ſic non diſcordant. *Gratiā nō poſſe augeri in infinitum dupliciter.*

NONA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 3. p. q. 10. art. 2. & 3. Et 3. diſt. 14. art. 2. quæſt. 2. c. Et de Ver. q. 20. art. 4. & 5. c. Et quol. 3. q. 2. art. 1. c. Et 3. contra Gent. c. 56. Et 2. diſt. 11. q. 2. art. 2. c. Et diſt. 49. q. 2. artic. 5. dicit, quòd anima Chriſti non potuit videre omnia, quæ videt Verbum. Nam nullus intellectus creatus videndo Deum, poteſt cognoſcere omnia, quæ Deus facit, vel poteſt facere, vt ipſemet dicit 1. p. q. 12. art. 8.

SCOTVS in 3. lib. Sent. diſtin. 14. q. 2. & in Quolib. Quolib. 14. & 15. art. 2. principali, tenet quòd anima Chriſti videbat actualiter in verbo omnia relucentia in ipſo verbo. Et ſic concedit, intellectum beatum vnica viſione videre infinita obiecta in eſſentia diuina relucentia, & tamen ille intellectus non eſt infinitus, ſed finitus.

CONCILIATIO.

Intellectus diuinus nõ mouetur à rebus.

INTELLECTVS diuinus intelligit infinita in ſe, a ſe, & actiue, quia eſt infinitus: modo intellectus creatus beatus intelligit infinita actu; non tamen in ſe, quia in eſſentia: non a ſe, quia ab eſſentia volente: non actiue, tanquam totale principium, quia ab eſſentia eleuatur ad talem intellectionem. Et ſic vterque poteſt concordari.

DECIMA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 3. p. q. 9. art. 4. Et q. 11. & 12. tenet, animam Chriſti cognouiſſe omnia in genere proprio per ſpecies infuſas, & acquiſitas; & profeciſſe, quoad ſpecies acquiſitas, & non infuſas.

SCOTVS 3. lib. Sent. diſt. 14. q. 3. tenet, animam Chriſti cognoſcere res in genere proprio per ſpecies infuſas, ſed non per acquiſitas: & animam proficere quoad notitiam intuitiuam reſpectu creaturarum, non quoad ſpecies.

CONCILIATIO.

Anima Chriſti cognoſcit res in genere proprio.

ANIMA Chriſti cognoſcit res in genere proprio etiam per ſpecies acquiſitas. Et hoc dicit ſanctus Thomas, ſed non neceſſario: & hoc dicit Scotus.

VNDECIMA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 3. p. quæſt. 18. artic. 1. Et 3. diſtinctione 14. artic. 1. quæſtiuncula 1. c. Et diſtinct. 17. quæſt. 1. artic. 1. quæſtiunc. 1. c. Et de Potentia quæſt. 10. artic. 4. ad 13. Et 4. contra Gent. cap. 36. tenet, in Chriſto fuiſſe duas voluntates, vnam diuinam, aliam humanam.

SCOTVS in 3. lib. Sent. diſt. 17. q. vnica tenet, in Chriſto fuiſſe ad minus tres voluntates.

CONCILIATIO.

Duas voluntates fuiſſe ĩ Chriſto quomodo intelligatur.

DVAS voluntates fuiſſe in Chriſto dupliciter poteſt intelligi: vno modo accipiendo voluntatem ſub ratione propria, & ſic dicit ſanctus Thomas: alio modo, accipiendo voluntatem pro appetitu: & hoc modo ſunt tres, nempe appetitus intellectualis increatus, appetitus intellectualis creatus, & appetitus irrationalis, ſcilicet, ſenſitiuus: & hoc dicit Scotus, nec negat ſanctus Thomas.

DVO-

DVODECIMA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas in 4. diſt. 14. q. 2. art. 1. quæſtiuncula 1. ad 4. Et de Veritate q. 29. art. 3. ad 4. & ad 8. & art. 5. ad 4. Et 3. p. q. 48. art. 6. ad primum. Et clarius q. 1. art. 2. ad 1. Et 4. diſt. 15. q. 1. art. 2. ad 1. Et quolib. 3. q. 2. art. 1. ad 3. tenet, meritum Chriſti eſſe infinitum, & habere quandam infinitatem ex dignitate ſuppoſiti.

SCOTVS in 3. lib. Sent. diſt. 19. q. vnica tenet, formaliter eſſe finitum.

CONCILIATIO.

MERITVM Chriſti eſſe infinitum poteſt accipi duobus modis: vnò modo intrinſece, & ſecundum rationem actus, & ſic verum dicit Scotus: alio modo denominatione extrinſeca, ſcilicet, quatenus habebat relationem ad perſonam vnitam, & ſic ſufficiebat pro infinitis, ſi infiniti eſſent homines: & ſic verum dicit S. Thomas.

Meritum Chriſti eſſe infinitũ poteſt accipi duobus modis.

DECIMATERTIA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas in 3. Sent. diſt. 1. q. 1. art. 2. ad 2. tenet hominem fuiſſe redemptum, & non Angelum: quia tota ſpecies hominis cecidit in vno parente: ſed non tota natura Angelica cecidit in vno Angelo, quia ſecundum eum Angeli differunt ſpecie.

SCOTVS in 3. lib. Sent. diſt. 20. q. vnica, tenet, iſtam non eſſe rationem præciſam: nam homo alterius tentatione cecidit, ſcilicet, Diaboli: Angelus non, ſed propria voluntate ſolum. Ideo debuit homo reparari, & non Angelus.

Quare debuerit homo & non Angelus reparari.

CONCILIATIO.

SANCTVS Thomas procedit philoſophice, Scotus vero Theologice Neuter eſt contrarius. Immo S. Thomas 1. 2. quæſt. 80. artic. 4. ad 3. eandem rationem aſſignat quam Scotus. Et 2. diſtinctione 7. quæſt. 1. artic. 2. Et in 3. diſtin. 1. quæſt. 1. artic. 2. ad 2. hanc & alias quinque rationes aſſignat.

DECIMAQVARTA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 3. p. q. 51. art. 3. Et 3. diſt. 21. q. 1. artic. 2. c. & ad 4. dicit, corpus Chriſti non fuiſſe conueniens putrefieri, vel incinerari: nam putrefactio cuiuſcunque corporis prouenit ex infirmitate naturæ illius.

SCOTVS in 3. lib. Sententiarum diſtinctione 21. quæſtione vnica dicit, quod nouo miraculo corpus Chriſti fuit præſeruatum à putrefactione.

CONCI-

CONCILIATIO.

Corpvs Chriſti fuiſſe poſſibile putreſieri dupliciter: vno modo intrinſece: & ſic verum dicit Scotus. Alio modo extrinſece, & ſic verum dicit ſanctus Thomas.

DECIMA QVINTA CONTROVERSIA.

Sanctvs Thomas in 3. Sent. diſt. 22. q. 1. art. 1. Et quolib. 2. art. 1. corp. Et quol. 3. art. 4. c. fi. videtur ſaluare Magiſtrum aſſerentem, Chriſtum in triduo fuiſſe hominem, & dicit Chriſtum fuiſſe hominem quoad conuenientiam nominis, & æquiuoce.

Scotvs lib. 3. Sent. diſt. 22. q. vnica tenet, non fuiſſe hominem in triduo, cum non habuerit animam vnitam corpori.

CONCILIATIO.

Chriſtum fuiſſe in triduo hominem quomodo.

Christvm fuiſſe in triduo hominem, duobus modis poteſt intelligi: vno modo proprie, & vniuoce; & ſic non fuit homo, vt dicit Scotus. Altero modo improprie, & per ſinedochen; & ſic fuit homo, vt dicit ſanctus Thomas. Tamen ſanctus Thomas in 3. p. q. 50. art. 4. tenet cum Scoto.

DECIMA SEXTA CONTROVERSIA.

Sanctvs Thomas 2. 2. q. 4. artic. 4. Et 3. diſt. 23. q. 2. artic. 4. quæſtiuncula 2. c. Et de Verit. q. 14. art. 12. c. aſſerit, vnam tantum eſſe fidem in homine.

Scotvs in 3. lib. Sent. diſt. 23. q. vnica ponit duas fides, infuſam in baptiſmate, & fidem acquiſitam per auditum.

CONCILIATIO.

An ſit vnica fides, vel plures fides in homine.

Concordia: Si loquamur de fide, quæ eſt virtus Theologica, & donum Dei, & quæ generaliter eſt in omni Chriſtiano, vna eſt; & hoc dicit S. Thomas. Si autem loquamur abſolute de fide præter illam priorem, eſt etiam fides acquiſita, quæ non in omnibus eſt, ſed in adultis. Et hoc dicit Scotus.

DECIMA SEPTIMA CONTROVERSIA.

Sanctvs Thomas in 3. Scripto diſt. 33. q. 2. art. 4. quæſtiunc. 2. c. Et 1. p. q. 59. art. 4. ad 3. Et 1. 2. q. 61. art. 2. Et q. 66. art. 1. c. Et 2. 2. q. 58. art. 5. ad 2. & art. 9. Et 4. diſt. 33. q. 3. art. 3. c. Et de Ver. q. 14. art. 4. c. Et de

de Ver. q. 1. art. 4. Et de malo. quæſt. 4. art. 5. ad 4. tenet, virtutes morales temperantiæ, & fortitudinis non ſubiectari in voluntate, ſed in parte ſenſitiua.

Scotvs in 3. lib. Sent. diſt. 33. q. vnica, tenet, virtutes morales ſubiectari in voluntate.

CONCILIATIO.

Virtvtes dupliciter poſſunt eſſe in appetitu, materialiter, & in ratione habitus: & ſic verum dicit S. Thomas. Altero modo formaliter, & in ratione virtutis: & ſic ſunt in voluntate, vt dicit Scotus.

Virtutes duobus modis poſſunt eſſe in appetitu.

DECIMAOCTAVA CONTROVERSIA.

Sanctvs Thomas 1. 2. q. 18. art. 2. Et 12. q. 19. art. 1. & 2. corp. Et 2. diſt. 36. art. 5. corp. tenet quòd malus actus & bonus actus in genere moris cauſatur ab obiecto.

Scotvs in 3. lib. Sent. diſt. 38. q. vnica tenet actus bonos vel malos cauſari a voluntate.

CONCILIATIO.

Actvm bonum vel malum cauſari ab obiecto contingit dupliciter, vno modo initiatiue, & ſic verum dicit S. Thomas: alio modo elicitiue, & completiue, & ſic verum dicit Scotus.

Actus bonus uel malus cauſatur ab obiecto.

FINIS LIBRI III.

CONCILIATIONES CONTROVERSIARVM INTER S. THOMAM ET SCOTVM

Spectantes ad Quartum Lib. Sententiarum,

In quo pertractatur de Sacramentis, quæ ſunt ſigna, & cauſæ gratiæ.

PRIMA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1.p.q.45.art.5. Et de Potentia q.3. artic.4. corp. Et 1.p.q. 65.ar.3.c. Et q.90. ar.3.c. Et 1. Sent. d. 37. q.1.art.1.c. Et 2. diſt. 1. q. 1. art. 4. c. Et 2. contra Gent. cap. 21. tenet, quòd creare ſit ſolius Dei: quia eſſe eſt effectus proprius Dei, & eſſe eſt terminus proprius creationis. Ergo ſolus Deus creat.

SCOTVS in lib. 4. Sent. diſt. 1. q. 1. idem tenet cum S. Thoma: ſed differt ab ipſo in modo probandi: immo dicit, quòd illæ duæ propoſitiones aſſumptæ a S. Thoma ſunt falſæ.

CONCILIATIO.

Ens duobus modis ſumi poteſt.

DVPLICITER poſſumus loqui de ente; aut generaliter, vt complectitur creatum, & increatum: & ſic non eſt terminus creationis, vt dicit Scotus: aut vt complectitur ſolum ens creatum, & ſic eſt terminus creationis. Et ſic dicit S. Thomas.

SECVNDA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 3.p.q.66.art.9. Et in 4. Sent. diſt. 6. q. 2. art. 1. quæſtiuncula 1. Et 4. contra Gent. cap. 50. & cap. 71. Et 3. p. q.49. art. 3. ad 2. Et q. 80. ar. 10. ad 1. Et q. 84. ar. 10. ad 1. & 5. Et 4. Sent. d. 2. q. 1. ar. 2. ad 2. Et diſt. 12. q. 3. ar. 1. quæſtiunc. 1. ad 2. Et diſt. 14. q. 1. ar. 4. quæſtiuncula 3. corp. dicit, Baptiſmum iterari non poſſe; quia virtutem habet ex paſſione Chriſti.

SCOTVS

Scotvs in 4. Sent. diſt. 6. q. 7. aſſerit, quòd ratio ſancti Thomæ non concludit; quia pœnitentia virtutem habet a paſſione Chriſti, & tamen eſt iterabilis: ſed inſtitutio diuina eſt ratio (inquit ipſe) irreiterabilitatis Baptiſmi.

CONCILIATIO.

Secvndvm S. Thomam Baptiſma Chriſti eſt irreiterabile, quatenus per ipſum repræſentatur mors Chriſti, quæ non eſt iterabilis: ſed ſecundum Scotum non eſt aliqua ratio prior irreiterabilitatis, niſi diuina voluntas, vnde ſecunda ratio congrua irreiterabilitatis Baptiſmi eſt paſſio Chriſti: ſed ratio neceſſaria eſt diuina voluntas.

Quæ ſit cauſa irreiterabilitatis baptiſmi.

TERTIA CONTROVERSIA.

Sanctvs Thomas in 3. p. q. 63. art. 2. Et 4. Sent. diſt. 4. q. 1. art. 1. corp. tenet, characterem eſſe rem abſolutam in ſecunda ſpecie qualitatis reductiue poſitam.

Scotvs in 4. Sent. diſt. 6. q. 10. tenet, characterem non eſſe niſi relationem realem.

CONCILIATIO.

Dico, quòd poteſt ſuſtineri vtraque opinio, videlicet, & quòd ſit res abſoluta fundamentaliter, ſed probabilius, quòd ſit res relatiua formaliter. Itemq; eſſe quid abſolutum, prout imprimitur a Deo: eſſe autem quid reſpectiuum, prout eſt ſignum.

QVARTA CONTROVERSIA.

Sanctvs Thomas 3. p. q. 63. art. 4. dicit, quòd characterem non eſt in eſſentia animæ, ſicut in ſubiecto, ſed in intellectu. Idem tenet in 4. Sent. diſt. 4. q. 1. art. 3. quæſtiunculis 1. 2. & 3.

Scotvs in 4. Sent. diſt. 6. q. 11. dicit, characterem eſſe in voluntate.

CONCILIATIO.

Dico, quòd character eſt in intellectu, prout eſt obligatiuus ad ea, quæ pertinent ad fidem: eſt autem in voluntate, prout eſt obligatiuus ad ea, quæ pertinent ad potentiã executiuam. Vel eſt in intellectu mediate, & in voluntate immediate.

Quomodo character ſit in intellectu, et in volũtate.

QVINTA CONTROVERSIA.

Sanctvs Thomas 3. p. q. 75. art. 2. Et in 4. Sent. diſt. 10. q. 1. art. 1. ad 4. Et 4. Sent. diſt. 11. q. 1. art. 1. quæſtiuncula 1. corp. Et 4. contra

tra Gent. ca. 63. Et Quol. 5. q. 6. art. 1. tenet, quòd corpus Chriſti de nouo incipit eſſe ſub ſpeciebus panis, ſine ſui mutatione locali, non niſi per conuerſionem panis in ipſum.

SCOTVS in 4. Sent. diſt. 10. q. 1. dicit, corpus Chriſti poſſe fieri illic præſens ſine conuerſione: ſed per reſpectum extrinſecus aduenientem, quem habet ad illas ſpecies.

CONCILIATIO.

Nota & bene.

DICENDVM eſt, quòd S. Thomas loquitur de facto, Scotus vero de poſſibili: Nam ratio intrinſeca formalis, & neceſſaria, quare corpus Chriſti ſit ibi præſens, eſt ille reſpectus: ratio vero extrinſeca ordinaria tamen eſt conuerſio.

SEXTA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas Quoli. 1. q. 10. art. 2. ad 1. Et Quoli. 3. art. 2. Et in 4 Sent. diſt. 44. q. 2. art. 2. quæſtiunc. 3. ad 4. negat, idem corpus eſſe poſſe ſimul in pluribus locis.

SCOTVS in 4. Sent. diſt. 10. q. 2. dicit: Quidquid non implicat contradictionem, poteſt Deus facere: ſed idem corpus eſſe in pluribus locis non implicat contradictionem: ergo fieri ab ipſo poteſt.

CONCILIATIO.

Idem corpus an poſſit eſſe in pluribus locis.

AVT loquimur de potentia corporis naturali, ſeu aptitudinali: & ſic non poteſt per quamcunque potētiam extrinſecam eſſe ſimul in pluribus locis: quod dicit S. Thomas. Aut loquimur abſolute de potentia, ideſt, non repugnantia corporis: & ſic poteſt eſſe in pluribus locis, ſupernaturaliter quidem, ſed non contra naturaliter. Et hoc dicit Scotus.

SEPTIMA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 3. p. q. 77. art. 3. ad 3. Et 4. Sent. diſt. 12. q. 1. art. 2. quæſtiuncula 1. & 2. Et Quolib. 9. q. 3. art. 5. ad 3. tenet, quòd accidentia in Euchariſtia agunt in virtute formæ ſubſtantialis.

SCOTVS in 4. lib. Sent. diſt. 12. q. 3. dicit, quòd accidens ſeparatum nullo modo poteſt eſſe principium alicuius actionis virtute ſubſtantiæ.

CONCILIATIO.

Agere in virtute ſubſtantiæ quomodo.

DVPLICITER contingit agere in virtute ſubſtantiæ: aut per motionem actualem ipſius ſubſtantiæ, & ſic accidens ſeparatum non agit in virtute ſubſtantiæ, vt dicit Scotus. Aut per motionem habitualem: & ſic agere poteſt, vt dicit S. Thomas.

OCTAVA CONTROVERSIA.

LICET S. Thomas 3. p. q. 77. artic. 5. Et 4. contra Gent. cap. 66. Et quolib. 9. q. 3. art. 5. ad 3. teneat omne, quod generatur ex Euchariſtia, generari ex quantitate dimenſiua panis, & vini, tanquam ex materia; tamen in 4. Sent. diſt. 12. q. 1. art. 2. quæſtiuncula 4. tenet probabiliter, transſmutationes paſſiuas fieri per reuerſionem materiæ a Deo de nouo creatæ.

SCOTVS in 4. Sent. diſt. 12. q. 6. dicit in transſmutatione paſſiua facta circa Euchariſtiam non redire ſubſtantiam, vel materiam.

CONCILIATIO.

SANCTVS Thomas, quando probabiliter tenet, redire ſubſtantiam, intelligit de ſubſtantia noua creata a Deo: quod etiam cōcedit Scotus. Quando vero Scotus dicit, in illis transſmutationibus paſſiuis non redire ſubſtantiam, intelligit de ſubſtantia panis, & vini, quæ deſtructa fuit: quod etiam concedit S. Thomas expreſſe. *Conſidera & bene.*

NONA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas 1. 2. q. 86. art. 1. & 2. Et q. 87. artic. 6. Et in 4. Sent. diſt. 14. q. 2. art. 1. quæſtiuncula 2. Et diſt. 19. q. 2. art. 2. tenet, quòd poſt actum peccati remanet in peccatore priuatio gratiç, quam ipſe vocat maculam peccati: & ab hac peccator dicitur formaliter peccator.

SCOTVS autem dicit in 4. Sent. diſt. 14. q. 1. quòd non priuatione gratiæ: ſed ordinatione ad pœnam peccato correſpondentem, peccatorem dici, & eſſe formaliter peccatorem.

CONCILIATIO.

PECCATOR formaliter initiatiue dicitur a priuatione gratiæ. Et hoc dicit S. Thomas: completiue vero ab illa ordinatione Dei. Et hoc dicit Scotus. *Quomodo peccator dicatur formaliter peccator.*

DECIMA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas in 4. Sent. diſt. 18 q. 1. art. 1. in ſolutione primi argumenti ſecundæ quæſtiunculæ dicit, quòd poteſtas conſecrandi & abſoluendi ſunt vna, & eadem, nempe character ipſe ſacerdotalis.

SCOTVS in 4. Sent. diſt. 19. q. 1. art. 3. tenet totum oppoſitum: aſſerit enim, quòd illæ ſunt diſtinctæ poteſtates, quarum vna poteſt eſſe ſine alia: ſed character ſacerdotij poteſt eſſe ſine illa poteſtate abſoluendi, quæ includitur in clauibus: vnde non ſunt eædem poteſtates.

CONCILIATIO.

An poteſtas conſecrandi, & abſoluendi ſint eadem poteſtates.

DICIMVS formaliter eſſe diſtinctas poteſtates, & hoc dicit Scotus: originaliter autem, ſeu radicaliter eſſe eaſdem. Et hoc dicit ſanctus Thomas, vt patet ex illius verbis: ait ſiquidem quòd eſt eadem poteſtas, ſed differt ſecundum rationem.

VNDECIMA CONTROVERSIA.

SANCTVS Tho. 1. 2. q. 3. art. 4. Et in 4. Sent. diſt. 49. q. 1. art. 1. quæſtiunc. 2. Et 1. p. q. 26. art. 2. & 3. corp. Et 3. contra Genr. cap. 25. & 26. Et de malo q. 16. art. 6. ad 6. Et Quolib. 8. q. 9. art. 1. c. Et 1. Sent. diſt. 1. q. 1. art. 1. cor. ponit, beatitudinem noſtram conſiſtere in operatione intellectus eſſentialiter.

SCOTVS in 4. Sent. diſt. 49. q. 4. tenet, noſtram beatitudinem conſiſtere in operatione voluntatis.

CONCILIATIO.

An beatitudo conſiſtat in intellectu, uel in voluntate.

BEATITVDINEM noſtram conſiſtere in intellectu poteſt accipi duobus modis: vno modo præſuppoſitiue, vel initiatiue: & ſic bene dicit S. Thomas. Alio modo completiue: & ſic bene dicit Scotus.

DVODECIMA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas in 1. 2. q. 18. ar. 3. corp. Et 1. p. q. 64. & 2. c. Et 1. 2. q. 5. art. 4. c. Et 3. contra Gent. cap. 62. tenet, perpetuitatem, & ſecuritatem eſſe de eſſentia beatitudinis.

OPPOSITVM dicit Scotus in 4. lib. Sent. diſt. 49. q. 6. Nam aſſerit perpetuitatem & permanentiam non eſſe de eſſentia beatitudinis.

CONCILIATIO.

Duplex eſt beatitudo.

DVPLEX eſt beatitudo, intenſiua ſeu obiectiua, & extenſiua. Ad beatitudinem extenſiuã requiritur duratio, & permanentia: & hoc dicit S. Thomas: non autem ad beatitudinem intenſiuam: & hoc dicit Scotus.

DECIMATERTIA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas in 1. 2. q. 4. art. 1. & 2. Et q. 3. art. 4. Et in 4. li. Sent. diſt. 49. q. 3. art. 4. quæſtiuncula 3. in fine, tenere videtur gaudium & delectationes eſſe de eſſentia beatitudinis.

SCOTVS in 4. lib. Sent. diſt. 49. q. 7. tenet, quòd Beatitudo ad ſui eſſentiam non requirit, nec delectationem nec gaudium, quia delectatio & gaudium ſunt paſſiones inſequentes beatitudinem.

CONCI-

CONCILIATIO.

BEATITVDO dupliciter poteſt conſiderari: vno modo complete, & perfecte: & de iſta eſt verum dicere, quòd gaudium eſt de eſſenta beatitudinis, & hoc dicit S. Thomas. Alio modo ſumitur beatitudo incomplete, & imperfecte. Et de iſta verum eſt dicere, quòd gaudium non eſt de eſſentia beatitudinis, vt dicit Scotus. Immò S. Thomas eſſentialem Beatitudinem in ſola viſione ponit: gaudium autem & delectationem tanquam conſequentia illam, vt ait Scotus. *Beatitudo dupliciter poteſt conſiderari.*

DECIMAQVARTA CONTROVERSIA.

SANCTVS Thomas in 4. lib. Sent. diſt. 49. q. 2. art. 6. Et 1. p. q. 12. art. 4. c. Et 1. 2. q. 5. art. 5. & q. 62. art. 1. corp. Et 3. contra Gent. ca. 52. & ca. 147. inquit, quòd beatitudo eſt mere effectus ſupernaturalis, & naturaliter haberi non poteſt.

SCOTVS eſt in oppoſitum in 4. lib. Sent. diſt. 49. q. 8. vbi tenet, beatitudinem poſſe haberi naturaliter, & quòd eſt naturalis.

CONCILIATIO.

BEATITVDO poteſt conſiderari duobus modis: vno modo, prout comparatur ad actiuitatem totalem potentiæ: & hoc modo non poteſt haberi naturaliter, nec eſt naturalis, vt dicit S. Thomas. Alio modo, prout comparatur ad vim paſſiuam, & inclinationem naturalem potentiæ. Et ad actiuitatem partialem quæ ſimul cum actiuitate ſupernaturalis agentis elicit actum beatitudinis. Et hoc modo poteſt haberi naturaliter, & eſt naturalis, & hoc dicit Scotus. Ad quam beatitudinem Deus ſua miſericordia, ac precibus ſanctorum Franciſci, & Antonij poſt huius vitæ curſum nos perducere dignetur. *Beatitudo poteſt conſiderari duobus modis.*

FINIS CONCILIATIONVM.

DIRE-

AD ILL.MVM ET REVER.MVM CONSTANTIVM CARDINALEM SARNANVM

GVILIELMI BLANCI IVNIORIS
Sixti V. Cubicularij intimi

EPIGRAMMA.

CVm ſacra ſupremi reſeras arcana Tonantis,
Tunc te Mercurium protinus eſſe reor.
Mercurius ſancto iungebat fœdere gentes,
Tu Thomæ Scotum conciliare potes.
Et tibi donauit SIXTVS, SARNANE, galerum:
Mercurius inſignis namque galerus erat.

IN EVNDEM

FRATRIS ANGELI ROCCHENSIS
Auguſtiniani a Camerino.

EPIGRAMMA.

QVi Thomæ Angelici, & Scoti iam diſſona ſenſa,
Iudice SARNANO, conſona facta leget,
Id non humano captu procedere credat:
Huic etenim mentem rexit, & ora Deus.

DIRECTORIVM IN LOGICAM, PHILOSOPHIAM, atque Theologiam, ad mentem SCOTI Doctoris ſubtilis.

LITTERA A.

A, vel Ab, dicit habitudinem cauſæ materialis, vel formalis quandoque, & quandoque principiantis ad principiatum: & ſic dico, quòd filius in diuinis de ſe habet eſſe; ideſt formaliter, & ex ſua forma, naturaq. non tamen a ſe, ideſt originatiue. Franciſcus de Mayr. primo Sent. diſt. 12. q. 2.

Scot. 2. Str. diſt. 1. q. 1.

ISTVD confirmatur ſecundum Auguſtinum in lib de triplici habitaculo ca. 6. dicentē, quòd in patria videbimus quòd Pater eſt prior origine Filio, nam vbicunque eſt hoc ab hoc, illud a quo eſt hoc, eſt prius origine, & illud quod eſt ab eo eſt poſterius, ſed in diuinis Pater, & Filius ſic ſe habent quòd Filius eſt a patre, ergo Pater eſt prior, quia eſt a quo aliud: & Filius eſt poſterior origine, quia eſt quod ab alio. Iſta veritas confirmatur per Auguſtinum qui dicit, quòd nulla res eſt quæ ſe ipſam gignat: adduco etiam Anſelmum, Intellectus, inquit Anſelmus, non capit quòd idem det ſibi eſſe, quia tunc idem eſſet prius ſeipſo: Pater autem dat eſſe Filio, quare non eſt inconueniens, quòd aliquid ſit prius alio, ideo Pater diſtinguitur a Filio cui dat eſſe.

In diuinis non ſolū eſt ordo, et principium, ſed etiā prius, et poſterius.
1. de tri. c. 1. to. 3.
ſ Mono. c. 1.
Ariſt. 2. de anima contex. 47.

ORIGENES etiam air quòd Pater eſt prior Filio, non natura ſed cauſa, ſed non loquitur de cauſa propria, quia non dicit, quòd dicit Arrius: ergo capit cauſam pro origine, quia ibi nulla cauſa.

Homilia 1. ſuper Ioannem.

QVAERO nunc an ordo originis ſit in diuinis, & arguo quod non, argumentis Thomiſtarum, & nominalium.

Opinio Thomiſtarum, & nominalium.

PRIMO ſic: Si in diuinis eſſet ordo originis, ergo Pater eſſet prior Filio origine, conſequens falſum, ergo: probatur, quia in illo priori in quo Pater eſt, vel Filius eſt, vel non: ſi primum, ergo non eſt prior: ſi non, ergo ſequitur error Arrij, quòd Filius quandoque habuit non eſſe, & dicunt quòd eſt Achilles eorum.

SECVNDA opinio eſt, quòd in diuinis eſt ordo, ſed non prioritatis, & poſterioritatis: quòd nō ſit prius, neq; poſterius, hoc modo probant. Nam ordo fundatus ſuper rem omnino indiuiſibilem non arguit prius nec poſterius: ſed ordo fundatus in diuina eſſentia eſt ordo fundatus ſuper rem omnino indiuiſibilem: ergo ordo in diuinis nō arguit prius, nec poſterius.

Opinio Altiſiodorēſis. et aliorum.

Ordo origi nis ſumitur quadrupliciter.

R e s p o n d e o ad argumenta, & ſuppono vnam diſtinctionem, ſcilicet, quòd ordo originis quadrupliciter capi poteſt, primo vt cadit inter origines, vnde ideo vocatur ordo originis, quia eſt inter origines, & iſta prioritas ſecundum Scotum habet quattuor ſigna, cum ſint quattuor generationes, duæ internæ, & duæ externæ: vna qua producit creaturam in eſſe cognito, alia qua producit creaturam in eſſe reali: & ad intra ſunt aliæ duæ, vna qua producit Verbum, alia qua producitur Spiritus ſanctus: nam ordo originis eſt habitudo emanationis ad emanatum, vel præſuppoſiti ad præſupponens: habet ergo quattuor ſigna.

Quid ſit ordo originis.

Inter perſonas diuinas eſt ordo, & prioritas originis vide Scotum, in 1. diſt. 12. q. 1. & 2. Et in 2. d. 1. q. 1. & in quoli. q. 4. 8. et 14.

I n primo producit Filium.

I n ſecundo Spiritum ſanctum.

I n tertio creaturam in eſſe cognito.

I n quarto creaturam in eſſe reali.

S e c v n d o modo capitur ordo, ſcilicet inter perſonas originantes, & habet duo ſigna, vnum in eſſendo, quod eſt inter Patrem, & Filium: aliud in obijciendo, vt eſſentia obijcitur intellectui, & in eſſendo habet tria ſigna.

I n primo eſt Pater.

I n ſecundo eſt Filius.

I n tertio eſt Spiritus ſanctus.

T e r t i o etiam in obijciendo.

I n primo eſt Pater intelligens, & volens, & creans.

I n ſecundo ſigno Filius, ab alio intelligit, vult, & creat.

I n tertio eſt Spiritus ſanctus, qui intelligit, vult, & creat.

T e r t i o modo capitur, quando comparantur eſſentialia ad notionalia, vnde volitio, intellectio, ſapientia, bonitas præcedunt paternitatem, & filiationem, & habent duo ſigna, quia Pater in primo eſt intelligens, eſt ſapiens, & eſt beatus.

Scotus 1. q. quolib.

V l t i m o capitur, vt cadit inter ſola eſſentialia, & iſta quot habeant ignoro, cum ignorem numerum eſſentialium: multa ſunt eſſentialia quæ ſcimus, ignoramus tamen an vnum præcedat reliquum, & de iſta loquitur Scotus.

P r i m v m dictum. In diuinis ponitur inter perſonas originantes, vt patet per Athanaſium in Symbolo: Pater a nullo eſt factus, & vult dicere quòd Pater eſt a ſe. Cum dicit: Filius a Patre ſolo eſt, ponit ſecundum ſignum originis. Cum dicit: Spiritus ſanctus ab vtroque, ponit tertium ſignum originis.

S e c v n d v m dictum. In diuinis ponitur ordo originis inter duas originationes, patet: quæ non ſunt ordinata, & ſunt diſtincta, neceſſario ſunt confuſa, patet de cumulo lapidum: ſed generatio, & ſpiratio ſunt diſtincta, & non ſunt confuſa, ergo ordinata, & ita habent ordinem.

Scotus 1. q. quolib.

T e r t i v m dictum. In diuinis ponitur ordo originis inter eſſentialia, & notionalia.

Scot. in 4. ſent. diſt. 49. q. 4.

Q v a r t v m dictum. In diuinis inter eſſentialia ponitur ordo originis, patet quia in creaturis intellectus præcedit voluntatem, ſequitur ergo etiam in diuinis, nam intellectus Dei, ordine naturæ præcedit voluntatem.

Reſponſio ad argumẽ

A d argumentum in oppoſitum, reſpondetur cum dicitur, vel filius eſt, vel non, dico quòd Scotiſtæ non intelligunt quòd ſit aliquod inſtans, in quo

in quo Pater ſit, & Filius non ſit, ſed talis prioritas dicit habitudinem generantis ad generatum, & ideo male quæritur vel eſt, vel non eſt, ſed debet quæri vel eſt prior origine, vel non eſt prior origine, & ideo fit fallacia figurę dictionis, mutando prioritatem originis, in prioritatem durationis. Vnde non valet: Pater prius origine creat, ergo prius creat: fit etiam fallacia ad ſecundum quid & ſimpliciter, ſic capitur prioritas in eſſendo, cum quæritur vel filius eſt, vel non eſt. *ta Thomiſtarum.*

AD ſecundum argumentum videlicet ordo fundatus &c. Reſpondeo quòd ordo ille eſt fundatus non immediate in eſſentia, ſed in perſonis: mediate autem in eſſentia diuina, ideo quia talis ordo eſt fundatus in perſonis, ideo ibi eſt prius & poſterius: præterea licet ille ordo ſit fundatus ſuper eſſentiam omnino indiuiſibilem, eſt etiam fundatus in eſſentia communicabili, ratione cuius communicabilitatis eſt in diuinis, prius & poſte rius ſecundum rationem tamen & originem. *Opinio Altiſiodorēſis*

SED notandum quòd prioritas poteſt accipi quinque modis. *Prioritas poteſt accipi quinque modis.*

PRIMO ſecundum durationem.

SECVNDO ſecundum naturam.

TERTIO ſecundum perfectionem.

QVARTO ſecundum rationem.

QVINTO ſecundum originem.

PRIORITAS ſecundum durationem eſt prioritas temporis, quoniam eſſe vnius partis temporis præcedit eſſe alterius temporis. *Quæ ſit prioritas ſecūdum durationem.*

PRIORITAS ſecundum naturam eſt quãdo aliquid pręcedit aliud naturaliter in eodem tamen inſtanti temporis, vt ſubiectum, & paſſio, ſubiectum eſt prius natura ſua paſſione. *Quæ ſit prioritas ſecundū naturam.*

PRIORITAS ſecundum perfectionem eſt quando aliquid eſt perfectius, vt ſubſtantia eſt prior accidente, quia eſt perfectior. *Quæ ſit prioritas ſecundū perfectionem.*

PRIORITAS ſecundum rationem eſt quando intellectus intelligit aliquid prius eſſe altero.

PRIORITAS ſecundum originem eſt a quo procedit alterum, vel quod ab altero præſupponitur, & quod dico de prioritate, dico de poſterioritate.

MODO in diuinis non eſt prius primo, nec ſecundo, nec tertio modo, ſed quarto, & quinto modo. Sic dicitur quòd pater eſt prior filio, non quòd de facto ſit prior, ſed quia intelligitur ab intellectu quòd pater ſit prior filio: dicitur etiam prior origine, quia a patre originatur filius, ideo a filio præſupponitur eſſe patris, nam agere præſupponit eſſe agentis, pater agit producendo filium, ergo pater eſt prior origine filio, & ratione. *Quæ ſit prioritas ſecundū originem.*

HIS poſitis, ſit prima concluſio: In diuinis non eſt prioritas perfectionis, quia ibi nihil eſt imperfectum.

SECVNDA concluſio: In diuinis nõ eſt prioritas generationis, quia ibi non eſt proceſſus ab imperfecto ad perfectum, qui in prioritate generationis neceſſario inuenitur. *Scot. quoli. 6. explicat definitionē æternitatis*

TERTIA concluſio: In diuinis non eſt prioritas durationis, ſed omnia ſunt ſimul duratione.

QVARTA concluſio: In diuinis non eſt ordo naturę eſſentialis dependentiæ, nec eſſentialis eminentię. *Scot. lib. de 1. prin. c. 1*

Scot. in 2. ſent. diſt. 1. q. 1.

QVINTA concluſio, prioritas naturæ eſt præſuppoſitio huius ab hoc, omni cauſalitate ſecluſa, & hoc modo nullam dicit imperfectionem, quia poteſt ſtare cum identitate naturæ, & ſic eſt prioritas in diuinis.

Scot. in 1. ſent. d. 12. q. 1. & 2.

SEXTA concluſio: Inter diuinas perſonas reperitur ordo, & prioritas originis, nam in diuinis eſt perſona prima, ſecunda, & tertia, cum Pater ſit prima perſona, Filius ſecunda, & Spiritus ſanctus tertia: ergo vna perſona eſt prior altera, ergo in diuinis eſt prioritas.

Reſponſio Thomiſtarum.

RESPONDENT aliqui Thomiſtæ quòd Pater dicitur prima perſona, Filius ſecunda, Spiritus ſanctus tertia, non ob id, quòd vna ſit prior altera, ſed quia inter eas eſt ordo originis, aut naturæ, vel quia vna eſt prior altera ſecundum rationem.

Confutatio Reſpōſionis

CONTRA: cum vero dicitur, quòd vna perſona dicitur prima, alia ſecunda, quia eſt prior altera ſecundum rationem, dico quòd non ob hoc ſolum, ſed quia a parte rei eſt prior origine: fatuum enim videtur aſſerere, quòd me non conſiderante, Pater non ſit prior origine Filio, cum ſecluſo omni actu comparatiuo intellectus, Pater in diuinis ſit prima perſona, Filius ſecunda, & Spiritus ſanctus tertia.

S. Thomas, & Scot. cōueniunt, & differunt.

IN rei veritate Scotus, & S. Thomas conueniunt ſecundum rem, & veram intelligentiam, tamen differunt in modo loquendi, quia ſanctus Thomas non vtitur iſtis nominibus prius, & poſterius, nec vult vti.

Scotus per ſigna originis aliquãdo intelligit ſigna naturæ primo ſent. diſt. 6. q. 1.

CONSIDERANDVM eſt quòd Scotus aliquando per ſigna originis intelligit ſigna naturæ, vt patet, vbi ait quòd Pater ſigno originis intelligit ſuam eſſentiam, & in ſecundo inſtanti originis gignit Filium: hoc autem non poteſt intelligi de prioritate originis, ſtricte loquendo, nec de prioritate originis, ſecundum quam ea quæ ſunt in primo inſtanti originis dicantur priora: quia ſic Pater in eodem inſtanti originis intelligit ſuam eſſentiam, & gignit Filium. Intelligit ergo Scotus per ſigna originis ſigna naturæ.

QVOT MODIS CAPIATVR ISTE terminus, Abſolute.

Eſſentia diuina eſt entitas realis exiſtēs, prima, vnica, abſoluta, &c. Scotus 1. q. quolib.

NOTA, quòd Abſolute capitur tribus modis.

VNO modo, vt diſtinguitur cōtra relatiuum, vt eſſentia in diuinis.

ALIO modo Abſolute, ideſt ſimpliciter: & iſto modo intelligit Nicolaus Bonettus.

ALIO modo Abſolute, ideſt omnibus alijs modis, vt enſis, abſolute, ideſt omnibus modis eſt gladius.

QVO MODO ABSOLVTVM POTEST manere abſque reſpectiuo.

Omne abſolutum poteſt eſſe ſine

ABSOLVTVM poteſt manere abſque reſpectu ad aliud, quia ipſe reſpectus non eſt prior ipſo, nec ſimul natura cum eo: nota etiam, quòd de ratione Abſoluti non eſt reſpectus. Franciſcus de Mavr. diſtin. 9. q. 1.

9. q. 1. primi Sent. cum abſolutum quidditatiue non poſſit includi in reſpectu, tamen denominatiue bene poteſt dici, ſicut dicimus, quòd productio filij eſt diuina denominatiue, & tamen nō poteſt dici quidditatiue. Quo modo priori abſoluto repugnet eſſe ſine poſteriori, vide Franciſcum de Mayr. in primo Sent. diſtin. 14. q. 4. qui optime huiuſmodi regulam aperit. *poſteriori, Scot. 12 d. 2.q.2.et 12. d.4.q.2. & 16. q. quolib. & alibi ſæpe.*

Absolutvm dicitur vno modo, vt diuiditur contra reſpectiuum: & ſic dicitur poſitiue, ſicut dicimus quòd ſubſtantia eſt abſolutum prædicamentum, ſed ad aliquid reſpectiuum. Secundo dicitur abſolutum pure priuatiue, ſcilicet pro conceptu abſtracto ab abſoluto, & reſpectiuo, ſicut ſi abſtrahimus ens finitum a ſubſtantia & relatione, tunc ens finitum nec eſt abſolutum nec reſpectiuum, loquendo poſitiue: ſed ſolum dicimus priuatiue abſolutum: quia non eſt actu reſpectiuum, ſed poteſt eſſe. *Vide Guilielmũ Vorilleng. 1. ſent. d. 26.*

Tertio dicitur abſolutum pure negatiue, pro eo cui conuenit ſic eſſe a ſe, quòd nullo modo ad aliud, & ſic in diuinis diuina eſſentia eſt abſoluta, & quidditates ſubſtantiæ, & qualitatis in primo ſigno, ſicut humanitas equinitas, &c. *Vide Franciſcum de Mayro. 1. ſent. diſt. 23. q. 4.*

Absolvtvm in diuinis eſt perfectio ſimpliciter.

Absolvtvm eſt formaliter infinitum.

Absolvtvm eſt terminus formalis generationis.

Absolvtvm eſt ratio formalis qua agens agit.

Absolvtvm in cauſa, eſt in primo ſigno.

Absolvtvm in effectu in ſecundo.

Relatio effectus ad cauſam in tertio.

Relatio cauſæ ad effectum in quarto.

} quo modo intelligatur.

ABSOLVTVM CVM RESPECTIVO NON faciunt per ſe vnum.

Aristoteles Auer. & Scot. dicunt quòd ad hoc quòd aliqua duo faciant per ſe vnum, requiritur quòd vnum ſit potentia, & aliud ſit actus, ita quòd vnum ſit potentia, & materiale ad aliud, ſed ſic non eſt eſſentia reſpectu paternitatis: vbicunque ergo Scotus opinatur compoſitum ex abſoluto & reſpectiuo non eſſe vnum per ſe, ſed per accidens, verum eſt, logice loquendo, quoniam nullum tale componitur ex actu & potentia, vt dictum eſt: dum vero aſſerit perſonam diuinam eſſe ens per ſe, quæ conſtituitur ex eſſentia & relatione, verum eſt metaphyſice, quoniam non conſtituitur ex rebus diuerſorum prædicamentorum, ſic etiam Chriſtus eſt vnum per ſe metaphyſice, non autem logice: quod expreſſit Athanaſius in ſymbolo dicens: Non duo tamen, ſed vnus eſt Chriſtus. Et S. Bernardus ad Eugenium lib. 5. inquit: Illa eſt ſumma vnitas, qua Deus factus eſt homo. Et hoc dicitur ex Scoti teſtimonio. *Ariſt. 8. met. cõtex. 15. & 16. & Auer. 7. met. commen. 60. et Scot. in 2. d. 12. q. 1. Vide Scot. in 1. d. 5. quæſt. 2. & diſtin. 26. q. vnica.*

Absolvtvm non includit in ſua ratione eſſentiali relatiuum, quia tunc eſſet per ſe ad alterum per illum reſpectum incluſum. *Vide Sco. in 3. d. 6. q. 1. ac etiã 6. q. quolib.*

Absolvtvm includit identice, & realiter relationem.

Absolvtvm eſt triplex a cauſa, a ſubiecto, & a termino.

Abso-

Scotus 13. q. quolib.

Abſolutvm a cauſa, eſt quod non habet cauſam, & ſic vnio non eſt quid abſolutum, quia habet cauſam ſcilicet Deum.

Scotus in 3. diſt. 1. q.4.& 5.

Abſolutvm a ſubiecto eſt, quod non habet ſubiectum, & ſic vnio non eſt abſoluta, quia habet naturam humanam pro ſubiecto,

Abſolutvm a termino, & ſic vnio non eſt quid abſolutum, quia verbum terminat dependentiam naturæ humanæ.

Abſolutvm ſumitur tribus modis. Vno modo vt diuiditur contra dependens, & iſto modo Deus eſt ſimpliciter ens abſolutum, quoniam habet eſſe omnino independens. Secundo modo vt diſtinguitur contra ens contractum ſiue reſtrictum. Tertio modo ſumitur abſolutum vt diſtinguitur contra relatiuum.

Abſolutvm non diuiditur, nec numeratur.

Abſolutvm, vt abſolutum, non requirit terminos, quia iam non eſſet ad ſe: ergo ſi requirit ſubiectum, hoc non eſt niſi propter quandam dependentiā ad ipſum, vt ad cauſam, ſed non vt ad cauſam intrinſecam, quia ſubiectum non eſt de eſſentia accidentis: immo accidens ſecundum ſe eſt ens per ſe, ergo vt ad cauſam extrinſecam.

Scot. in 4. ſent. d. 12.

Abſolutvm non includit reſpectum, quia iam non eſſet abſolutum.

Scot. in 2. ſent. d. 1. q.2. in ſolutione ad principale.

Abſolutvm eſſe filij eſt prius abſoluto eſſe patris, quàm in patre ſit paternitas, quia vt ait Scotus ad eſſe abſolutum in cauſa, ſequitur eſſe abſolutum in effectu.

Abſolutvm ſumitur quadrupliciter.

Vide Scotū in 1 diſt.7. q. vnica.

Primo modo dicitur abſolutum, quod nullo mòdo identificatur cum relatione, & ſic nihil dicitur abſolutum, quia etiam Deus non dicitur abſolutum, quod excludat identitatem cum relatione.

Vide Scotum vt ſupra.

Secvndo modo dicitur abſolutum ad cauſam efficientem, quod excludit ſecundum efficientiam, ideſt, quòd nullam relationem habet ad aliud, tanquam ad cauſam efficientem, & ſic ſolus Deus eſt ens abſolutum, & nulla creatura.

Tertio modo abſolutum ens dicitur quod excludit terminationem, ideſt quòd non recipit aliud tanquam terminum, & ſic omnia de prædicamento ſubſtantiæ, & de prædicamento quantitatis, & qualitatis, dicuntur abſoluta.

Qvarto modo dicitur abſolutum, quia excludit omnem habitudinem ad ſubiectum, & ſic quantitas non eſt abſolutum, quia ſiue coniuncta, ſiue ſeparata, ſemper habent habitudinem ad ſubiectum, ſiue actualem ſiue aptitudinalem.

Vide Boetiū de duabus naturis & Scotum in 1. diſt. 26. q. vnica.

Abſolvta ſunt omnia quæ ponuntur in definitione perſonæ.

Contra: Saluator noſter expreſſit perſonas diuinas nominibus relatiuis, & non abſolutis, vt patet Matthæi cap. vltimo, ſimiliter Ioannes in ſua canonica cap. 5. tres ſunt qui teſtimonium dant in cælo, Pater verbum, & Spiritus ſanctus.

Secvndo Eccleſia exprimit perſonas diuinis nominibus, relatiuis, & non abſolutis, ſicut patet in ſymbolo Apoſtolorum; in ſymbolo Athanaſij, & in ſymbolo Niceno.

RESPON-

RESPONSIO.

RESPONDEO ad primam rationē, quare Chriſtus illis nominibus magis expreſſit perſonas diuinas, quia nos eramus magis capaces ad intelligendum eas, quàm per nomina abſoluta, quia nihil eſt in creaturis, per quod magis poſſemus venire ad cognoſcēdum perſonas diuinas, quàm nominando per relatiua nomina, patet exemplo: Nos non dicimus, hos excommunicauit Sixtus V. ſed Papa: ideo ad clariorem cognitionem. *Vide Scotū in 1. ſent. diſt. 26. q. vnica.*

CHRISTVS magis expreſſit ſub nominibus relatiuis, quàm abſolutis.

AD ſecundam inſtantiam de Eccleſia reſpondetur ex mente Scoti, articulum quem dat nobis Chriſtus ſine dubitatione nos debemus tenere, quantum ad illud quod Chriſtus expreſſit: ſed ſi aliquid tacuit Chriſtus, non debeo negare illud: ſed ipſe tacuit, quòd perſonæ diuinæ ſint abſolutæ, ideo non ſequitur, quòd ego debeam hoc negare, immo poteſt teneri ſine errore. *Vide Scotū in 1. ſent. diſt. 26. q. vnica.*

ABSOLVTVM aliquod prærequirere relationem ad ſuum eſſe non eſt inconueniens. *Scot. in 3. ſent. diſt. 2. q. 2.*

ABSOLVTVM in diuinis eſt commune tribus ſecundum Auguſtinum: nam quodcunque abſolutum additur in diuinis, illud prędicatur de tribus perſonis diuinis. *5. de tri. cap. 10.*

CONTRA.

HOMO non prædicatur de tribus perſonis diuinis: ergo non eſt prædicatum abſolutum, & per conſequens non prædicabitur de verbo.

RESPONDETVR.

QVOD duplicia ſunt prædicata dicta de Deo, ſcilicet intrinſeca, & extrinſeca. Intrinſeca ſunt illa quæ ſunt eadem realiter cum Deo, & talia prædicata eſſentialia prædicantur de tribus perſonis, vt ſapientia, ſcientia &c.

ALIA ſunt prædicata extrinſeca, vt cum dicitur, Deus eſt homo: homo non identificatur realiter cum Deo, & ſic dico quòd abſolutum, quod eſt in Deo, non prædicatur de tribus perſonis.

NOTA quòd Abſolutum, & reſpectiuum non faciunt per ſe vnum. Vide Paduanum in ſuis contradictionibus, contradictione 8. bene declarantem. *Scotus 2. q. quolib. art. 4. & 6. q. quoli. ar. 2.*

ABSOLVTVM non contrahit reſpectiuum per ſe, & eſt id quod non eſt ad aliud, & quod vnicum eſt neceſſe eſſe, radicale à ſe. *Quare Scotum in 1. diſt. 2. q. 5.*

AB-

ABSTRACTIO.

Vide Scotũ in 1. ſent. d.5.q.1.

ABSTRACTIO in vniuerſali eſt duplex, ſcilicet a ratione formali, & a ſuppoſito. Abſtractio a ſuppoſito eſt duplex, ſcilicet a proprio ſuppoſito, & a ſuppoſito alieno, prima fit in ſubſtãtia, & ſecunda fit in accidentibus. Prima eſt tantum vnica, ſed alia eſt duplex, quia accidens poteſt abſtrahi tam à proprio ſuppoſito inferiori, quàm a ſubiecto. Et nota quòd cum dicitur, quòd in ſubſtãtia eſt tantum vna abſtractio, & in accidentibus eſt duplex, & in reſpectiuis eſt triplex, hoc eſt verum, loquendo tantum de abſtractione quæ fit ratione concretionis, & non ratione ſignificationis: quia illæ ſunt multæ, tot ſcilicet quot ſunt rationes formales in aliquo, ideo in ſubſtantia ſiue ſimplici, ſiue compoſita eſt tantum vna abſtractio.

CONTRA.

Scot. in 3. libro ſent. diſt. 7. q. 1. ſoluẽdo ſecũdum argumẽtum.

OPPOSITVM videtur Scotus habere in tertio libro Sent. vbi concedit plures abſtractiones in ſubſtantia.

RESPONDEO.

In Chriſto fit duplex abſtractio.

IN ſubſtantia eſt tantum vna abſtractio ſcilicet a ſuppoſito: quia et ſi ſint multæ abſtractiones in ſubſtantia, omnes tamen ſunt a ſuppoſito, et ita vt ibi haberi poteſt, abſtractio vnica ſcilicet a ſuppoſito, quæ tantum eſt in ſubſtantia, habet multos gradus, et ſic debet intelligi.

ABSTRACTIO fit duplex in Chriſto: Abſtractio a ſuppoſito ſcilicet a ſuppoſito proprio, vt humanitas Chriſti ab hoc homine, qui improprie appellatur ſuppoſitum, quoniam in Chriſto tantum eſt vnum ſuppoſitum. Abſtrahit quoque illa humanitas a ſuppoſito alieno, ſcilicet a ſuppoſito verbi.

Scot. in 1. ſent. d. 2. q. 6. & d. 14. & 3. ſent. d. 3. & in 4. ſent. diſt. 10. q. vlt. Ariſt. 2. phyſ. contex. 18.

ABSTRACTIO duplex, præciſiua, & diuiſiua: abſtractio præciſiua eſt, quando intelligo hoc, non intellecto illo, vt puta hominem, non intellecta riſibilitate, et fit per primam operationem intellectus. Diuiſiua, eſt quando intelligitur hoc non eſſe illud, vt hominem non eſſe riſibilem, & fit per ſecundam operationem intellectus. Quando igitur dicitur ſecundo phyſ. Abſtrahentium non eſt mendacium, loquitur de prima, & non de ſecunda, quia mendacium & veritas ſunt paſſiones ſecundæ abſtractionis ſcilicet compoſitionis, & diuiſionis, & ideo arguere a prima ad ſecundam, fit fallacia figuræ dictionis, commutando abſtractionem non mendacem in abſtractionem mendacem.

Scot. in 1. ſent. d. 5. 9. Met. c. 1.

ABSTRACTIO vltima eſt in qua nihil aliud concipitur de re niſi quod eſt ipſius quidditatis, hoc eſt quando aliquid in ſua ſola ratione formali funditus cogitatur, ſicut Auicenna dicit, equinitas eſt tantum equinitas.

Vide Scot. 1. d. 1. q. 1.

ABSTRACTIO multiplex, rerum, vel conceptuum quid ſit & qualiter fiat & a quibus pertractatur.

AB-

ABSTRACTIO alicuius conceptus communis qualiter fieri poſſit ab vltimis conſtitutiuis perſonarum incommunicabilibus.

Vide Scotũ in 1. ſent. diſt. 26. q. vnica.

ABSTRACTIO duplex, ſcilicet intellectiua & volitiua: intellectiua eſt multiplex, ſcilicet præciſiua, & diuiſiua: & illa qua abſtrahit ſuperius a ſuo inferiori, & qua abſtrahit ſpeciem intelligibilem a phantaſmatibus, & qua abſtrahit vnumquodque ab omni eo quod non eſt de ſua ratione formali. Sed abſtractio volitiua eſt illa, quando volo vnum ſine alio: & iſta eſt duplex, ſcilicet verax, vt volendo vnum, non curando de alio abſolute, cum non teneor aliud ſimul velle.

CONTRA.

IMPOSSIBILE eſt habere epiſcopatum ſine ſacerdotio, ergo voluntas non poteſt velle primum, ſine ſecundo: neganda eſt conſequentia, quoniam etſi velle efficaci voluntas non poſſit velle impoſſibile, hoc tamen poteſt velle ſimplici, vt Scotus docet, & Ariſt. dicit quòd voluntas ſiue electio eſt impoſſibilium. Iſta propoſitio ſic eſt interpretanda: Electio duplex: alia quæ eſt actus voluntatis intenſus cum conatu ad opus ad extra, & iſta electio non poteſt eſſe impoſſibilium, quoniam attingit ſcopum. Alia eſt electio voluntatis actus ſine tamen conatu ad opus ad extra, & iſta electio poteſt eſſe impoſſibilium, vt damnati appetunt Deum non eſſe, illoſq. punire non poſſe: attamen cognoſcunt eſſe impoſſibilem.

Scotus in 1. ſent. d. 1. q. 2. Scot. in 2. ſent. d. 6. q. 1. & Ariſt. 3. Ethic. c. 5 Scotus 14. d. 3. q. 2.

ABSTRACTIO QVAE SIT.

ABSTRACTIO eſt conſideratio vnius ſine conſideratione alterius eorum, quæ ſunt rei coniuncta, verbi gratia. Poſſumus conſiderare albedinem lactis, non conſiderando dulcedinem. Propter quod nota quòd abſtrahere res a materia, non facit rem eſſe ſine materia: nam modus rerum Mathematicarum extra animam non eſt modus earum in anima.

Hic applica illam famoſam diſtinctionem de duplici abſtractione, ſcilicet præciſiua, & diuiſiua. Vide 2. phyſ. contex. 18.

QVOT MODIS FIAT ABSTRACTIO.

ABSTRACTIO fit duobus modis. Franciſcus de Mayron. primo Sent. diſt. 5. q. 1.

VNA fit per nomina primę intentionis: ſecundum illa ſemper vna ratio, puta entitas prædicatur de alia, puta de deitate.

ET iſta prima intentio ſignificat res in eſſe quidditatiuo, vt homo, capra, leo, &c.

ALIA fit per nomina ſecundæ intentionis: & in iſta vnum de alio non prædicatur, vt iſta non conceditur: Deitas formaliter eſt entitas, quantumcunque identice ſit vera. Franciſcus etiam de Mayron. quæſtione 7. prologi.

QVOT SINT GRADVS ABSTRACTIONIS.

Scot. in 1. ſent. diſtin. 5. q. 1.

ABSTRACTIONIS tres ſunt gradus.

PRIMVS eſt in ſubſtantialibus a proprijs ſuppoſitis, vt homo a Sorte, & Platone.

SECVNDVS eſt in accidentibus abſolutis, vt albedo, & iſta eſt in plus quàm prima: quoniam albedo reſpicit & dicit ſubiectum de genere ſubſtantiæ, cui inhæret, & dicit indiuiduum albedinis: ab iſtis enim duobus abſtrahitur albedo in communi.

TERTIVS eſt in relationibus, vbi fiunt tres abſtractiones, prima a fundamento, ſecunda a ſubiecto, tertia a ſuppoſito.

QVOMODO ABSTRACTIO RELATIONIS ſit maior alijs.

DE relationum abſtractione.

ISTA adhuc eſt maior alijs: nam concernit plura, ſcilicet fundamentum, ſubiectum, & indiuiduum.

NOTA quòd quanto abſtractio concernit pauciora, tanto fit a paucioribus. Franciſcus de Mayro. diſt. 5. q. 1.

Scot. lib. 1. ſent. diſtin. 5. q. 1.

NOTA quòd in relatione non fit abſtractio a termino, quoniam relatio eſt ad aliud, quod eſt terminus formalis relationis.

ET ideo nota quòd quandocunque ſubiectum ſic eſt vltimate abſtractum vltimata abſtractione, & prædicatum non prædicatur niſi formaliter; propoſitio non eſt vera, niſi ſit in primo modo dicendi per ſe, quia tali abſtracto nihil conuenit, niſi intrinſecum & quidditatiuum: & de tali abſtracto nihil prædicatur niſi identice, & propter hoc eſſentia diuina non poteſt generare. Et ideo quia in diuinis eſſentia ſic eſt vltimate abſtracta, non poteſt generare: quia generare, eſt verbum adiectiuum, & ideo dicit modum formæ adiacentis.

Scot. 1. ſen. d. 5. q. 1.

QVAE SINT VERBA SVBSTANTIVA.

ET nota quòd omnia verba ſunt adiectiua, præter verba ſubſtantiua, vt ſum, exiſto, & exto: & verba vocantia, vt vocor, dicor, nominor, nuncupor, & appellor.

Quomodo ſit intelligēda regula Scoti d. 5. q. 1. primi lib. ſent.

ET quia illa regula Scoti dicit: Quandocunque ſubiectum ſic eſt vltimate abſtractum, iſta regula non intelligitur de terminis importantibus negationem, vt diſtinctio, abſtractio, &c.

NEC intelligitur de reſpectibus rationis: vnde dicitur etiam, quòd conceptus quamdiu eſt abſolutus in primis intentionibus eſt vera prædicatio identica, vt iſta: Eſſentia eſt paternitas. Vnde hoc eſt intelligendum in tranſcendentibus, vel in terminis infinitis præciſe. Vnde iſta non eſt vera: Homo eſt animalitas.

ITEM regula debet intelligi de illis quæ habent diſtinctam formalitatem.

tatem. Ideo reſpectus rationis excipiuntur a prima regula, vt paternitas, deitas reſpectu creaturarum.

NEC etiam intelligitur de terminis priuatiuis, vt ſimplicitas, vnitas, anima, eſſentia dicitur vna ſimplex.

ITEM non intelligitur de modis intrinſecis, quia non dicunt aliam formalitatem a quidditate, cuius ſunt modi. Ideo eſſentia dicitur infinita, exiſtens, & huiuſmodi.

ITEM hæc regula non intelligitur in verbis adiectiuis actus potentiarum intellectiue, & volitiue ſignificantibus. Ideo conceduntur iſtæ: Eſſentia intelligit, eſſentia beatificat.

SED hæc regula intelligitur de illis, quæ ſe habent per modum fluxus, & fieri. Ideo ab ea excipiuntur illa quæ ſunt permanentia, vt ſimplex, pulchra, bona, & huiuſmodi. Franciſcus de Mayron. diſtinct. 5. quæſt. prima, primi libri Sententiarum.

Eſſentia, et perſona ſūt ſimpliciter ſimplices.

Scot. in 1. ſent. diſtin. 5. q. 2.

Scot. 8. d. primi q. 4.

QVID SIT VLTIMATE ABSTRACTVM.

ABSTRACTIO vt vltimata, eſt quando aliquid conſideratur, vt præciſum ab omni eo quod eſt, quomodocunque extra rationem eius formalem. Franciſcus de Mayron. diſtinct. 5. quæſt. 1. primi libri Sententiarum.

Scot. d. 5. q. 1. primi libri ſent.

A QVIBVS NON DEBEAT FIERI ABSTRACTIO.

ABSTRACTIO non eſt facienda a prædicatis ſuperioribus, ſed ab inferioribus: quoniam animal eſſe poteſt, & quòd non ſit homo, & ſubſtantia, & quòd corpus non ſit.

Scot. ibid.

IN QVIBVS SIT VNA ABSTRACTIO.

VNA ſola abſtractio eſt in ſubſtantijs. Franciſcus de Mayr. diſt. 5. q. 1. primi libri Sent.

ITEM in quibus ſunt duæ; quoniam in compoſitis per accidens, vel in concretis ſunt duæ abſtractiones, & non plures.

ITEM in relatiuis ſunt tres.

EXEMPLVM primi, ſicut ab homine, qui eſt ſubſtantia, eſt vna abſtractio, ſiue vnum abſtractum, ſcilicet humanitas, & vltra non eſt abire: quia ſi diceretur, quòd ab humanitate abſtraheretur ens, eſſet impertinens, quia humanitas eſt tantum humanitas, vt vult Auicenna.

EXEMPLVM ſecundi, ſcilicet in concretis, vel compoſitis per accidens, ſicut album, prima abſtractio, eſt albedo ab ipſo ſcilicet albo.

SECVNDA abſtractio eſt albedineitas ab ipſa albedine.

EXEMPLVM tertij, prima a fundamento, vt puta ab iſto homine qui

Scot. d. 5. q. 1. primi libri ſent.

In ſubſtantia eſt tantū vna abſtractio.

In accidentibus abſolutis eſt duplex.

In reſpectiuis eſt triplex.

qui eſt pater, abſtrahitur potentia generandi, quæ eſt fundamentum generationis.

Vide Laur. Brix. ſuper art. de identitate formali bene declarantē

SECVNDA a ſubiecto, vt a potentia generandi abſtrahitur pater.

TERTIA a ſuppoſito, vt ab iſto patre abſtrahitur paternitas, quæ eſt vltima in fundamentis.

IN ſecundis autem intentionibus a paternitate abſtrahitur quidditas paternitatis.

VNA SOLA ABSTRACTIO EST in ſeparatis.

Scot. d. 5. q. 1. primi libri ſent.

ABSTRACTIO vna, & ſola in ſeparatis eſt.

ET ideo negaret ipſe Scotus conſequentiam, quam facit Nicolaus Bonettus, ſcilicet homo eſt riſibilis, ergo humanitas eſt riſibilitas: quia dicit Scotus, quòd humanitas eſt abſtracta, vltimata abſtractione.

Bonettus lib. 3. ſuæ Met. cap. 4. Defenſio Bonetti.

SED ego credo, quòd Bonettus noluit dicere, vel concludere, quòd hæc ſit vera: Humanitas eſt riſibilitas.

SED ſic intelligit, humanitas eſt apta nata ad ridendum, vel humanitas prædicatur de aliquo quod eſt aptum natum ad ridendum.

Bonettus ibidem.

ET idem Bonettus dicit, quòd hæc eſt vera: entitas eſt bonitas. Sed hoc non eſt niſi propter nimiam tranſcendentiam, tamen iſta non valet: homo eſt riſibilis, ergo humanitas eſt riſibilitas, Et ratio eſt, quia termini ſunt magis limitati.

ABSTRACTIO PERFECTIONIS NON arguit imperfectionem.

LICET plures res abſtrahant ab omni perfectione, non tamen ſunt imperfectæ, ſicut ens in ſua præciſione abſtrahit ab omni poſteriori, & in ſua communiſſima acceptione imperfectius eſt multis poſterioribus: ſed tamen non eſt imperfectum, quia abſtrahit a perfecto.

Quot modis dicatur imperfectio

NOTA quòd imperfectio poteſt capi poſitiue: & ſic ens nullo modo eſt imperfectum circa tales res.

VEL poteſt capi priuatiue, & negatiue: & ſic poteſt dici imperfectū, hoc eſt quod non eſt perfectum, vel ita perfecta res, ſicut ſuum poſterius.

Regula notabilis de contradictorijs. Quære Scot. 2. d. 1. parte 2. q. 1. ſoluendo principale.

QVOT MODIS FIAT ABSTRACTIO a contradictorijs.

ABSTRAHERE a contradictorijs eſt duobus modis.

VNO modo formaliter, & ſic non poteſt fieri, quia affirmatio & negatio ſunt huiuſmodi abſtractiones, quæ nullo modo poſſunt abſtrahi ab aliquo: quia de quolibet vnum verificatur.

ALIO

Alio modo fundamentaliter, & bene fit iſto modo: quia dictio quantumcunque minima poteſt abſtrahere, vt a Sorte, albedo, vel non albedo, iſta ſunt contradictoria: ſed ſi addatur aliquid, puta quidditatiue, iam non eſſet contradictio formaliter, quia Sortes non eſt albus quidditatiue.

Sed ſi fiat inſtantia, contra: De quolibet dicitur affirmatio, vel negatio, &c. ergo Sortes vel eſt albus quidditatiue, vel non albus quidditatiue. Dico quòd illa regula intelligitur ſimpliciter, & non ſecundum quid. *4. Met. con tex. 29.*

A QVIBVS DEBEAT FIERI ABSTRACTIO.

Item quamuis aliquid poſſit abſtrahi a poſterioribus: non tamen a ſuis prioribus eſſentialibus: homo enim poteſt abſtrahi a Sorte, & Platone: non tamen ab animali, & a rationali: quia ſibi inſunt in primo modo dicendi per ſe. Propter quod Philoſophus dicit: Abſtractio rerum ab intellectu eſt conſequens naturas & quidditates earum. *Scot. d. 5. q. 1. primi libri ſent. 1. Poſt. contex. 9. & 3. de Anima, cōtex. 2*

ABSTRACTIO NON POTEST FIERI AB *vltimis conſtitutiuis.*

Abſtrahi bene poſſunt aliqui conceptus ab vltimis conſtitutiuis, in tranſcendentibus, & ſuperſimplicibus. *Scot. d. 26. q. unica. primi lib. ſen.*

CONCEPTVS QVIDDITATIVVS NON POTEST *abſtrahi à primo diuerſis.*

A Quibus non poteſt igitur abſtrahi aliquis conceptus quidditatiuus? dico quòd a primo diuerſis, ſed bene poteſt abſtrahi aliquis conceptus denominatiuus: ſicut relatio poteſt abſtrahi a conſtitutiuis diuinarum perſonarum. Franciſcus de Mayr. 26. diſt. primi q. 4. *Scot. 1. ſen. d. 26. q. vnica. & 3. q. quolib.*

ABSTRACTA NOBILIORA SVNT *& priora non abſtractis.*

Abſtracta nobiliora ſunt, & priora in eſſe quàm non abſtracta: Ideo ſcientia quæ conſiderat de abſtractis, nobilior eſt & prior. Vide Scotum. *6. Met. contex. 2. Scotus 1. q. Prolo.*

VNVS CONCEPTVS INDIFFERENS POTEST *abſtrahi ab abſtracta forma, & relatiua.*

Ab abſtracta forma, & relatiua in communi poteſt abſtrahi vnus conceptus indifferens: vt ſuppoſitum in diuinis, ab abſoluto, & reſpectiuo. *Scot. in 1. ſent. d. 26.*

ABSTRA-

Bonettus 1 ſua Met. ABSTRACTVM ſumitur a Bonetto non pro ſubiecto, ſed pro fundamento alicuius denominationis: vt ſum albus, corpus meum erit album, ſubſtantia eſt alba, ſuperficies alba, corpus quod eſt ſubiectum, non eſt iſtorum fundamentum, ſed ipſa albedo quam voco ſubſtratum.

QVID SIT SVBSTRATVM.

Quid ſubſtratum. SVBSTRATVM eſt fundamentum denominationis, a quo denominantur omnia concernentia.

ALITER.

Bonet. li. 3. ſua Meta. cap. 4. SVBSTRATVM eſt modus intrinſecus, concomitans eſſentiam, denominans omnia realia, quæ ſunt in vnica realitate: & licet Bonettus faciat iſtam conſequentiam: homo eſt riſibilis, ergo humanitas eſt riſibilitas. Iam dixi quomodo non placeat Scoto.

NOTA QVAE SINT PVRE ABSTRACTA, *& pure concreta &c.*

Scot. 1. ſen. d. 5. q. 1. ALIQVA ſunt nomina pure abſtracta, vt eſſentia, deitas, diuinitas.

ALIQVA ſunt pure concreta, vt eſſe album, eſſe hominem, bonum, vnum.

ALIA media: vt iſta, ſapientia, notitia.

VNDE ſapientia eſt communicabilis.

QVOMODO DISTINGVANTVR ABSTRACTVM, *& concretum.*

Scot. in 1. d. 2. par. 2. q. 1. & d. 8. q. 3. et in 4. d. 12. q. 3. ABSTRACTVM & concretum diſtinguuntur ex natura rei: quia abſtractum dicit rationem generis, concretum vero fundamentum, vt homo, humanitas.

NOTA QVOD ABSTRACTI DE ABSTRACTO, *eſt identica prædicatio.*

Quæ ſit prædicatio identica. Vide Scot. lib. 1. d. 4. q. 2. ABSTRACTI de abſtracto eſt identica prædicatio, propter duplicem rationem, ſcilicet propter infinitatem alterum vel amborum extremorum, vel propter nimiam communicabilitatem.

NOTA quòd in abſtractis, non ſolum inuenitur prædicatio vera, ſed etiam identica. Franciſcus de Mayr. 6. q. prologi.

ABSTRA-

ABSTRACTVM NVNQVAM CONSTITVITVR.

ABSTRACTVM nunquam conſtituitur, & per conſequens non componitur.

QVAERE litteram C. conſtitutum, & ibi inuenies.

QVID SIT ABSTRACTVM A MOTV, & a materia.

PER abſtractionem a motu, & a materia eſt eſſe eſſentiæ, quæ abſtractio habet fieri multipliciter.

ABSTRACTIO dicitur ſeparatio formæ a materia, quæ dicitur ſeparatio rei a re, & hæc eſt in Mathematicis. Quæ ſit abſtractio, vide Franciſcum de Mayr. in 1. Sent. diſt. 5. q. 1.

Vide Scotũ in 1. d. 3. & in 4. d. 50.

Vide Bonettum lib. 8. Met. c. 2.

QVOT MODIS DICANTVR QVANTITATES ex quibus ſunt ſcientiæ Mathematicæ.

DVOBVS enim modis conſiderantur quantitates, ex quibus ſunt ſcientiæ Mathematicæ.

VNO modo quantum ad eſſe, in eo quòd habent eſſe in materia, & ſic dicuntur habere eſſe concretum, & dicuntur iſto modo terminus corporis phyſici, ſecundum quòd per ipſas quantitates materia oſtenditur, & ſic non eſt abſtrahibilis.

ALIO modo ipſæ quantitates conſiderantur, prout ſibi determinant materiam, & habent propria principia, a quibus oriuntur: vt eſt punctus in continuis, & vnitas in diſcretis, & ſic abſtrahuntur a materia ſpeciali. Nam Geometra non conſiderat lineam cupream, vel ſtanneam, ſiue æneam, vel huiuſmodi: ſed prout eſt longitudo, ſtans ſupra duo puncta.

SIMILITER non conſiderat vnitatem, inquantum eſt materia ſpecialis, ſed inquantum eſt principium numeri ſimpliciter, & ſic de alijs.

ET non dicuntur abſtrahi, vt accipiantur ſine materia, vel præter materiam, quia non accipiuntur ſine materia.

NAM habent eſſe concretum in ſpeciali materia, vel in materia habent eſſe tortuoſum, & huiuſmodi: ſed ipſe accipit lineam, vt intelligitur recta. Similiter Arithmeticus non conſiderat numerum inquantum eſt decem homines, vel equi, ſed inquantum eſt multitudo ex vnitatibus aggregata, communis ad quaſlibet res numeratas, & ideo dicitur: Abſtrahentium non eſt mendacium.

Scot. 4. ſen. d. 50. q. ult.

2. Phyſ. contex. 18.

ET quia licet loquatur de linea bipedali, quæ in puluere habet eſſe tortuoſe: hoc habet a parte materiæ, & ipſi non accipiunt inquantum reſpicit vel concernit materiam ſpecialem, ſed in ſuis terminis.

ALITER autem dicitur, quòd alia eſt ſeparatio ſpeciei a re ſecundum

Quære Scp. vt ſcis in 1. ſent. d. 24. & in 3. d.

3. & in 4. dist. 50. dum ſimilitudinem & intellectionem: & hæc appropriantur phyſico, ſiue naturali: quia quæ fiunt in ſenſu reponuntur in intellectu, & hoc fit ſtatim: vt ſpecies coloris apprehenſa in ſenſu, reponatur in intellectu, & hoc eſt quod dicitur ab Ariſtot. quod intellectus per ſpeciem apprehendit rem, ideſt per ſimilitudinem rei derelictam in ſenſu: & per tactum apprehendit calorem, & ſic ignem, & per viſum colorem, & ſic niuem, & huiuſmodi, & per guſtum amarum, & ſic fel, & huiuſmodi. Et hæc ſeparatio eſt ſpeciei a re, ideſt ſimilitudo rei ab ipſa re: quia lapis non eſt in anima, ſed ſpecies lapidis, ideſt ſimilitudo ſpeciei, vel res non eſt in viſu, ſed ſimilitudo ipſius rei, & per viſum in intellectu: quia ſenſus apprehendit ſimilitudinem rei extra, & intellectus apprehendit rem apprehenſam a ſenſu.

3. de anima contex. 38.

ABSTRACTIO INTENTIONIS A RE.

Scot. in 1. sent. dist. 2. q. 1.

ALIA abſtractio eſt intentionis a re, & ſic vniuerſale abſtrahitur a multitudine ſuppoſitorum: vt genus a multitudine ſpecierum, & ſpecies a multitudine ſingularium, vel particularium: vt homo ab hoc, vel ab illo, non determinando ſcilicet aliquem vnum ſpecialiter, pluſquam alium. Vnde homo, & Sortes ſunt res, ſpecies, & genus, ſunt intentiones, & hæc appropriantur Logico.

ALIA eſt abſtractio intentionis ab intentione, & hæc eſt abſtractio formarum vniuerſalium, prout ſunt in anima: a multitudine formarum vniuerſalium, prout ſunt in rebus.

ACCIDENS QVID SIT.

Vide Scotū in vniuerſalibus.

ACCIDENS eſt quod adeſt, & abeſt præter ſubiecti corruptionem, vt albedo eſt accidens homini.

ALIA DEFINITIO.

ACCIDENS eſt quod aduenit rei poſt completum eſſe naturæ, & hoc quattuor modis ſumitur.

VNO modo pro principali ſignificato, & ſic definitur a Logico: prima ſcilicet definitione.

1. Phyſ. contex. 27. & 30. vbi dicitur: Quod vere eſt, accidit nulli. Auer. 8. Meta. comment. 25.

ACCIDENS eſt quod adeſt, & abeſt præter ſubiecti corruptionem.

ET iſtud duobus modis conſideratur.

VNO modo, vt diſtinguitur contra ſubſtantiam, quia non eſt ſubſtantia: nam quod vni eſt accidens, alteri non eſt ſubſtantia: vt calor, qui eſt ferro accidens, igni non eſt ſubſtantia, & eſt vera propoſitio in his, quæ vniuoce participant rationem eius, & ſic damnatur Alexander ab Auerroe 8. Met. qui poſuit caliditatem eſſe formam ſubſtantialem in igne: cum tamen ſit qualitas in mixtis, & ſit eiuſdem rationis in vtroque.

SIMI-

SIMILITER de ſcientia in nobis eſt qualitas, vt patet ex Ariſt. vbi probat, quòd ad primam ſpeciem qualitatis non eſt per ſe motus, & tamen ſcientia in Deo eſt ſubſtantia, & ratio eſt: quia ſcientia non vniuoce, ſed æquiuoce dicitur de ſcientia noſtra, & de ſcientia Dei, vt dicit Auerroes. *7. Phyſ. cõtex. 20.* *Auer. 12. Met. comment. 51.*

ET iſtud accidens ſecundum Scotum duobus modis ſumitur.

VNO modo pro forma diſtincta a ſubſtantia, & ſic Deus poteſt facere accidens ſine ſubiecto. *Scot. in 4. ſent. diſtin. 12. q. 1.*

ALIO modo vt dicit reſpectum inhærentiæ, & iſto modo loquuti ſunt Philoſophi dicentes, quòd Deus non poteſt facere accidens ſine ſubiecto.

ACCIDENS capitur vno modo pro prima intentione, & alio modo pro ſecunda intentione: pro prima intentione capitur vno modo, & idem eſt quod inhærens, & ſic capitur formaliter: alio modo pro ſubſtrato, & ſic ſecundum Ariſt. capitur vno modo, & idem eſt quod contingens in paucioribus: alio modo, & idem eſt quod adueniens poſt eſſe completum, & accidens ſic ſumptum eſt commune ad nouem prædicamenta. Alio modo capitur pro omni eo quod eſt extra quidditatem, & ſic modi intrinſeci, & paſſiones poſſunt dici accidentia, & etiam proprietates in diuinis. *Vide Scot. d. 12. q. 1. Et 7. Met. q. 1. 5. Meta. c. vltimo.*

ACCIDENS pro ſecunda intentione eſt idem quod prædicatum non eſſentiale, & ſic eſt commune duobus vltimis prædicabilibus. Tertio modo, vt idem eſt quod prædicatum nec eſſentiale, nec conuertibile, & ſic eſt quintum prędicabile.

VLTIMO poteſt accipi pro extraneo, & ſic quodcunque inferius dicitur accidere ſuo ſuperiori, & de hoc loquitur Scotus. *Vide Ariſt. in fallacia accidentis.*

ACTVS potentiæ eſt duplex. Vnus per modum habitus, ſcilicet poſſe: Alius per modum actus ſcilicet operari. *S. Bona. 1. d. 43. q. vlt.*

PRIMO modo accipiendo ſe extendit omnipotentia Dei ad infinita, ſed ſecundo modo ad finita: quia Dei omnipotentia, licet poſſit infinita, tamen nil tale facit actu, niſi quod eſt rationabile facere Deo, & iuſtum.

AN actus rectus & reflexus ſint duo actus, an tantum vnus actus. Vide Franciſcum de Mayr. in 1. Sent. diſt. 3. q. penultima: nam valde egregie ſoluit.

ACTVS peccati inquantum malum, eſt priuatio, nec habet cauſam efficientem, ſcilicet Deum, ſed deficientem, ſcilicet malitiam voluntatis. *Peccatum quo habeat cauſam.*

ACTVS collatiuus ipſius voluntatis ponitur a Scoto.

ACTVS ſpirandi conſideratur in ſe, vel in ordine ad terminum, vel ad virtutem ſpiratiuam, vniformiter omnino ſpirant Pater, & Filius. Probatur: quia actus ſpirandi eſt in ſe vnus omnino in vtroque, & ad eundem terminum ſcilicet Spiritum ſanctum, & ab vnica virtute in vtroque exiſtente dimanat: ergo, &c. *Scot. in 1. ſent. diſtin. 12. q. 2.*

IN hac conſideratione (inquit Scotus) non ſolum eſt vniformitas in ſpirando inter Patrem, & Filium, ſed vnitas.

SI actus ſpirandi conſideretur in ordine ad ſuppoſita ſpirantia non vniformiter ſpirant Pater, & Filius. Probatur: quia ſicut Pater habet a

ſe vim ſpiratiuam, Filius vero a Patre; ita, quòd Filius ſpiret, habet a Patre, Pater vero a ſe.

CONTRA.

Obiectio. PATER ſpirat a ſe, Filius vero a Patre: ergo Pater prius origine ſpirat quàm Filius, & per conſequens per locum ab actiua ad paſſiuam, Spiritus ſanctus prius a Patre ſpiratur quàm a Filio: ex quo ſequitur, vel quòd Spiritus ſanctus non ſpiratur a Filio, vel ſi ſpiratur, ſpiratur quando iam eſt a Patre ſpiratus: & ita ſequitur quòd Filius actum agit.

HVIC ARGVMENTO RESPONDET SCOTVS *acutiſſime vbi ſupra his verbis:*

DICO quòd non eſt conſimilis ordo inter Patrem generantem & ſpirantem, ſicut inter Patrem ſpirantem, & Filium ſpirantem. Vnde non eſt intelligendum, quòd Pater ſpiret antequam Filius ſpiret, ſicut Pater prius origine generat quàm ſpiret, propter ordinem principiorum in producendo: quia tunc Filius non ſpiraret, vt argumentum concludit, quemadmodum Spiritus ſanctus non poteſt generare Filium iam præintellectum generari. Sed eſt iſte ordo (inquit Scotus) quòd in Patre eſt primo vtraque fœcunditas a ſe, intellectus ſcilicet & voluntatis.

Reſp. Scoti ſatis acuta

Doctrina Scoti.

SECVNDO eſt in Patre actus primæ fœcunditatis ſcilicet, intellectus, & tunc eſt in Filio ſecunda fœcunditas, ſcilicet voluntatis, quia Pater illam ſibi per generationem communicauit.

ACTVS ſecundæ fœcunditatis eſt per voluntatē ſimul a Patre & Filio habentibus tunc ſimul illam fœcunditatem. Non eſt ergo ordo originis inter ſpirationem Patris, & Filij, quaſi ſpiret Pater in aliquo ſigno originis, in quo non ſpiret Filius: ſed in eodem ſigno originis ſimul ſpirant ſicut tres perſonæ ſimul creant: eſt tamen ordo ibi in ſpirando, quia Pater cum habeat vim ſpirandi a ſe, ſpirat a ſe: Filius vero non ſpirat a ſe, quia vim ſpiratiuam non habet a ſe, ſed ab alio.

Nota diligenter.

In ſpirãdo eſt ordo.

EX his ſequitur quòd licet vis ſpiratiua ſit in Patre priuſquam in Filio, tamen ipſa ſpiratio actualis non eſt prius origine in Patre quàm in Filio.

Obſerua. PRO cuius maiori intelligentia obſerua, quòd Pater prius origine eſt Pater, quàm Filius ſit Filius, cuius ratio eſt: quia paternitas eſt conditio principij quo producitur Filius.

SIMILITER Pater prius origine eſt Deus, quàm Filius propter duas cauſas.

PRIMA cauſa eſt, quia Deitas cum intellectu eſt principium quo Pater Filio communicat diuinam naturam.

SECVNDA, quia Deitas eſt aliquid eſſentiale abſque reſpectu ad creaturas, ac per conſequens præcedit quodcunque notionale: ſpiratio vero actiua, cum nec ſit quid eſſentiale, nec ratio formalis, nec conditio princi-

principij, quo Pater producit Filium in eſſe ſpiratoris (quia Pater producit Filium in eſſe ſpiratoris per generationem, cuius principij ratio formalis et ſufficiens eſt Deitas cum intellectu, & conditio paternitas) non eſt aliqua ratio, ob quam prius origine ſit in Patre, quàm in Filio, ſed in eodem ſigno, quo eſt in Patre, eſt etiam in Filio.

CONTRA.

EX Scoto habetur quòd Pater prius origine cauſat, & creat, quàm Filius: ergo ſimiliter prius ſpirat, quàm Filius. *Quolib. 8. artic. 2.*

RESPONSIO.

IDEM Scotus ſoluit ibidem hoc argumentum dicendo, Patrem prius ordine cauſare, quàm Filium: non quidem, quia actio cauſandi in aliquo ſigno ſit a Patre, in quo non ſit a Filio: ſed hoc ideo, quia Pater prius in ſe habet principium illius actionis, quàm Filius: eſt ergo ordo in habendo principium, ſed non in eliciendo actionem, quia in eodem ſigno elicitur actio a tribus.

DATVR actus moralis indifferens, qui non ſit meritorius, nec demeritorius. *Scot. in 2. diſt. 41.*

VTRVM SIT ALIQVOD ACCIDENS in Deo.

ET ſi quæratur: Cadit ne aliquod accidens in Deo? *Vide Scotū in 1. d. 2. p. 2. q. 1.*

DICO quòd accidens duobus modis ſolet accipi.

VNO modo vt diſtinguitur contra ſubſtantiam, & iſto modo idem eſt quod alicui inhærere: & ſic non cadit in Deo.

ALIO modo idem eſt accidens quod non eſt de ratione formali, & ſic accidit inferius ſuo ſuperiori: quis enim poſſet demonſtrare animal de homine? certe nullus: quia homo accidit animali, eo quia ſi non eſſet aliquis homo, adhuc animal eſſet: ſecundo ſumitur accidens pro ſubſtrato, vt albedo. *Scot. 1. ſen. d. 5. q. 1. Deus nō eſt capax accidētis. Vide Scot. in 1. ſent. diſt. 8. q. 1. & 3.*

ALIO modo pro aggregato ex vtroque.

QVARTO modo pro contingentia ad vtrumlibet, & ſic nullum accidens iſtorum modorum cadit in Deo.

QVOMODO SE HABEANT ACCIDENTIA inſeparabilia.

ACCIDENTIA inſeparabilia ſemper habēt ſubiectum in ſua definitione, cum ſubiectum cadat in definitione paſſionis, vt additum: nam ſubiectum, & propria paſſio ſunt idem realiter, & diſtinguuntur forma- *1. Phyſ. con tex. 29. et 7 Met. cōtex. 17. 19. et 40*

formaliter: nam ſi paſſio realiter diſtingueretur a ſubiecto, ſequeretur quòd non ſemper inhæreret ſuo ſubiecto: & ſi ſemper non inhæreret, ergo de ea non poterit eſſe demonſtratio, licet Scotus dicat in 4. Sententiarum diſtin. 12. q. 3. quòd ſubiectum ſit cauſa paſſionis.

ACCIDERE QVOT MODIS ACCIPIATVR.

Scot. 1. ſen. d. 5. q. 1. in ſolutione primi argumenti.

ACCIDERE duobus modis ſumitur.

VNO modo vt diſtinguitur contra ſubſtantiam, & iſto modo idem eſt quod alicui inhærere aptitudinaliter.

ALIO modo idem eſt, quod non eſt de ratione formali, ſicut in ſuperioribus patuit de accidente.

ACTIO QVOMODO DEFINIATVR.

Vide Scotũ in 2. d. 3. q. 10. & 4. d. 13. q. 1. & in quol. q. 1.

ACTIO eſt operatio immanens, quæ non tranſit in materiam exteriorem. Vide Franciſcum de Mayr. primo libro Sent. diſt. 32. q. 2. Vtrum in diuinis ſint actiones immanentes.

NOTA CONTRA ILLOS, QVI DICVNT quòd actiones ſunt ſuppoſitorum.

Vide Scotũ 4. q. quolib. & 1. d. 26. & 4. d. 12. q. 2.

ACTIO animæ eſt, vt meditatio, dilectio, & ideo actio ſiue agere, præſupponit eſſe ſui principij, ſed non ſemper ſui ſuppoſiti, vt patet de ipſius animæ beatitudine. Et ideo actiones non ſunt ſolum ſuppoſitorum, vt vult Franciſcus de Mayr. primo Sententiarum diſtinctione 6. quæſt. prima.

ACTIO NON EST FORMALITER in ſuo termino.

ACTIO non eſt formaliter in ſuo termino, quia accipit eſſe per ſuam actionem.

Nota hic bene.

ET iſta regula eſt vera de omni actione tam immanente, quàm tranſeunte: ſed illa actio, quæ eſt ſemper in agente formaliter, vt creatio, factio, ſemper eſt formaliter in creante, ſcilicet denominatiue, & non in creato.

Scot. in 4. d. 13. q. 1. & clarius Antonius Andre. 9. Met. q. 4.

ITEM calefactio, quæ eſt actio, manet formaliter in calefaciente, & non in calefacto: formaliter dico, ſiue ille terminus accipiens eſſe, ſit ſubſiſtens, vt anima exiſtens, vel Angelus, vel aliqua creatura.

QVO-

QVOMODO ACTIONE NOVA Deus non agat.

ACTIONE noua Deus non agit, ſcilicet formali, ſed bene fundamentali, quæ eſt æterna. Et ſi dicas: quare nunc agit, & prius non? dico quòd hoc eſt denominatione extrinſeca a relatione, quæ eſt in creatura. Scotus in 2. Sent. diſt. 1. q. 2. Franciſcus de Mayron. in primo Sent. diſtin. 32. quęſt. 1.

Nullũ agẽs poteſt agere noua actione ſibi formaliter inſiſtẽte quin mutetur.

QVOMODO ACTIO ITERVM diuidatur.

ACTIO, alia tranſiens, alia immanens: actio immanens dicitur non quòd ſit formaliter in agente, ſed quia non tranſit terminatiue in aliquod extrinſecum. Franciſcus de Mayron. in 1. Sent. diſtin. 32. in fi. primæ quęſt.

9. Met. contex. 16. & Scot. in 1. ſent. diſt. 3. q. 6.

ITERVM DE IMMANENTE.

ACTIO immanens vniuerſaliter eſt illa, quæ non reſpicit aliquem terminum de ſe: actio autem tranſiens eſt illa, quæ eſt reſpectu alicuius termini producendi: & Franciſcus dicit quòd tranſiens eſt, quæ ex ſe aliquem terminum reſpicit: non quòd tranſeat niſi terminatiue intelligendo, & iſta eſt in Deo.

Scot. in 1. ſent. d. 3. q. 6. ſoluendo principalia argumẽta.

DE ACTIONE TRANSEVNTE.

ACTIO tranſiens reſpicit extrinſecum, & ſic non eſt in diuinis.

ACTIO immanens non dicitur actio, eo quòd ſit formaliter in agente, ſed quia non tranſit in aliquod extrinſecum, ſicut actio de genere actionis, & iſto modo eſt in diuinis. Franciſcus de Mayr. in primo Sent. diſt. 32. q. 1.

DIC tamen tu aliter vt ſcis ex ſententia Ariſto. in 9. Met. contex. 16. quòd ideo eſt, quia intellectio cum dicatur operatio immanens, eſt res producta, quæ remanet ſubiectiue in agente, & iſta eſt rei veritas.

Operationes immanẽtes ſunt intelligere, & velle.

Scot. in 1. ſent. d. 2. p. 2. q. 1.

CAP. DE ACTV.

ACTVS quattuor modis ſumitur.

VNO modo idem eſt quod forma, & iſte variat rationem formalem illius cuius eſt actus.

ALIO modo idem eſt quod operatio, & iſto modo non variat.

De diſtinctione actus formalis & virtualis. Vide Scotũ

TER-

in 2. ſen. d. Tertio modo idem eſt quod actualitas, quæ eſt proprietas formę,
2. q. 10. in vel materiæ, eſſendi, vel compoſiti.
quelibet. q. Qvarto modo ſe poteſt extendere ad omnem exiſtentiam actua-
15. ſoluēdo lem ſiue formæ, ſiue materiæ incompletæ.
princ. arg. Et nota quòd actus vt eſt ipſa actio ſecundo modo, etiam vt eſt pro
ipſa forma actuante non poteſt dici de diuina eſſentia, cum non poſſit
Vide Sco. in actuari, quia eſt actualiſſima: & cum actualiſſima ſit, ſibi repugnat in po-
1. q. quolib. tentia eſſe.

De hoc quære, quomodo potentia ſit duplex.

QVOMODO ALIQVID NON POSSIT *actuari propter duas cauſas.*

Nota quòd aliquid non poteſt actuari propter duas cauſas, vel propter duplicem cauſam.

Prima eſt, quando aliquid eſt vltimate actuatum, tunc illud non poteſt plus actuari: vt ſi ferrum ſit calidum vltimate, ſi totus mundus eſſet plenus igne vſque ad orbes, non poſſet amplius calefieri.

Vide Scotū Secvnda cauſa eſt; quòd quando alicui ſubſiſtenti repugnat reci-
in 2. ſent. pere talem actum, verbi gratia luna non poteſt recipere peregrinas impreſ-
d. 14. q. 1. ſiones inferiores: vnde licet ſit iuxta ignem, vel ſolem, nunquam poterit
calefieri, quia non eſt ſuſceptibilis talis actus, vel formæ.

DE ACTV ALICVIVS.

Actvs alicuius eſt progrediens ab agente, ſiue a cauſa efficiente: alius actus eſt progrediens a forma, ſiue a cauſa formali, & iſte eſt duplex.

Primvs actus eſt a forma, a qua egreditur operatio, ſicut ſcientia.

Intellectus Et nota quòd primus actus eſt in Deo, & in nobis, quamuis nobilior
accipitur ſit in Deo ipſe intellectus: & ſi dicatur quòd ipſe intellectus eſt potentia,
pro potētia ergo non eſt actus, cum potentia non ſit actus, negatur: cum omnis for-
quandoque ma ſit actus primus.
itellectiua. Habitvs etiam & potentia dicuntur actus primi: quia intellectus
Scot. in 1. dicitur actus primus eo quod eſt potens agere, & quando agit tunc eſt ſe-
ſen. d. 1. q. 4 cundus, & ſic dicendum eſt de voluntate, & velle, & intelligere.

DE ACTV SECVNDO.

Intelligere
Dei eſt ſua Actvs ſecundus eſt operatio egrediens a forma ſicut conſiderare,
ſubſtantia. in diuinis actus illi non diſtinguuntur realiter ſicut in nobis: quo-
Scot. in 1. niam intellectus diuinus, qui eſt primus actus, & eius intelligere, qui eſt
ſent. d. 35. ſecundus, non diſtinguuntur realiter, ſicut in nobis: quia in nobis adue-
& 39. niunt, & recedunt.

QVID

QVID SIT ACTVS IMPERATVS.

ACTVS imperatus eſt ille qui non producitur a voluntate: ſed aliæ potentiæ ordinant eum ad imperium voluntatis, vt ſcribere, cantare, videre, audire, &c. quando imperantur a voluntate. *Scot. in 4. et 5. q. prologi.*

QVID SIT ACTVS ELICITVS.

ACTVS elicitus eſt actus immediate cauſatus a voluntate: ſicut eſt amor, odium, imperium, quo imperat tam intellectui, quàm potentijs inferioribus. *Scot. in 4. & 5. q. prologi.*

QVID SIT ACTVS ADAEQVATVS.

ACTVS adæquatus eſt ille, qui attingit, vel apprehendit totaliter obiectum. Sed ille actus non poteſt habere ſimul duo obiecta adæquata. *Scot. in 1. ſen. d. 2. q. 8*

DVO SVNT ACTVS CVIVSLIBET potentiæ.

Sco. 2. ſent. d. 41. queſt. vnica.

ACTVS ſunt duo cuiuſlibet potentiæ alterius a voluntate.

PRIMVS eſt non deliberatiuus, & huiuſmodi ſunt primi motus, de quibus nec laudamur, nec vituperamur.

SECVNDVS eſt deliberatiuus, & iudicatiuus. Exemplum, vt ſtatim video iſtum hominem, vel mulierem, video talem rem ſenſu exteriori, & per hoc capio intellectu, ſine diſcurſu, & ſine deliberatione, hoc eſt non conſiderando, vtrum ſit bonum, vel malum, verum, vel falſum, pulchrum, vel turpe, & ſic eſt ſtatim, & tranſitiue, non conſiderando rem. Et ſi fingam viſionẽ, & rem intellectam: & poſtea ſiue in præſentia, ſiue in abſentia illius rei reducam ad memoriam ipſam rem, conſiderando bonitatem, vel malitiam, pulchritudinem vel turpitudinem, veritatem, vel falſitatem, tunc fit deliberatio, & tunc fit iudicium, & diſcurſus per intellectum præſentatum veritati: quæ ſi imperet faciendum, vel negandum, tunc erit actus ſecundus, bonus vel malus, ex quibus laudamur, vel vituperamur. *In his quæ nõ ſunt in noſtra poteſtate, nec laudamur, nec vituperamur. 2. Ethic. c. 2.*

DVBITATIO.

VTRVM ſit aliquis actus exterior, qui ſit indifferens ad malum, & ad bonum? *S. Thomas 1. 2. q. 18. art. 9.*

DICIT S. Thomas, quòd licet in generali ſit dare, non tamen in ſpeciali eſt dare illum actum ſcilicet indifferentem. In bono morali non eſt dare

dare aliquem actum quin ſit bonus, vel malus, & hoc probat cum non ſit dare medium inter priuatiua oppoſita circa idem ſubiectum.

SED hæc poſitio quamuis videatur vera: tamen videtur quòd ſit aliquis actus in bono morali in ſpeciali indifferens, qui nec eſt bonus, nec malus.

An detur actus neuter.

ET hoc oſtenditur ſic: Negatio alicuius non ſolum eſt priuatio in ſubiecto apto nato, ſed cui eſt debitum ineſſe: ſed eſt dare aliunde actum indifferentem, cui nullum eſt debitum ineſſe, quin ſit bonus, vel malus, vt fricatio barbæ, vel naſi, vel alicuius talis: ergo talis negatio non eſt priuatio, cuius contrarium dicit ipſe, quia per hoc quod dicit tale medium eſſe priuationem, conuenit quòd erit vel bonus, vel malus. Vide Scotum 2. Sent. diſt. 41. q. vnica.

Vide S. Bonauen. in 2 d. 41. artic. 1. quæſt. 3.

ITEM ipſe ponit actum indifferentem in genere, & talis actus non arguit actum indifferentem in particulari.

Vide Ochã in 1. ſen. d. 1. q. 2. qui tenet hoc idẽ cũ Scoto

VLTRA hoc dico quòd indifferentia cum ſpecie, bene arguit indifferentiam in particulari: quia ſpecies dicit totum eſſe, & quidditatem indiuidui: ſed omnis actus ſpecificus eſt indifferens, vt fricatio barbæ in ſe: ergo & aliquis actus particularis, vt eſt in hoc.

ITEM actus, qui non eſt propter frui, nec vti, eſt in diuinis, cum non ſit propter finem aliquem: ſed aliquis actus particularis poteſt eſſe talis: ergo &c.

Scotus in 3. ſent. d. 26. reſpondẽdo ad quæſtionem ſecundũ propriã opinionem.

ITEM aliquis habitus acquiri poteſt de ſe, qui habitus nec eſt bonus, nec eſt malus, vt ponere conſuetudinem manuum in barba, vel naſo: ergo & actus eius erit talis.

DVBIVM.

Vide Aug. lib. 3. ad Bonifaciũ contra duas epiſtolas Pelagianorũ: c. 5. de ſpiritu et litera c. 27. & ſuper Pſ. 31.

VTRVM omnis actus infidelium ſit peccatum.

RESPONDEO, & dico quòd bonum vel malum, ſumitur tribus modis: ſcilicet in genere naturæ, moris, & præmij: vnde non omne bonum naturæ, eſt bonum moris, nec bonum moris, bonum præmij, vel meriti gloriæ: dico quòd ſi aliquis actus infidelis ſit bonus in genere naturæ, non eſt dubium in genere moris, quod patet per Ariſt. in tota philoſophia morali: ſed loquendo de bono præmij, vel meriti dico quòd non, quia tale bonum eſt ex integritate omnium circunſtantiarum, quas impoſſibile eſt ſine fide, & dono Dei nos habere.

Definitio meriti habetur in 3. diſt. 18. ab ipſo noſtro Doctore.

DVBIVM.

DE actu fruitionis, vtrum ſit formaliter liber, & quomodo non, & quare dicatur liber. Franciſcus de Mayron. primo Sententiarum diſtinctione 1. quæſt. 5.

QVID

QVID SIT ILLVD QVOD EST actualius.

ACTVALIVS eſt illud, quod habet formam perfectiorem, vel eſt forma perfectior: vnde forma reſpectu materiæ ſe habet vt determinatio, materia vero vt quoddam determinabile, forma vt magis actuale: materia vt potentiale, forma vt magis ſpirituale: materia vt minus ſpirituale: actualius eſt illud quod poteſt magis producere. *Scot. in 4. d. 3. q. 2.*

DE ACTIBVS ANIMAE.

DE actibus animæ cuiuſmodi ſunt, auditus, viſus, guſtus, &c. non valet conſequentia ab inferiori, ad ſuum ſuperius: vnde iſta conſequentia non valet: Color videtur intuitiue, ens includitur in colore, ergo ens videtur intuitiue, & ſic de omnibus ſimiliter ſe habentibus, vt ens includitur in calore, & frigore, & calor vel frigus eſt obiectum tactus, ergo ens eſt obiectum tactus, & ſic de alijs. *Vide Scotū in 13. quæſt. quol. & 1. Met. q. 7.*

TRIA SVNT GENERA ACTIONVM ipſius intellectus.

ACTIONVM ipſius intellectus tria ſunt genera.

PRIMVM genus eſt opinio, & tenet infimum gradum.

SECVNDVM genus eſt fides, quæ tenet medium gradum.

TERTIVM genus eſt ſcientia, quæ tenet ſupremum gradum, & hanc proprie habebit intellectus in patria: licet aliqualiter habeat in via, & hoc genus habet certitudinem. *Scientia quomodo in Patria in intellectu beatorū & noſtro. Scot. q. 4. & 5. prolog.*

DE ATTRIBVTIS.

ATTRIBVTA QVOT MODIS ſumantur.

ATTRIBVTVM quattuor modis ſumi poteſt.

VNO modo idem eſt, quod prædicatum: omne enim quod de alio poteſt prædicari dicitur attributum, & hæc eſt eadem ſententia cum illa maxima: Quandocunque aliqua duo ſunt eiuſdem rationis, quidquid attribuitur vni, & alteri, ideſt quidquid prædicatur de vno, & de altero.

SECVNDO modo accipitur pro prædicato ſecundario, vt paſſiones.

TERTIO modo, & magis proprie dicitur attributum quaſi ab alio attributum: & iſto modo eſt perfectio, a qua remota omni imperfectione, *Attributū cur ſic dicatur.*

ctione, non eodem modo, quo eſt in creaturis, Deo attribuitur, quoniam Deus dicitur ſapiens formaliter.

Scot. in 1. diſt. 8. q. 3. QVARTO modo dicitur attributum pro appropriato, & eſt idem quod pluribus conueniens: vnde iſta approprianturr: Patri potentia, Filio ſapientia, Spiritui ſancto bonitas. Et de ſecundo, & tertio dicitur attributum.

DEFINITIO ATTRIBVTI.

Vide Sco. in primo ſent. diſt. 8. q. 3. ATTRIBVTVM eſt ſuperexcellentia perfectionis circumſtantis ſubſtantiam creaturæ, quam melius eſt habere per modum formæ intrinſecæ, quàm non habere: & abſolute loquendo, quòd iure & formaliter exiſtat in diuina natura, & de Christo prædicetur.

Attributa quo in Deo. ATTRIBVTA diuina ſunt in Deo formaliter ex natura rei, non virtualiter tantum, vt aiebat Rabbi Moyſes. Probatur, quia ſi diuina attributa, vt ſapientia, & bonitas ſolum eſſent in Deo virtualiter, & non formaliter, Deus non aliter diceretur ſapiens & bonus, atque dicitur lapis, vel leo: conſequens eſt abſurdum, ergo & antecedens.

Attributi definitio. HAEC concluſio patet ex definitione attributi, in qua dicitur quòd eſt perfectio diuinæ eſſentiæ formaliter. Præterea omnis perfectio ſimpliciter eſt perfectiſſimo modo in primo ente perfectiſſimo, ſcilicet Deo, ſed attributa diuina ſunt perfectiones ſimpliciter ſecundum omnes, ergo ſunt in Deo, modo perfectiſſimo; & hic eſt modus eſſendi formaliter.

ATTRIBVTVM dicitur attributum, perfectio reperta in creaturis per participationem vniuocam, vel analogam: ea enim quæ ſunt in Deo, ſi in creaturis non inueniuntur formaliter per participationem non dicuntur attributa.

Scot. in 1. d. 8. q. 4. & alibi. ATTRIBVTA diuina inter ſe ſunt non idem formaliter ex natura rei, ita quòd ſecluſo opere intellectus ex natura rei vnum non eſt aliud formaliter, vt ſapientia non eſt formaliter bonitas, ſicut animalitas non eſt formaliter rationalitas: concluſio eſt Scoti, & probatur exemplificando de ſapientia & bonitate: nam de alijs idem erit iudicium: ſapientia in communi, & bonitas in communi ſunt non idem formaliter, ſeu diſtinguuntur formaliter inter ſe: ergo ſapientia infinita diſtinguitur ex natura rei formaliter a bonitate infinita. Antecedens eſt notum: conſequentia probatur: *Sco. in 1. d. 13. q. vnica* quia infinitas non variat rationem formalem rei, vt ait Scotus, albedo enim vt quattuor, & albedo infinita ſunt eiuſdem rationis formalis.

ATTRIBVTVM QVOT REQVIRAT.

Anſel. monolog. cap. 15. Scot. 1. ſent. d. 2. q. 1. par. 2. & d. 8. q. 1. VNDE ad Attributum quattuor requiruntur.

PRIMO quòd aliquo modo inueniatur in creaturis.

SECVNDO quòd aliquo modo ſubiectum præſupponat: & ex hoc eſſentia & natura non ſunt attributa: quia ſunt baſis, & fundamentum omnium quæ ſunt in Deo.

TER-

TERTIO quòd dicat perfectionem, ita quòd melius eſt ipſum habere quàm non ipſum, & ex hoc amouentur iſta accidentia, quæ ſunt in creaturis, ſicut albedo, & nigredo, & his ſimilia, quæ non ſunt attributa in diuinis.

QVARTO modo quòd ſint formaliter in Deo, non tranſumptiue, nec ſimilitudinarie.

ATTRIBVTA SVNT IDEM INTER SE.

AMPLIVS eſt ſciendum, quòd attributa ſunt idem inter ſe realiter, & ratio huius eſt: quia illa, quæ realiter ſunt diſtincta, vnum de altero non prædicatur in abſtracto, vt albedo non prædicatur de Petro: ſimiliter de relationibus in diuinis, vbi eſt differentia realis: ſed quodlibet attributum vnum de altero prædicatur, quia bonitas eſt ſapientia.

Abſtractū de abſtracto prædicari debet. Vide Scot. 5. q. quolib.

ATTRIBVTA SVNT IDEM CVM eſſentia.

ATTRIBVTA ſunt idem cum eſſentia realiter. Quod ſic patet: Omne compoſſibile infinito intenſiue, & intrinſece, eſt idem cum ipſo: ſed eſſentia diuina intenſiue, intrinſece eſt infinita, & quodlibet attributum in ratione formali eſt infinitum intenſiue, & idem intrinſece cum eſſentia diuina: ergo vnum & idem eſt realiter attributum cum eſſentia diuina. Probatio maioris: Omne illud quod includit in ſe perfectionem omnis entitatis, & rationem perfectionis omnium entium modo ſuperuenienti, & vnite, includit omnem realitatem eius quæ eſt intrinſece cum eo, & omne tale eſt idem cum eo: ſed attributum eſt huiuſmodi, ergo &c. Probatio minoris: vnde intellectus tantus eſt quantum obiectum ſuum intelligibile: ſed eſſentia diuina eſt obiectum intellectus (vnde intellectus eſt infinitus intenſiue) ergo intellectus ex ſua ratione formali eſt infinitus intenſiue, & includit, & præſupponit, omnem perfectionem totius entis: vnde iſta attributa ſunt perfectiones attributales vnitæ, & infinitæ in Deo modo excellenti.

Scot. in 1. ſent. d. 2. par. 2.

Diffuſius hoc declarat in 1. ſen. d. 8. q. 4.

Scot. 3. q. prolog. et in 1. ſent. d. 1. q. 1. in via Auicennæ.

Sco. in 8. d. 1. ſent. q. 3.

VNDE illa quæ reſpondent iſtis, quæ ſunt in creaturis, ſunt dignitates diſparatæ in creaturis.

VNDE intellectus Viatoris faciendo multos conceptus ex iſtis venit ad cognitionem illorum, quia quidquid poteſt concipere diuerſis conceptibus, & diuerſis actibus, intellectus viatoris diſtincte & actualiter, faciendo diſtinctionem ſecundum rationem, & identitatem realem.

ISTA actualiter & diſtincta poteſt Deus intelligere vno conceptu, & vno actu, & ſimiliter intellectus comprehenſoris poteſt multo melius comprehendere, quàm intellectus viatoris: quoniam in Deo non ſunt plures intellectiones in actu: nam intelligere Dei eſt ſua ſubſtantia.

Sc. in 1. ſen. d. 35. et 39.

NOTANDVM.

Attributa diſtinguuntur ex naturâ rei. Sco. 1. ſent. d. 8. q. 4.

VNDE videtur quòd diſtinctio Attributorum ſit ex natura rei, & formaliter: & ratio huius eſt, quia diſtinctarum emanationum, ſunt principia diſtincta, alterius & alterius rationis: ſed emanationes in diuinis, ſcilicet Filij, & Spiritus ſancti diſtinguuntur ex natura rei: ergo intellectus & voluntas, quæ ſunt principia diſtinctiua, diſtinguuntur ex natura rei: ſed tamen non eſt diſtinctio realis.

QVINQVE REQVIRVNTVR AD *diſtinctionem realem.*

NOTA quòd quinque requiruntur ad diſtinctionem realem.

PRIMO quòd non ſit in potentia: quia potentia non diſtinguit.

SECVNDO quòd non ſit virtualiter in alio, ſicut effectus in ſua cauſa.

TERTIO quòd non ſit confuſibiliter in mixto: quia illa non diſtinguuntur realiter.

Quo ſit æqualitas in attributis, pertractatur a Scoto 32. d. 1. ſen. q. vnica.

QVARTO quòd ſint formaliter in actu: quia actus diſtinguit, vt dicit Ariſtoteles 7. Met. contex. 49.

QVINTO quòd non habeant identitatem realem.

ET ideo quantum ad iſtam conditionem, attributa non differunt realiter, quia illa quæ differunt, vnum de altero non prædicatur in abſtracto, nec quod vnum tranſit in alterum: ſed conſequentia horum reperitur in attributis, ergo non differunt realiter, omnia enim attributa diuina habent eandem quantitatem, ideo inter ea non eſt magis, nec minus. Franciſcus de Mayron. in primo Sentent. diſtin. 8. quæſt. 7.

ATTRIBVTA QVOMODO *diſtinguantur.*

Sco. 1. ſent. d. 2. ad ſecundã quæſtionem.

SICVT enim cum ſumma eſſentia ſtat diſtinctio realis perſonarum inter ſe, ſic cum vnitate perſonarum ſummæ Trinitatis ſtat diſtinctio attributorum ex natura rei: tamen prima diſtinctio cum ſit realis, non facit compoſitionem, nec talis diſtinctio eſt danda ſumma, quia non dicit perfectionem.

PRAEPOSITIO, AD, QVOT MODIS *ſumatur.*

AD, præpoſitio vno modo dicit terminum motus, vt vado ad Eccleſiam.

ALIO

ALIO modo dicit habitudinem cauſæ finalis, vt ſerra habet dentes ferreos, eo quòd eſt ad diuidendum. *Serra non eſt inſtrumentũ actiuũ proprie. Scot. in 4. ſent. diſtin. 1. q. 5.*

ALIO modo dicit propinquitatem, vt adſum, ideſt prope, vel iuxta ſum.

ALIO modo dicit additionem vt adiungo.

ALIO modo dicit tempus, vt a ſolis ortu vſque ad occaſum.

ALIO modo dicit ordinem, vt a primo vſque ad nouiſſimum.

AD SE QVOT MODIS ſumatur.

AD ſe dicitur dupliciter, vno modo poſitiue, & ſic dicitur abſolutum. *An perſona ſit ad ſe, ſicut eſſentia. Sco. 1. d. 26 q. vnica.*

ALIO modo negatiue, & ſic eſt omnino ad aliud. Franciſc. de Mayr. in primo Sentent. diſt. 23. quæſt. 4.

QVOT MODIS SVMATVR ADIACENS.

ADIACENS aliquando ſumitur pro ſecundo adiacente, aliquando pro tertio adiacente. *Scot. 1. ſen. d. 2. q. 2.*

ISTAE enim propoſitiones ſunt de ſecundo adiacente, ſcilicet homo eſt, & homo non eſt.

ISTAE vero de tertio: Homo eſt animal, homo non eſt animal. Ideo eſt bona conſequentia de tertio adiacente, ad ſecundum adiacens, tum in eſſentialibus, tum in accidentalibus, vt homo eſt animal, ergo homo eſt: homo non eſt animal, ergo homo non eſt: vt homo eſt albus, ergo homo eſt: homo non eſt albus, ergo homo non eſt. De ſecundo adiacente ad tertium adiacens, valet conſequentia in eſſentialibus, vt homo eſt, ergo homo eſt animal: homo non eſt, ergo homo non eſt animal.

QVID SIT SECVNDVM ADIACENS.

SED nota quòd ſecundum adiacens, ſcilicet, homo eſt, poteſt duobus modis conſiderari, vel in eſſe eſſentiæ, vel in eſſe reali, ſiue indiuiduali, aut ſubſiſtentiæ.

ALIO modo in eſſe eſſentiæ: Homo enim non eſt, ſed corrumpitur quacunq; corruptione oppoſita eſſe exiſtentiæ, & indiuiduali: ſed tamen non corrumpitur corruptione oppoſita annihilationi, ſed eſt in eſſe eſſentiæ, & ita eſt duplex corruptio. *Vide Scot. lib. 1. ſent. d. 13. & 7. q. quolib.*

QVID REQVIRAT ADAEQVATIO.

ADAEQVATIO requirit conformitatem ex parte extremorum. *Vide Sco. 5. q. quolib.*

AFFIR-

AFFIRMATIONIS ET NEGATIONIS conuenientia.

AFFIRMATIO quanto eſt paucioribus conueniens, tanto eius negatio pluribus conuenit: exemplum vt ſi dicatur: Non Sortes currit, omnibus alijs a Sorte conuenit: & quanto negatio paucioribus conuenit, tanto affirmatio pluribus conuenit, vt non finitum, hoc ſolum conuenit primæ intelligentiæ, ergo eius affirmatio ſcilicet finitum, conuenit omnibus alijs.

DE AFFIRMATIONE COMPLEXA.

Vide. Nicolaũ Bonetum in 4. Met. cap. 1.

AFFIRMATIO complexa tantum vni opponitur: & nota quòd hoc eſt verum contradictorie. Exemplum quòd vnum vni tantum opponatur contradictorie: omnis homo currit, non habet præ ſe niſi iſtam oppoſitam ſibi contradictorie: homo non currit.

AGENS QVOT MODIS SVMATVR.

Ignire, & calefacere ſunt duo effectus ignis Scot. in 2. ſent. diſtin. 2. q. 1.

AGENS duobus modis ſumitur.

VNO modo pro agente cum illa forma præciſe per quam agit, ſicut dicimus quòd calefaciens eſt ignis calidus.

ALIO modo accipitur agens pro agente cum illa forma, per quam agit, & pro formali ratione ſub qua agit, ſicut dicimus, quòd ignis approximatus calefactibili agit, approximatio enim non eſt forma per quam ignis agit, ſed eſt forma reſpectiua.

AGENS QVOMODO PRAESENS LOCALITER eſſe oporteat.

1. De gene. contex. 78. Vide Sco. 9. d. 2. q. 2.

AGENS oportet eſſe præſens localiter patienti, verum eſt de agentibus naturalibus, quæ agunt per contactum: quoniam ſol non eſt præſens localiter ſuo patienti in viſceribus terræ: & ſic ſolum agentia naturalia per contactum requirunt approximationem: alia vero non.

AGENS QVOMODO NOBILIVS PATIENTE, & effectu, & æque nobile cum eo.

Vide Sco. in in 4. li. ſen. d. 44. q. 2. Scot. 1. ſen. diſt. 3. q. 7.

AGENS omne, vt ſic, eſt nobilius patiente: & ideo agens vniuocum eſt nobilius inquantum agens ſuo effectu: ſed inquantum ſunt eiuſdem ſpeciei, & rationis, æque nobilia ſunt.

AGENS eſt præſtantius ſuo effectu: iſta propoſitio non eſt vera, niſi de cauſa

de cauſa æquiuoca totali, vel partiali principali, quæ eſt ſemper perfectior ſuo effectu: ſed non de cauſa æquiuoca partiali, minus principali. Hoc habet ipſe Scot. in multis locis.

NOTANDVM.

ITEM aliquid eſſe virtualiter in aliquo, ſi illud non ſit cauſa partialis, eſt nobilius quàm eſſe formaliter: verbi gratia ſi intellectio fiat ex intellectu, & obiecto, ſiue volito: ſecundum vnam opinionem, certum eſt quòd cum vtrunque ſit cauſa partialis, & quælibet vt ſic habeat cauſationem ſuam, eſſe formaliter, & tunc eſt nobilius, quàm eſſe virtualiter: ſed aliquid eſſe virtualiter totaliter, & formaliter totaliter, nobilius eſt eſſe virtuale, quàm formale. *Intellectio cauſatur ab itellectu & obiecto.*

AN OMNE AGENS SIT NOBILIVS PASSO.

AGENS omne eſt præſtantius paſſo. *Vide Sco. in 4. ſent. diſt. 44. q. 2.*

HAEC propoſitio eſt falſa, niſi tres regulæ præſupponantur.

PRIMA quando effectus agentis eſt forma patientis.

SECVNDA quando ipſa forma eſt nobilior paſſo.

TERTIA quando agens eſt perfectius forma, quam producit, quæ eſt eius effectus: & ſi aliqua iſtarum deficiat, illa propoſitio famoſa eſt falſa.

AGENS CORPORALE VNDE PRODVCATVR.

AGENS corporale a corpore producitur, vt lux a ſole.

QVID SIT AGENS SPIRITVALE.

AGENS ſpirituale eſt a ſubſtantia ſpirituali, vt actus intellectus, & voluntatis: qui immediate a ſubſtantia producuntur: vel habitus acquiſitus vtriuſque potentiæ, quarum eſt ſubſtantia ſpiritualis mediantibus actibus: tamen agens vel iſta agentia differunt genere propinquo, licet conueniant in genere remoto. *Ariſt. 3. de anima. con tex. 21. & Scotus tres iſtos actus ponit 3. q. vniuerſalium.*

QVID SIT ALTERATIO.

ALTERATIO eſt quando manente ſubiecto, fit tranſmutatio in paſſionibus. *Scot. dicit quòd alteratio eſt in genere qualitatis. in 1. ſent. diſt. 5. q. 2.*

VEL alteratio eſt tranſmutatio de vna qualitate in aliam oppoſitam, vel mediam, vt ab albedine in nigredinem, vel fuſcum in pallidum, & huiuſmodi, & talis nunquam fit in inſtanti, ſed in tempore.

ALTERATIO MVLTIPLEX.

Alteratio duplex, alia ſpiritualis, alia corporalis.

ALTERATIO fit multis modis.

QVAEDAM enim fit a principio intrinſeco, vt in timoroſis & verecundis, vt cum aliquis eſt paſſus timorem, fit pallidus.

QVOMODO FIAT HOMO PALLIDVS.

QVIA timor habet fieri circa cor, & ſanguis eſt amicus naturæ, & derelictis exterioribus vadit illuc, ſcilicet ad cor: & ſic remanet facies pallida ex defectu ſanguinis: & e conuerſo eſt in patientibus verecundiam, quia verecundia habet fieri circa faciem: & ſanguis iuuando naturam, exit verſus faciem, & ideo rubet verecundus.

Rubor eſt ex verecūdia. Vide Sc. in 1. ſen. d. 17. q. 3.

ALIO modo fit alteratio a principio extrinſeco, vt nigredo aliunde infertur ab æſtu ſolis, & caliditas ab igne, & motu, & frigus a gelu, & huiuſmodi.

ALTERATIO ANIMAE QVAE SIT.

Anima gaudet & triſtatur non per conuerſionem ad phātaſma. Sco. 4. ſent. diſt. 44. q. 2

ALIA eſt alteratio animæ, vt cum anima tranſit ab vna affectione in aliam, quæ affectiones ſunt, ira, gaudium, amor, deſiderium, triſtitia, lætitia, & huiuſmodi.

SED notandum eſt quòd alteratio proprie fit in tertia ſpecie qualitatis: ſi tamen dicatur fieri in alijs, vt a ſcientia ad ignorantiam, hæc non dicitur proprie alteratio.

ANIMA QVID SIT.

ANIMA eſt forma ſimplex, ens viuens, intelligens, ſentiens, & libertate vtens.

ANIMAE DIFFINITIO *Philoſophica.*

2. De anima. contex. 4. & 6. Aug. lib. de anima. Vide etiam Scotū in 9. q. quolib.

ANIMA eſt actus corporis phyſici organici, vitam habentis in potentia, ſecundum quòd in potentia.

ET quia dicitur, quòd anima eſt actus, notandum eſt quòd duplex eſt actus: primus, & ſecundus: ſed quia actus primus eſt ipſa forma per quam quis operatur, & ideo ipſa anima dicitur actus primus, quia mediante ipſa quis operatur.

ACTVS vero ſecundus eſt ipſum operari: quia operatio actu producitur.

QVARE

ANIMA CVR SIC DICTA.

ANIMA ideo dicta eſt, quòd adiuuat corpus ad viuendum, hoc eſt vt viuat ſemper: anima autem pro ſpiritali natura, pro eo quod ſpirat in corpore, appellata eſt ſpiritus.

QVOMODO ANIMA, ET SPIRITVS idem ſint in homine.

ANIMA, & ſpiritus idem ſunt in homine: quamuis anima aliud notet, & aliud ſpiritus: ſpiritus namque ad ſubſtantiam dicitur, & anima ad viuificandum, eadem eſt eſſentia, licet proprietas diuerſa: nam vnus & idem ſpiritus ad ſeipſum dicitur, & ad corpus anima. *Spiritus dicitur aīa rationalis.*

ANIMA QVOMODO SIT SPIRITVS.

SPIRITVS eſt, inquantum eſt producta ratione ſubſtantiæ rationalis.

ANIMA inquantum vita corporis.

ANIMA DIVIDITVR QVADRVPLICITER.

ANIMA diuiditur quadrupliciter. *Vide Scot. 1. ſentent. d. 3. q. vlt. & in 2. ſen. d. 16. q. 1. & in 3. d. 17. & 26. in fine.*

ALIQVANDO per partes eſſentiales, ſicut quando diuiditur per vegetatiuam, ſenſitiuam, & intellectiuam.

ALIQVANDO per potentias, ſicut quando diuiditur per intellectum, & voluntatem, & memoriam, quæ ſunt eadem realiter cum anima.

ALIQVANDO per vires, ſicut per iraſcibilem, & concupiſcibilem.

ALIQVANDO in portiones, ſicut in inferiorem, & ſuperiorem.

ET iſte ordo ſeruatur: quia ſicut eſſentialiter diſtinguuntur in plures partes, ita vna pars in plures potentias, & vna potentia in plures vires, & vna vis in plures portiones.

CONCVPISCIBILIS enim poteſt negociari circa temporalia, & ſic dicitur portio inferior: vel poteſt negociari circa æterna, & ſic dicitur portio ſuperior. Franciſcus de Mayron.

ANIMA QVID DICAT.

ANIMA dicit verum affirmando, vel negando: iſtis mediantibus, quę ſunt quinque ſecundum naturam, hoc eſt quibus cognoſcimus *6. Ethic. 8.*

 verum,

verum, ſcilicet ſapientia, prudentia, ars, intellectus, & ſcientia: ſuſpitione enim & opinione contingit falſum dicere.

QVOMODO ANIMA SIT MVTABILIS non localiter.

Iſidorus de ſummo bono. cap. 6. ANIMA eſt mutabilis non localiter, ſed temporaliter, ſuis affectionibus: præterea anima poteſt mutari, & mutatur ab ignorantia ad ſcientiam, a vitijs ad virtutes, & e conuerſo.

ANIMA HABET INITIVM, & finem nullum.

Vide Bargium in 1. ſent. diſt. 9. ANIMA habet initium & finem nullum: nam vt ait Iſidorus quædam in rebus temporalibus ſunt perpetua, quædam vero ſempiterna: perpetua ſunt quibus ineſt ortus, & non terminus: ſempiterna quibus nec ortus, nec terminus.

ANIMA EST COLLIGATA CORPORI.

Damaſc. 2. lib. cap. 8. ANIMA eſt colligata corpori, tota toti, & non pars parti, & non continetur ab ipſo, ſed continet ipſum; vnio vero qua anima vnitur corpori, non eſt accidens, ſed eſt vita hominis: nec aduenit poſt eſſe completum, ſed confert eſſe completum.

DIVERSITAS ET CAVSA ANIMARVM.

1. De anima. contex. 53. & 2. contex. 60. ANIMARVM diuerſitas eſt cauſa diuerſitatis corporum, & membrorum, vnde non differunt membra leonis a membris cerui, niſi propter diuerſitatem animæ leonis, & cerui.

DE ANGELIS.

Vide Sco. in 2. ſent. diſt. 3. q. 9. ANGELI in verbo Dei cognoſcunt omnia, antequam in re fiant. Iſidorus de ſummo bono cap. 4. & Auguſtinus ſuper Geneſ. ad litteram.

RES iſtę, prius fuerunt in cognitione Angelica, quàm in genere proprio.

Scot. in 2. ſent. diſtin. 2. q. 6. ANGELVS quidem non continetur in loco corporaliter, vt typum accipiat, & informet: verumtamen dicitur eſſe in loco, quia adeſt intelligibiliter, & vbi adeſt, ibi operatur: non enim poteſt idem in diuerſis locis operari. Solus enim Deus ſecundum idem vbique operatur, nõ autem Angelus qui voluntate naturæ: & quia imperatus pertranſit, operatur

ratur in diuerſis locis: non eſt igitur in loco circumſcriptiue, ſecundum vnam partem poſt aliam, & per quantitatem, ſicut corpora, ſed eſt in loco definitiue, ſicut in cælo empyreo.

NOMEN ANGELORVM QVID.

ANGELORVM nomen, officij eſt, non naturæ: ſecundum naturam ſpiritus nuncupantur.

NATVRA ANGELORVM CVR MVTABILIS.

ANGELORVM natura mutabilis eſt: quia ineſt eis mutabilitas in natura: ſed facit eos incorruptibiles charitas, & ſempiterna gratia, non natura facit eſſe incommutabiles. Damaſc. lib. 1. cap. 17. *Vide Steph. Bruleſher 2. ſent. d. 1.*

MATERIA ANGELORVM NVLLAM habet quantitatem.

ANGELORVM materia nullam habet quantitatem ſecundum Auguſtinum libro ſeptimo ſuper Geneſim ad litteram. *Vide Sco. in 2. ſent. diſt. 8. q. 3.*

NOTANDVM.

ET quia aliqui nolunt Angelos habere corpus, & licet in hoc habeant plures defenſores: tamen oppoſitum eſt magis probabile, vt apparet ex plurium auctoritatum concordantia, & rationum conuenientia.

VIDETVR namque hoc ſentire Auguſtinus frequenter libro de Trinitate, intantum quòd ibi, & alibi, ſupponit Angelum habere corpus eſſentialiter: vnde libro tertio de Trinitate cap. 1. ponit ſub dubio, vtrum Angelus apparens mutet ſuum corpus ſpirituale in ſpeciem corporis non ſpiritualis. *Magiſter ſent. lib. 2. q. 8. dicit quòd Aug. non ita ſenſit, ſed recitando forſitan dixit.*

ITEM lib. 14. dicit quòd Dei ſapientia diſpoſuit cruciari in igne æterno ſpiritus cum aereis corporibus.

ITEM Auguſtinus de mirabilibus ſacræ Scripturæ dicit, quòd Deus omnipotens ex prima materia informi cunctorum corporalium, & incorporalium, ſenſibilium, & inſenſibilium, intellectualium, & intellectu carentium, ſpecies multiformes diuiſit.

ET huic concordat Ariſtot. 12. Metaph. contex. 18. dicens omnes formas, quæ ſunt in actu in primo Motore, eſſe in potentia in prima materia.

IN his omnibus ſupponit Auguſtinus ipſos Angelos habere corpus, immo ait ſuper Geneſim lib. 3. cap. 4. viſionem fieri per extramiſſionem radiorum, & Angelos habere corpora.

VNDE Damaſcenus in Logica ſua cap. 4. & 9. dicit, quòd Angeli, &

animæ, quantum ad corpus dicuntur immaterialia, ſed quantum ad Deum materialia ſunt, hoc etiam dicit in 2. lib. Sent. cap. 3. quòd Angelus eſt ſubſtantia, gratia non natura, immortalitatem ſuſcipiens, qui dicitur incorporalis, & immaterialis quo ad nos. Sed corporalis, & materialis quo ad Deum, qui ſolus eſt eſſentialiter immaterialis, & immortalis, & infra cap. 3. dicit, quòd ſolus Deus vere eſt immortalis, immaterialis, & immutabilis.

Angelus quid.

Anima autem, & Angelus dicuntur incorporales reſpectu groſſitiei materiæ noſtræ corporalis.

Item Boetius in fine libelli ſui de vnitate & vno. cap. 2. dicit, quòd Angelus, & Anima ſunt vnum coniunctione materiæ.

An Angeli ſint cõpoſiti. Vide Seraphicum Bona. in 2. ſent. diſt. 3. par. 1. art. 1. q. 1.

Item in eodem libro dicit quòd nullum eſſe ſcilicet cauſatum eſt, niſi ex coniunctione materiæ cum forma: dicit tamen infra quòd tanto materia rei eſt ſimplicior, quanto vnitas illius rei magis accedit ad veram, & puram, & ad primam rationem vnitatis.

Item ſunt adhuc aliquæ congruæ & probabiles rationes.

Nam quando vniuerſaliter & eſſentialiter eſt aliqua proprietas, & conditio in aliqua re, vel natura, licet Deus poſſit communicare illam proprietatem alteri, non tamen hoc communiter facere inuenitur, quia Deus in ſuis operibus conſeruat naturam, & conſeruat modum naturæ, quantum poteſt, ſecundum ſanctum Auguſtinum. Sed in omni habente materiam & formam, ſemper eſt paſſio & receptio a parte materiæ, vt vult Ariſtot. ergo cum Angeli, & anima habeant receptiones & paſſiones, & mutabilitatem habebunt certe a materia.

Vide Henricũ de Gãdauo in quol. quolib. 4. q. 16. & Scot. 8. d. 1. q. 2.

Item a ſimplici in natura inquantum tale eſt, non retardatur, nec elongatur aliquid, niſi per naturæ compoſitionem. Sed Deus eſt ſimplex per naturam, a quo elongatur omnis creatura ex ſui natura: ergo omne præter Deum habet naturam compoſitam ex diuerſis naturis. Ideo dicit Auerroes 3. de anima, in ſolutione. 3. quæſt. in comment. 5. & in libro deſtruct. deſtruct. in diſput. 6. in ſolut. ſexti dubij, quòd prima cauſa eſt quidditas abſoluta, & omnia alia a prædicta quidditate quidditatem habent: & ſicut eſſe ſenſibile diuiditur in materiam, & formam, ſic eſſe intelligibile diuiditur in aliquid conſimile materiæ, & in aliquod conſimile formæ.

Ex his videtur probabile, & conueniens quòd omnis creatura, vel ſubſtantia per ſe ſtans habeat compoſitionem cum materia.

ANGELIS QUATTUOR ATTRIBUUNTUR.

Vide Sco. in 2. ſen. diſt. 3. q. 2. S. Bon. in 2. ſent. diſtin. 3. q. 2.

Angelis quattuor ſunt attributa, ſcilicet ſimplicitas eſſentiæ, diſtinctio perſonalis, memoria, intelligentia, & voluntas liberi arbitrij. Angelorum quidã ceciderunt, & adhæſerunt ſummo malo inuertibiliter: quidam permanſerunt, & adhæſerunt ſummo bono inuariabiliter. Vnde boni Angeli per gratiam eis datam inuenerunt gloriam Dei: vnde meruerunt non habitum, ſed habendum.

S. Bon. in 2. ſent. diſt. 9.

Item in Angelis eſt triplex Hierarchia, ſcilicet ſuprema, media, & infima, & in qualibet iſtarum ſunt tres ordines.

In prima ſunt Cherubin, Seraphin, & Throni.
In ſecunda Dominationes, Virtutes, & Poteſtates.
In tertia Principatus, Archangeli, & Angeli.

Istorum autem Angelorum quidam deputantur ad miniſterium hominum, in miniſtrando, aut purgando, illuminando, perficiendo. Iſti ſunt actus Hierarchici, etiã hos actus non ſolum habent ad nos, ſed etiam inter ſe, quia ſuperiores ſunt, & illuminant medios: medij autem, & inferiores, modo miniſterij, ſicut inter nos & prælatos; & poſt diem iudicij ceſſabunt huiuſmodi actus.

ANGELVS QVOMODO SIT indiuiduum.

Angelvs eſt indiuiduum non ratione materiæ primæ, quia eſt immaterialis: non per quantitatem, quia eſt indimenſionalis: erit ergo ratio indiuiduationis vna entitas realis poſitiua determinans naturam Angelicam ad eſſe hoc, quæ non erit niſi quidam gradus indiuidualis, qui alio vocabulo vocatur differentia indiuidualis, quę abditiſſima eſt. Porphyrius tangens hanc indiuidualem differentiam dicit, quòd ſunt quędam proprietates naturales, quæ ſic vni quòd non alteri competunt. *Scot. in 2. ſent. diſt. 3. q. 5. & 6.*

DE ANALOGO.

Analogvm eſt, quando aliqua comparantur ad aliud, vel tanquam ad principale, vel tanquam ad illud, in quo forma principalis reperitur, vt homo pictus, & homo viuus: homo pictus analogice dicitur homo per quandam extrinſecam denominationem, quæ in eo reperitur, vt in principali ſignificato. *Vide Sco. in 1. ſen. diſt. 3. q. 3.*

NOTANDVM.

Qvod licet de quolibet verificetur extremum contradictorium: non tamen de quolibet ſequitur extremum contradictionis determinate, ſed bene disiuncte.

AMOR QVOT MODIS SVMATVR.

Amor duobus modis ſumi poteſt.
Vno modo pro actu diligendi.
Alio modo pro habitudine ad actum diligendi, & quouis modo ſumatur, iſtorum Spiritus ſanctus non eſt amor ſpiratus. *Vide Frãc. de Mayr. in 1 ſent. diſt. 10. q. 4.*

AMOR

AMOR SPIRATVS QVID.

Vide Scot. in 1. ſent. diſt. 27.

AMOR ſpiratus, eſt amor libere productus cum obiecto a voluntate, & quando Franciſcus de Mayron. in 1. Sent. diſtin. 10. q. 4. quærit, vtrum Spiritus ſanctus ſit amor ſpiratus, dico quòd non: quia amor in diuinis, cum ſit eſſentialis, non eſt elicitus, vnde bene conceditur: Spiritus ſanctus, qui eſt ſpiratus, eſt identice amor, & ſic debent gloſſari propoſitiones Franciſci, diſtin. 10. quæſt. 4. primi Sent. hoc eſt de notitia genita, quoniam niſi ſic intelligeret, deuiaſſet a rei veritate: quod non eſt dicendum.

DVO AMORES FECERVNT DVAS ciuitates.

Vide hanc ſententiã in Scot. 1. lib. ſent. d. 1. q. 5. & in 2. d. 6. & 7.

AMORES duo, fecerunt duas ciuitates, vna eſt Ciuitas mundi, quæ incipit ab amore ſui.

ALIA vero Dei, & quæ incipit ab amore Dei ad contemptum ſui, Auguſtinus de Ciuitate Dei lib. 14. cap. 28. & ſuper Geneſim lib. 2. ca. 22.

AMORIS PRIMVS ACTVS.

Amor amicitiæ quid.

AMOR amicitiæ eſt primus actus, quo amore aliquis diligit ſe, vbi non eſt aliud imaginandum, niſi complacere, & placere ſibi ipſi, & optare ſibi bonum.

APPREHENSIO QVOTVPLEX.

Vide Scotũ in 2. ſent. d. 42. q. 4.

APPREHENSIO eſt duplex, quam ſequitur duplex appetitus: Vna eſt, quæ eſt rei in ſuis primitiuis cauſis ſeminalibus, & originalibus, quam vnumquodque diſcernens quod ſuæ naturæ eſt conueniens, accipit: & hanc apprehenſionem ſequitur naturalis appetitus, vt patet in plantis, quoniam vniuerſaliter rei amarum eſt inconueniens, quia ſolum dulce eſt conueniens in natura.

Vide Scotũ in 4. ſent. d. 49. q. 10.

ALIA eſt apprehenſio, quæ eſt rei per ſuam ſpeciem, & hanc ſequitur anima, vel appetitus, & eſt ſolum in habente animam ſenſitiuam.

APPREHENDERE QVID SIT.

S. Bona. in 1. ſent. diſt. 3. q. 1.

APPREHENDERE, & comprehendere in hoc differunt ſecundum Aug. 83. q.

Vide Scotũ in 1. ſent. diſt. 3. q. 1.

QVONIAM apprehendere eſt attingere operatione intellectiua aliquod obiectum: & ſic creatura poteſt apprehendere non ſolum creaturam, ſed etiam Deum. Quid ſit comprehendere, & apprehendere, declara

clara ex his quæ habet Scotus in tertio, diſtinctione 14. q. 1. ſoluendo ſecundum argumentum.

COMPREHENDERE QVID SIT.

COMPREHENDERE eſt attingere tale obiectũ adęquate, quantum in ſe eſt attingibile: & iſto modo, licet creatura non poſſit Deũ comprehendere, bene tamen dicimus, quòd ſolus ille intellectus dicitur comprehendere, cuius tanta eſt intelligibilitas intellectionis quanta eſt intelligibilitas intelligibilis. Vide Franciſcum de Mayron. in 1. Sententiarum diſt. 36. quęſt. vltima. *Vide Scotũ in 1. q. quol.*

APPETITVS QVOT MODIS DICATVR.

APPETITVS eſt duplex. *1. Phyſic. contex. 81.*
VNVS naturalis: Alter vero animalis.
APPETITVS naturalis eſt ille, qui eſt ſine cognitione. *Vide Scotũ in 4. ſen. d. 49. q. 10.*
APPETITVS animalis eſt, qui fit cum cognitione, vt equus appetit ordeum, quia cognoſcit eum: in brutis enim licet ſit appetitus ſenſitiuus, non tamen eſt particeps rationis in eis, ſicut in nobis. *Sco. in 2. d. 42. q. 4.*
SED naturalis adhuc eſt duplex: quia quidam eſt conſequens formam, quidam conſequens materiam: conſequens formam eſt quędam inclinatio, per quam res ad proprium locum inclinatur, vt graue appetit deorſum per grauitatem: leue ſurſum per leuitatem.
SED appetitus conſequens materiam eſt quidam ordo, quem habet materia ad formas, & ſic dicere quòd materia appetit formam, quia quando materia eſt ſub vna forma, credit perfici per aliam, & ſic appetit eas per infinitum.

APPETITVS QVOTVPLEX.

SED adhuc eſt ſciendum, quòd appetitus eſt duplex.
QVIDAM eſt cum cognitione, de quo iam dictum eſt: & appetitus cum cognitione eſt duplex: quia vel ſequitur cognitionem propriam, vel cognitionem alterius: ſi ſequitur cognitionem propriam, eſt appetitus in rebus animatis, ſenſitiuis, & intellectiuis. *Scot. in 4. ſent. diſtin. 49. q. 10.*
SI autem ſequatur cognitionem alterius, ſic dicimus quòd ſagitta appetit ſignum, non quòd cognoſcat ſignum, ſed ſequitur cognitionem ſagittantis, & dirigentis ipſam: etiã in iſto ſenſu dicitur in primo Ethic. Omnia bonum appetunt, ſecundum quòd ſunt regulata per ſuas intelligentias: nam quælibet creatura habet vnum Angelum bonum, & alium malũ, intellige de creatura inferiori. Aliqui dicunt hoc dixiſſe Ariſtotelem in libro de ſecretis ſecretorum: ſed neſcio, ſed eſt communis opinio Theologorum: verumtamen aliqui dicunt, quòd ſicut vnus magiſter ſufficit pluribus diſcipulis, & vnus dux toti vni prouinciæ, ita etiam vnus Angelus *Bene dixit qui deſcripſit bonum quod eſt id, quòd omnia appetũt 1. Ethi. c. 1.*

ſufficit

Ægidius Romanus 2. ſent. d. 11. ſufficit vni prouinciæ, vt dicit Ægidius in ſecundo Sententiarum vbi ait, quòd ſicut vna anima eſt tota in toto, & tota in qualibet ſui parte, ita vnus Angelus eſt in tota prouincia, & totus in qualibet parte illius prouincię.

APPETITVS QVADRVPLEX.

EST tamen iterum notandum, quòd appetitus eſt quadruplex.
QVIDAM eſt naturalis, alter animalis: alius intellectualis, &
alius habitualis, aut ſpiritualis: de primis duobus iam dictum eſt.
SED appetitus intellectualis eſt ille, per quem homo appetit ſciētiam,
& in iſto ſenſu loquitur Ariſt. in proœmio primi libri Metaph. Omnes ho-
Vide Nicolaū Bonettū in principio ſuæ Metaph. mines natura ſcire deſiderant: & Nicolaus Bonettus in ſua Metaphyſica
exponit, id eſt omnes naturæ intellectuales, ſed appetitus habitualis eſt il-
le, per quem habēns ſcientiam appetit ſpeculari: ſed appetitus ſupernatu-
ralis eſt ille, per quem appetimus ſupercæleſtia, de quo Paulus dicebat
Theſ. ca. 1. Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto: & Auguſtinus 13. de Tri.
cap. 5. Omnes homines appetunt beatitudinem.
QVARTO notandum eſt, quòd ſicut mulier appetit virum, ita ma-
teria appetit formam, primo Phyſic. contex. 81. & quia mulier de ſe
eſt imperfecta res, quia a viro ſeparata eſt, ideo vt perficiatur, virum
appetit.
Scot. 4. ſen. d. 49. q. 10. QVINTO notandum eſt, quòd ibi eſt dare rem quæ appetit, &
hæc eſt eſſentia materiæ: & eſt dare rem quæ appetitur, & hæc eſt eſſentia
formę: & tertio eſt ibi dare illud quare appetitur, & hęc eſt actualis eſſen-
tia, quā forma dat materiæ: & eſt dare illud quo mediante fit talis appeti-
tus, & hęc eſt ipſa priuatio, quia materia mediante ipſa priuatione formam
appetit; & ipſa priuatio eſt cauſa concomitans, & ſine qua non, & in iſto
appetitu reducitur ad cauſam efficientem.

SPECIES QVOMODO SE HABEANT in potentia obiectiua.

SPECIES in potentia obiectiua habent appetitum ad diuinam eſſen-
tiam in genere cauſę finalis: & ſi quæratur, quomodo iſta inſenſibilia
habeāt appetitum ad diuinam eſſentiam in genere cauſę finalis, dico quòd
materialiter appetunt illam in genere cauſę finalis in quantum etiam ordi-
Vide Scotum in 1. ſent. diſtin. 32. q. 2. nantur in ſua loca, vbi naturaliter quieſcunt, & ad quem tendunt.
ITEM nota quòd omne appropriatum eſt eſſentiale. Franciſcus de
Mayr. primo libro Sent. diſt. 32. q. 3.

APTITVDO QVID SIT.

Vide Sco. in 4. q. quolib. APTITVDO rei eſt reſpectus fundamentalis, vt riſibilitas eſt paſ-
ſio hominis, & eſt reſpectus fundamentalis: quia dicit aptitudinem
ad ridendum in potentia, & hæc eſt regula generalis.

ASCENDERE QVID SIT.

ASCENDERE ſumitur a Franciſco de Mayron. in primo Sentent. diſtinct. 3. q. 12. pro perfectius ire, & ſic vltimus actus ſemper eſt perfectior primo.

Quare Ochā quolib. 2. q. 12.

AVGERE QVOT MODIS accipiatur.

AVGERE accipitur duobus modis, ſcilicet pro creſcere, vel multiplicare, verbi gratia de primo: Puer a parte rei dicitur augeri pro nutrimento: quia creſcit, & fit vir, & iſta augmentatio non fit per diuerſa media.

SECVNDO modo dicitur pro multiplicatione: vt ſi eſſent hic in loco quattuor homines,& ſuperuenirent quattuor boues, non eſſet proprie augmentatio, eo quod, non eſt reſpectu eiuſdem, ſed eſt multiplicatio: vel ſi homo mutaretur in montem magnum, vel efficeretur turris, non eſſet augmentatio: ſed mutatio, & variatio termini. De Augmento Charitatis tranſeo, quære in littera C. dictione Charitas.

Augmentatio fit adueniente aliquo ab extrinſeco. 1. de genera. contex. 32.

AVREOLA QVID SIT.

AVREOLA Virginum, & Martyrum eſt gaudium quod habent ipſi Martyres: quia dederunt corpus flagellis, & tormentis propter Deum: & concionatores maius gaudium accidentale habebunt quàm illi qui non prædicant: ſimiliter illi qui docent, quàm illi qui non docent.

Scot. in 4. ſent. diſtin. 1. q. 6.

PRAEMIVM duplex, vnum eſſentiale, quod eſt ipſa clara diuinæ eſſentiæ viſio, & firma poſſeſſio, & ſuauiſſima denique fruitio.

Quid præmiū eſſentiale.

ALTERVM eſt accidentarium, quod eſt gaudium qualecunque beatitudini ſuperadditum: eſſentiale vocatur a Theologis & doctiſſimis viris Aurea, & accidentarium vocatur Aureola, quaſi minor quædam Aurea.

Quid præmium accidētarium.

LITTERA B.

BEATVS tenetur ſemper habere actum beatificum continuum, ita vt actus beatificus non poſſit interrumpi: nam hæc eſt differentia inter beatum, & non beatum: quia beatus ſemper tenetur frui.

SED non ſic nón beatus: nam præcepta negatiua obligant ad ſemper, & pro ſemper. Itaque ad ſemper, & pro ſemper tenentur beati frui Deo.

Scot. in 1. ſent. diſtin. 1. q. 2. & in 2. ſenten. d. 21. q. 1.

Vide Scot. in 4. ſent. d. 49. q. 1. Beatvs eſt qui habet quidquid vult, & nihil mali vult, ſic eſt intelligenda iſta propoſitio: Quidquid ordinate vult, &c. ly quidquid, poteſt ſumi dupliciter: vno modo diuiſiue pro quolibet appetibili, & ſic non intelligitur: alio modo vnitiue pro eo, in quo omnia continentur eminenter, & ſic debet intelligi. ſed in 4. Sent. in fine dicit Scotus quòd beatus eſt, qui habet quidquid vult de præſenti, & de futuro, ſed non de præterito: nec hoc arguit miſeriam, quia impoſſibile eſt præteritum non fuiſſe: vide ibi. *Scot. in 4. ſent. diſtin. 45. q. 3.*

Beatvs dicitur bene agere, quia non poteſt potentia propinqua male agere, non ex natura potentiæ, ſed ex aliquo extrinſeco, puta voluntate diuina, quæ ſicut perficit naturam intenſiue, ita conſeruat eam.

Sc. in 2. ſen. d. 26. & in 4. ſent. diſt. 49. q. 5. Beatitvdo in patria, & beatitudo in via non ſunt eiuſdem ſpeciei, & tamen ſunt de eodem obiecto, quod quidem obiectum diuerſimode approximatum variat ſpeciem notitiæ: vbi obiectum eſt ſufficiens diſtinctiuum notitiæ, ſed non ſufficiens identificatiuum: nam in 2. docet Scotus, quòd notitia Angeli, & animæ de eodem obiecto ſunt eædem ſecundum quid, & diuerſæ ſimpliciter. *2. ſent. diſt. 1. q. 6.*

Scot. in 1. ſent. diſtin. 2. q. 4. Beati cognoſcunt res in verbo cognitione intuitiua: quoniam verbum continet omnia eminenter: & ſic habent eſſe reale, & realiter exiſtunt in Deo eminenter, velut Marcellus in aureo, & ſolidus in Marcello: nam notitia intuitiua eſt rei præſentis, & exiſtentis in propria præſentia, & exiſtentia: vel in aliquo eminenter cõtinente ipſam ſecundum ſuam totam totalem entitatem eſſentiæ, & ſubſiſtentiæ: igitur eorum cognitio intuitiua iure nuncupanda eſt.

Scot. 13. q. quolibet. & in 1. ſent. diſt. 1. q. 4. Beati omnes eſſe volumus. Auguſtinus 13. libro de Trin. cap. 4. nam nos ſumme appetimus, & diligimus beatitudinem, quæ Deus eſt: libere tamen, & non neceſſario: quia etiam beati in patria poſſunt non diligere, ſeu non frui quantum eſt de ſe: ſi autem non poſſunt peccare, hoc eſt per gratiam, vt declarat Scotus: vnde voluntas eſt libera circa omne obiectum volibile, & nolibile: ſed quia damnatio non eſt volibilis, ideo ipſa voluntas non poteſt eam velle: ſimiliter cum Deus ipſe non ſit odibilis, ob id non poteſt eum voluntas odiſſe, & quamuis Chriſtus vt patet Ioannis cap. 7. dicat: Non poteſt mundus odiſſe vos, me autem odit. Reſpondet Scotus odiſſe Deum bifariam ſumitur, formaliter, & ſic nõ poſſumus, quia in eo nulla eſt ratio odibilitatis: alio modo interpretatiue & ſic poſſumus: nam hoc modo damnati odiunt Deum. *Sc. in 1. ſen. diſt. 1. q. 4.* *Sc. in 2. ſen. d. 43. q. 1.*

Bonvm eſt deſiderabile, & cauſa finalis eſt deſiderabilis.

Bonvm eſt duplex, ſcilicet bonum ſimplex, vt eſſe, & bonum alicui, vt bonum, quod alicui conuenit: & iſto modo illud, quod eſt bonum vni, eſt malum alteri: malum è conuerſo: vnde pecunia eſt bona homini liberali, & mala homini prodigo. *Pecunia quo bona, & mala.*

Item venenum eſt bonum ſerpentibus, & malum nobis: & ideo non tenet conſequentia: hoc eſt malum Sorti: ergo & malum mihi.

1. li. magne rũ mortalium. ca. 3. Bonvm eſt duplex, quoddam eſt bonum laudabile, & quoddam bonum honorabile.

Bonvm laudabile eſt illud, quod ordinatur ad opus, ſicut homines bene morigerati laudantur de ſuis moribus.

Bonvm honorabile eſt duplex, quia quoddam eſt bonum honora-

honorabile ſimplex, ſiue ſimpliciter, & quoddam in genere.

Bonum honorabile ſimpliciter eſt, quod ad nihilum ordinatur, vt Deus. *Bonum honorabile quid.*

Bonum in genere eſt, quod non eſt bonum ſimpliciter, quoniam in Dæmonibus eſt malum viuere, in nobis autem bonum eſt.

Beati in patria diligunt Deum, & perſonas diuinas neceſſaria dilectione, non libera, & neceſſario iudicant, quòd eſſentia, & tres perſonæ ſunt ſummum bonum ſibi ipſis: ergo neceſſario fruuntur Deo, & perſonis: ob id male dicũt aliqui Theologi Scotum erraſſe, dicentem Beatos poſſe de potentia abſoluta Dei iudicare eſſentiam eſſe ſummum bonum, nihil iudicando de perſonis. *Quidam doctiſſimus interpres S. Thomæ 1. p. ſumma q. 12. ar. 7.*

RESPONSIO.

Concedo de potentia ordinaria, & de facto, ſed non de poſſibili: nam ſicut diuina eſſentia videri poteſt ſine perſonis per Dei abſolutam potentiam: ita Beatus per eandem potentiam poteſt frui eſſentia, quin fruatur perſonis.

Beatitudo non poteſt eſſe cum mortalitate: vide Auguſtinum 13. de tri. capite 8. & Scotum in 4. Sententiarum diſtinctione 49. quæſt. 6. in principio.

Beatitudo conſiſtit in actu, & non in habitu: nam beatitudo eſt maxima perfectio inter perfectiones ſecundas: ſed beatitudo conſiſtit in actu, & non in habitu: nam actus coniungit nos obiecto, ſed non habitus, etiam per Scotum habetur: actus verius repræſentat obiectum quàm habitus: quia actus repræſentat in ratione intellecti, & habitus ſi repræſentat, tantum repræſentat in ratione intelligibilis. *Scot. in 4. ſent. d. 49. q. 1. 2. & 3. & in 14. q. quolib.*

Tertio quia habitus eſt gratia actus & non e contra: &c.

CONTRA.

Et ſi diceres, etiam quandoque actus eſt gratia habitus, vt patet: quia habitus ex actibus ſæpe elicitis generatur.

RESPONSIO.

Dico quòd ibi non eſt ſtatus, ſed ideo generatur ille habitus, vt habeantur actus perfectiores: & ita tandem & vltimate ſemper habitus eſt gratia actus.

RESPONSIO
Ex Richardo.

3. ſen. d. 34 art. 1. q. 2. VVLT Richardus, quòd beatitudines ſint perfectiores donis, & virtutibus: quia dona & virtutes ſunt habitus, & beatitudines ſunt actus, & actus ſunt perfectiores habitibus.

BEATITVDO non cõſiſtit in aliquo nolle, nec in aliquo velle concupiſcentiæ: ſed tantum in velle amicitiæ.

BEATITVDO non poteſt eſſe in actu reflexo: quia obiectum actus reflexi eſt aliquid creatum.

CONTRA.

POTENTIA videns Deum poteſt ſe reflectere ſuper ſe, ſuper actum, & ſuper obiectum cognitum: ergo tertio modo ſe reflectendo, ſcilicet ſuper ſuum obiectum, non videtur tunc habere aliquod creatum pro obiecto.

RESPONSIO.

Sco. 1. ſent. diſt. 27. RESPONDETVR quòd obiectum diuinum ſub ratione cogniti eſt aliquod creatum, & ſic verum dicit Scotus inferius: quòd omni actu reflexiuo poteſt haberi aliquis actus rectus perfectior.

S. Thomas 1. 2. q. 3. artic. 4. BEATITVDO an conſiſtat magis in actibus intellectus, quàm voluntatis. S. Thomas tenet, quòd beatitudo magis conſiſtit in intellectu, quàm in voluntate, Ioannis cap. 17. Hæc eſt vita æterna vt cognoſcant te Deum verum, vnum, &c.

Sc. in 4. ſen. d. 49. q. 4. BEATITVDO ſecundum Scotum conſiſtit in actu voluntatis: nam illa potentia eſt nobilior cuius obiectum eſt nobilius: at obiectum voluntatis eſt nobilius: ergo potentia nobilior, nam obiectum voluntatis eſt bonum: obiectum intellectus eſt verum.

SECVNDO quòd habet rationem finis eſt melius eo, quòd non habet rationem finis: at obiectum voluntatis habet rationem finis, non autem obiectum intellectus: nam ratio finis eſt bonitas: ergo obiectum voluntatis eſt præſtantius, & ſic voluntas præſtantior intellectu: an beatitudo conſiſtat in intellectu, vel in voluntate. Vide conciliationes noſtras. *An intellectus ſit præſtantior voluntate.*

BEATITVDO an ſit propter ſe diligenda.

RESPONDEO.

DVPLEX eſt Beatitudo, obiectiualis, & formalis: obiectiualis eſt Deus, & ſic diligitur propter ſe; quia ordinate non poteſt referri ad aliud.

aliud. Alia eſt Beatitudo formalis quæ eſt creatura, & ſic non eſt propter ſe appetenda, ſed propter Deum.

BEATITVDO hominis eſt finis ipſius: debet iſta propoſitio ſane intelligi. *Vide ētiā in Scot. in 4. d. 49. q. 4.*

PRIMO: beatitudo obiectiualis eſt finis ſimpliciter vltimus, ſed beatitudo formalis, ideſt illa viſio vel fruitio, eſt finis ſecundum quid, ideſt finis ſub fine, ideſt ordinabilis ad Deum.

BEATITVDO eſt bonum ſufficiens, quare? quia cum ea nulla eſt indigentia.

BEATITVDO duplex eſt, vna meritoria, alia præmiatiua.

BEATITVDO formalis duplex, quædam eſt ſimpliciter beatitudo, & quędam ſecundum quid. *Vide Scotū in 4. ſent. d. 49. q. 4.*

BEATITVDO an erit perpetua: Vide Scotum in 4. Sententiarum diſtinctione 49. quæſt. 6.

RESPONDEO.

BEATITVDO erit perpetua, quia eſt ens neceſſarium, quia de natura ſua eſt talis, quòd non poteſt non eſſe.

SCOTVS dicit, beatitudinem conſiſtere in operatione, quod declarans in 4. Sententiarum, ait quòd felicitas humana conſiſtit principaliter in actu voluntatis, qui eſt fruitio: diſpoſitiue autem in actu intellectus qui eſt cognitio clara Dei, & matutina. Vnde ſanctus Auguſtinus in libro de doctrina Chriſtiana, ait: Summa merces eſt, vt ipſo perfruamur. Et primo de Tri. viſio eſt tota merces, quod eſt intelligendum principiatiue. S. Thomas autem poſuit beatitudinem in actu intellectus conſiſtere: nam imaginatur intellectum eſſe nobiliorem voluntate, quòd Scotus non tenet. *15. q. quolī. artic. 2.* *Cap. 6.* *Cap. vlti.*

BONITA'S eſt quadruplex.

BONITAS vniuerſi conſiſtit in ordine ſic, quòd omnia ſunt ordinata in perfectione.

BONA plura æqualia ęquiualent vni bono maiori intenſiue: nam Scotus ponit talem regulam, exempli gratia: tantum valent ſeptem marcelli ab vna parte, & ſeptem ex alia, quantum valet aureus. *Scotus 2. q. quol. ar. 1.*

BONA temporalia dantur pro bono ſpirituali.

BONA corporis, vt ſunt pulchritudo, bona conſtitutio corporis, ſanitas corporis, &c. & ſecundum Scotum bona corporis vel exteriora non ſunt diligenda, niſi in ordine ad bona animæ, & ad Deum: hoc autem non eſt niſi inquantum poſſunt iuſte competere illi qui diligit. *Scot. in 4. ſent. d. 49.*

BONA fortunæ dicuntur, vt ſunt diuitiæ, honores, opes, & id genus quæ minora bona dicuntur, & ab alijs nuncupantur reiecta.

BONA tria habemus, ſcilicet bona fortunæ, quæ ab eo vocantur bona exteriora, de quibus ſatisfacimus per eleemoſinam: ſub quo comprehenditur quidquid expenditur in proximorum vtilitatem. *1. Ethicorū cap. 10.*

BONA corporis de quibus ſatisfacimus per ieiunium, ſub quo comprehenditur quidquid pertinet ad corporis flagellationem, vel afflictionem.

BONA

Bona animæ de quibus ſatisfacimus per orationem ſub qua comprehenditur quidquid Deo exhibetur per latriæ virtutem.

BONVM QVOT MODIS DICATVR.

BONVM eſt triplex, ſcilicet in genere naturę, morum, & præmij: ille dicitur habere bonitatem naturæ, qui habet omnia requiſita ad ſuas operationes naturales exercendas.

Scot. aperit in 1. ſen. d. 17. & in 2. ſent. d. 28. & 17. q. quolib.

Vnde non omne bonum naturæ eſt bonum morum, nec præmij: propter quod dico, quòd aliquis actus infidelis eſt bonus in genere naturæ, & hoc non eſt dubium ſimpliciter in genere morum, vt patet per Philoſophum in tota Philoſophia morali.

Sed loquendo de bono præmij, vel meriti gloriæ, dico quòd non: quia tale bonum eſt ex integritate omnium circumſtantiarum, quas impoſſibile eſt ſine fide, & dono Dei nos habere.

LITTERA C.

Sc. in 1. ſen. diſt. 17. q. 1 Opinio quadruplex Antiquorũ

CHARITATEM creatam neceſſe eſt ponere in anima noſtra: Franciſcus de Mayr. diſt. 17. q. 1.

Et ibi ponuntur quattuor opiniones, quas ſicco pede pertranſire curabo.

Prima eſt Pelagij dicentis, quòd ad actum meritorium non requiritur ſine gratia charitas, nec ſpecialis influentia: ſed quòd ex puris naturalibus poſſet homo mereri vitam æternam: nam ea, quæ non ſunt in poteſtate noſtra, meritoria eſſe non poſſunt.

Secunda opinio dicit, quòd requiritur charitas, & cum hoc aſſiſtentia Spiritus ſancti, & influentia: quia cum omnia alia ſint creata, non videtur quòd aliquod creatum poſſit actum digniſſimum tanto præmio cauſare.

Tertia opinio eſt Magiſtri, quòd ad actum meritorium requiritur ſola Spiritus ſancti influentia, quæ eſt charitas increata, nec aliqua creatura: quia perſona diuina, ſcilicet Spiritus ſancti potens eſt facere ſine illa creatura, quod poſſet facere cum illa.

Qvarta opinio dicit, quòd ſola charitas ſufficit, nec requiritur ſpecialis influentia Spiritus ſancti, eo quòd dona ſupernaturalia videntur ſufficientia ad faciendum talem effectum Deo acceptum ſecundum ordinationem diuinam.

Prima eſt erronea, eſt enim opinio Pelagij.

Sc. in 1. ſen. diſt. 17. q. 1. Vide Franciſcũ 17. d. 1. ſent. q. 1.

Secunda ſtare non poteſt: quia informatus charitate, eſt dignus vita æterna.

Tertia opinio, quæ eſt Magiſtri non tenetur communiter, eo quòd non videtur conſona dictis Sanctorum.

Qvarta eſt rationabilis.

Sed contra iſtam obijcitur: quia videtur conſona dictis Pelagij, dicendo quòd charitas cum actione diuina, & influentia generali, reddit actum meritorium.

Dico quòd non eſt error Pelagij, quia ipſe nihil aliud ponebat præter naturalia, & influentiam generalem, tamen ponenda eſt pręter influentiam generalem, ipſa charitas, quæ licet dum eſt, naturaliter operetur, tamen ſupernaturaliter infunditur, & ſimul cum hoc requiritur acceptatio diuina.

Charitas communiter ab omnibus Doctoribus dicitur vita ſpiritualis: quamobrem omnis exiſtens in peccato mortali eſt mortuus: nam ideo dicitur peccatum mortale, quia demeritorie priuat vitam ſpiritualem, & vt ſcribit Scotus charitas, quæ eſt habens eam, habet Deum Charum: ita quod reſpicit Deum non in ratione diligentis, ſed in ratione diligibilis. *Sco. 2. ſent. diſt. 27.*

Gratia eſt qua Deus habet aliquem gratum, ita quod reſpicit Deum acceptantem, ſiue diligentem, non autem dilectum: non autem dicitur gratia propter illud omne, quod Deus diligit, quia tunc eſſentia diuina in filio poſſet dici gratia, quia propter eam diligit filium.

Idem Scotus: Gratia formaliter eſt virtus quæ eſt charitas, & quęcunque excellentiæ attribuuntur gratiæ & charitati, & e contra: vtraque formaliter diuidit inter filios regni, & perditionis: vtraque eſt forma virtutis, & neutra poteſt eſſe informis: vtraq; etiam coniungit vltimo fini perfecta coniunctione, qualis poteſt eſſe in via, & ſi poneretur diſtincta, altera ſuperflueret, quia reliqua ſufficeret. *Scot. vt ſupra. 15. de Ciuitate Dei. cap. 18.*

Charitas augetur ſecundum Scotum per gradus & per aduentum nouæ charitatis, ſiue realitatis, quæ facit per ſe vnum cum charitate preexiſtente. Vide Antonium Andream in 8. Met. q. 6. *Sco. in 2. q. quoli. ar. 1.*

Charitas diminuitur per peccatum veniale quantum ad feruorem: tum quia veniale inclinat ad mortale, tum quia charitas non ita inhæret animæ cum peccato veniali, ſicut ſine peccato veniali. *Sc. in 1. ſen. d. 18.*

Charitas duplex, infuſa, & acquiſita: charitas infuſa ſolet ſic definiri: charitas eſt virtus, qua deſideramus frui Deo. *Sco. in 3. li. ſent. d. 27.*

Charitas acquiſita eſt duplex, ſcilicet habitualis, & actualis: habitualis eſt quædam conſuetudo diligendi Deum, acquiſita ex frequentatis actibus: ſed actualis eſt dilectio Dei, ſeu proximi propter Deum, elicita ex illa charitate habituali.

Cauſare intrinſece dicit imperfectionem: quia dicit partem. *Scot. 8. diſt. 1. q. 1.*

Cauſa an ſit in diuinis. Vide Scotum primo Sententiarum diſtinctione ſecunda quæſtione tertia.

RESPONSIO.

Cauſa dupliciter ſumitur, vno modo proprie pro illo quod concurrit ad productionem alicuius.

Alio modo large pro illo, quod aliquo modo eſt ſimile cauſæ: & producens ſine omni mutatione, & diſtinctione eſſentiali poteſt dici cauſa

efficiens,

Vide Paulũ ſcriptorem in 1. ſent. diſt. 2. q. 3.

efficiens, & eſſentia diuina poteſt dici cauſa formalis, & generatio dicetur cauſalitas, licet certe turpe ſit in diuinis nominare cauſam: tamen iſta diſtinctio ſatis excuſat Scotum.

CAVSA quanto illimitatior, tanto perfectior. Scotus in primo Sententiarum diſtin. 17. q. 1. & 2.

CONTRA.

SI eſſet vera opinio Scoti, ſequeretur quòd anima ſenſitiua, qua animal eſt animal, eſſet perfectior intellectiua cum ſit illimitatior.

RESPONSIO SCOTI.

DICTVM Doctoris habet veritatem de illimitatione in virtute, & non de illimitatione vniuerſalitatis, ſeu in prædicando.

CAVSA cauſæ, eſt cauſa cauſati quomodo intelligatur. Vide Scotum in 4. lib. Senten. diſt. 49. q. 2. Vbi aſſerit quòd iſta propoſitio: quidquid eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati habet veritatem duabus conditionibus ſeruatis.

PRIMA quòd ſit in eodem genere cauſæ.

SECVNDA quòd ibi inter illas cauſas ſit ordo eſſenialis: & etiam iſtas duas limitationes valde clare ponit Scotus. 5. Metaph. quæſtione prima.

CAVSA æquiuoca totalis, vel partialis principalis eſt ſemper perfectior ſuo effectu: ſed non cauſa æquiuoca partialis minus principalis.

INTER cauſam & effectum quomodo requiratur ſimilitudo, & non proportio. Vide Scotum 1. quæſt. prologi, & diſtin. 1. quæſt. 1. primi Sententiarum.

Quò Deus ſit efficiens finis & forma.

CAVSA exemplaris eſt forma ſiue Idolum per quod Deus producit aliquid ad extra, & manifeſtum eſt quòd tale ad genus cauſæ efficientis reducitur: quoniam ſi ſit forma, non eſt forma rei operatæ, ſed eſt forma per quam operans operatur, & ſic ad efficiens debet reduci: vnde Auerroes in libro deſtructionum deſtruct. diſputatione 3. in fine ponit Deum eſſe efficientem, finem, & formam omnium, quod ſic intelligetur: quia efficit, finit omnia, & dat formam omnibus.

SCOTVS aſſerit quòd cauſæ ſecundæ requiruntur propter imperfectionem effectus.

Cauſalitas duplex.

CAVSALITAS duplex, pro formali, & pro materiali, ſeu denominato: cauſalitas pro formali eſt productio alicuius extrinſeci in alietate naturæ, & ideo bene definiuit Petrus Hiſpanus dicendo quòd cauſa eſt a quo ſequitur aliud: nam ly aliud dicit alietatem naturæ: ex quo ſequitur, quòd nulla cauſalitas eſt in diuinis perſonis.

CAVSALITAS pro materiali eſt illa, quæ eſt proxima ratio fundamentalis producendi aliquid ad extra.

COM-

Compoſitio eſt multiplex.

Compoſitio ex materia, & forma de qua tractat Ariſt. 2. Phyſ. contex. 2. vſque ad 16.

Alia eſt compoſitio ex genere & differentia, & hanc docuit Ariſt. 7. Met. contex. 33. vſque ad 44.

Alia eſt compoſitio ex ſubiecto & accidente, & hanc poſuit Ariſt. in prædicamentis in illa diuiſione quadrimembri: & in ſecundo de anima dum dixit: Lapis non eſt in anima, ſed ſpecies lapidis. *2. de ani. contex. 37.*

Alia eſt compoſitio ex poſitiuo & priuatiuo, & iſtam innuit Ariſt. vbi docuit omnia a primo dependere, & conſequenter non habere tantam perfectionem ſicut prima habet: & expreſſius eam ponit Auerroes vbi dicit, quòd nulla intelligentia præter primam eſt liberata a potentia. *12. Meta. contex. 56.*

Compoſitio, vnio, & conſtitutio ſe habent per ordinem: quoniam compoſitio ſemper vult informationem, & ſemper vult duo, quorum vnũm ſit potentia, & aliud in actu & iſta eſt multiplex. *In Deo nõ cadit compoſitio.*

Vnio non vult informationem, vt patet de vnione inter naturam humanam, & Verbum: & nota quòd reſolutio non tantum opponitur compoſitioni, ſed etiam vnioni: quoniam Chriſtus eſt reſolubilis in duas naturas; & tamen ibi non eſt compoſitio.

Conſtitutio vero eſt duplex, ſcilicet vltima, & abſoluta: abſolute cuicunque entitati neceſſario requiſitę ad aliquid conuenit conſtituere.

Conceptus perfectiſſimus, qui poſſit haberi de Deo, eſt ſub ratione boni.

CONTRA.

Scotus dicit quòd perfectiſſimus conceptus, qui poſſit de Deo haberi, eſt conceptus entis infiniti.

RESPONSIO.

Quod conceptus boni eſt perfectiſſimus inter attributa: infinitus autem non eſt attributum, ſed modus intrinſecus. Vide Scotum 5. q. quolib.

Conceptus quidam prædicantur in quid, & quidam in quale: qui prædicantur in quid ſunt in triplici differentia: quoniam quidam per modum tranſcendentis prædicantur in quid: quidam per modum generis: & quidam per modum ſpeciei: qui pędicantur in quale ſunt etiam multiplices, videlicet per modum differentiæ, per modum modi intrinſeci, per modum paſſionis, & per modum inferioris reſpectu ſuperiotis, quæ eſt pędicatio qualitatiua, ideſt non quidditatiua.

CHARITAS QVOMODO SIT augmentabilis.

Vide Scotū in 1. ſent. d. 17. q. 3. bene declarantem.

CHARITAS eſt augmentabilis in ſui natura. Franciſcus in 1. Sent. diſt. 18. q. 1.

CHARITAS non augetur ſecundum eſſentiam, ſicut nec ſecundum exiſtentiam, nec ſecundum deputationem a ſuo contrario, nec per participationem maiorem ſui ſubiecti.

RATIO quare non augetur ſecundum ſuam eſſentiam: quia eſſentia eſt quidditas, quæ abſtrahit ab augmento, quod fit ſecundum quantitatem virtutis.

RATIO ſecundę eſt, quia charitas vt abſtrahit ab eſſentia, eſt maior, vel minor.

RATIO tertiæ, quia charitas non habet contrarium.

RATIO quartę: quia voluntas reciperet ſecundum vltimum virtutis ſuæ.

DE AVGMENTO CHARITATIS

Quō augmētum charitatis fiat.

CHARITATIS augmentum fit per modum intrinſecum formæ, quę eſt eius finitas intenſiua.

DVBIVM DE CHARITATIS augmento.

Vide etiam Scotū in 1. ſent. diſtin. 17. q. 2.

VTRVM augmentum charitatis fiat per gradus. Franciſcus de Mayr. in 1. Sent. diſt. 18. q. 2. aſſerit quòd gradus, & partes poſſunt intelligi dupliciter, quia vel ſunt homogenei, aut etherogenei.

SI intelligatur ſecundo modo non fit augmentum per gradus: quia tunc vltimus non eſſet eiuſdem rationis cum primo.

SI autem intelligatur primo modo, dicit quòd fit per gradus, & per partes, & hoc ſic confirmat: Omne quod eſt diuiſibile habet partes, ſed forma, quę eſt augmentabilis eſt diuiſibilis, quia diuiditur per modum: igitur neceſſario habet partes.

CHARITAS AN POSSIT DIMINVI.

Scot. in 1. ſent. d. 17. Vide Gabr. Biel d. 17. q. 4. primi libris ſent.

CHARITAS poteſt diminui in infinitum. Franciſcus in 1. Senten. diſt. 19. q. 2.

CHARITAS infuſa de ſui natura eſt diminuibilis, ex quo habet partes, vel gradus, ſicut poſſunt ei dari gradus ita & remoueri: quia ita poteſt remoueri ab ea, quod datur, ſicut dari quod non habet, ipſa tamen non minuitur: quia ſicut ipſam Deus cauſat, & auget, & annihilat:

ita eam diminuit, vel diminuere poteſt, & non diminuit propter peccatum mortale: quia tunc deſtruit, nec propter veniale: quia tunc per ſola venialia multiplicata poſſent totaliter deleri.

NOTANDVM DE CHARITATE acquiſita.

CHARITAS acquiſita non poteſt deleri: quia per ceſſationẽ actuum licet ipſa poſſet diminui ex actibus oppoſitis, quia per illud poteſt diminui, quod replicatum multum poteſt eam corrumpere: ſed ex talibus actibus frequentatis corrumpitur: ergo &c.

CHARITAS eſt forma omnium virtutum: vnde Auguſtinus libro 4. ad Iulianum cap. 2. dicit: Veræ & perfectæ virtutes non ſunt ſine charitate: licet Scotus dicat prudentiam eſſe formam omnium virtutum: dicamus, quòd quando dicit Scotus charitatem eſſe formam omnium virtutum, loquitur Theologice de virtutibus infuſis: quando vero prudentiam inquit eſſe formam omnium virtutũ, loquitur de virtutibus naturalibus, tantum naturaliter acquiſitis cum Philoſopho 6. Ethic. cap. vltimo. *Charitas eſt forma omniũ virtutum. Scot. 17. q. quol. art. 3.*

CASVS QVID.

CASVS eſt rei repentinæ euentus, & cum dicit Philoſophus illud euenire a caſu, quod in paucioribus euenit, quomodo debeat intelligi de euentu ex tempore: debet intelligi, non de euentu qui ſui habet cauſam determinatam: verbi gratia eclypſis ſolis raro euenit, ſed caſus lapidis de ſurſum cadentis terentis cerebrum hominis, vel ipſum hominem lædẽtis, ſæpius euenit: iſta læſio eſt a caſu & deſcenſio lapidis: eclypſis autem ſolis eſt naturalis, vnde ſic gloſſari debet auctoritas Philoſophi, licet ſolis eclypſis ſæpe non eueniat, non tamen a caſu euenit, & quare? quia habet cauſam ſui determinatam: læſio hominis a lapide, licet ſæpe eueniat ex tempore, vel in tempore, tamen eſt a caſu, non naturaliter: & quare? quia non habet cauſam ſui determinatam. *Caſus eſt inopinata rei euentus. 2. Phyſic. contex. 61. Quæ ſint a caſu.*

DE CAVSA VNIVOCA & æquiuoca.

CAVSA eſt duplex: vniuoca, & æquiuoca: vniuoca eſt, quando producens, & productum conueniunt in forma eſſendi: vt humanitas eſt eiuſdem rationis in producente, & producto, licet non ſit cauſa productionum, ſed potius calor. *De cauſa vniuoca, et æquiuoca. Vide Sco. in 4 ſen. diſt. 12. q. 3. & in 1. li. ſen. diſt. 2. q. 7.*

CAVSA æquiuoca, eſt quando producens & productum non conueniunt in forma eſſendi, vt ſol reſpectu animalis: & quando dicit Franciſcus de Mayr. in primo Sententiarum diſtinctione tertia, quæſtione ſeptima, quòd Deus eſt cauſa vniuerſaliſſima, non intelligit quòd ſit cauſa vniuerſalis, vt prædicetur de pluribus: quia eſſet quid communius ente:

ſed ſic debet intelligi, eſt cauſa vniuerſaliſſima: quia ad omnem effectum ſe extendit.

NOTANDVM DE CAVSA intrinſeca.

Vide Scot. in 1. ſent. diſt. 2. q. 7.

ET nota quòd cauſa intrinſeca, idem eſt quòd vniuoca: & extrinſeca, quòd æquiuoca, Cauſa vniuoca ſiue intrinſeca eſt illa, quæ eſt eiuſdẽ denominationis, & eiuſdem ſpeciei cum ſuo effectu: ſicut animal, & rationale ſunt cauſæ intrinſecæ ſui effectus, ſcilicet hominis, & ſunt eiuſdem ſpeciei, & eiuſdem denominationis, cum ſuo effectu.

NOTANDVM DE CAVSA æquiuoca.

S. Bon. diſt. 2. q. 2.

CAVSA æquiuoca ſiue extrinſeca eſt illa, quæ licet cauſet ſuum effectum, non tamen eſt eiuſdem denominationis, nec eiuſdem ſpeciei cum ſuo effectu, ſicut ſol eſt cauſa vermis æquiuoca extrinſeca: quia non eſt eiuſdem ſpeciei, ſiue denominationis cum verme.

Quæ cauſæ contineant ſuos effectus virtualiter.

ET ſicut cauſa efficiens, & finalis continent virtualiter ſuos effectus, non autem cauſæ intrinſecæ, ſicut materialis, & formalis, immo poteſtatiue continent, & excludunt ſuos effectus, quamuis aliqui dicant, quòd cauſa formalis continet virtualiter ſuum effectum, ſicut aliȩ: ſed nunquam cauſa materialis, ſicut materia prima, ſed ſolum poteſtatiue.

CAVSA INTRINSECA QVID SIT.

Duplex cauſa ſiue principium, rei naturalis.

CAVSA intrinſeca eſt illa, quæ eſt de eſſentia alicuius, vt materia & forma.

CAVSA extrinſeca eſt illa, quæ non eſt de eſſentia eius vt efficiens, & finalis.

NOTANDVM.

ET nota quòd aliqua ſic ſe habent, quòd destructis eorum cauſis adhuc illa remanent: verbi gratia de domo, destructo domificatore, adhuc ipſa domus remanet.

Vide Tartaretum in 2. Phyſic. Dubio 2.

ET nota quòd loquor hic de illis, quæ dependent in fieri, & in facto eſſe.

ALIAE ſunt cauſæ, quæ ita reſpiciunt ſuum effectum, quòd ipſis remotis nunquam ponitur talis effectus: exemplum de imagine in ſpeculo.

CAV-

CAVSA PER SE QVID SIT.

CAVSA per ſe videtur eſſe ordine eſſentiali prior effectu: ſed homo eſt per ſe cauſa hominis.

ISTA propoſitio deficit in cauſis vniuocis, ſaltem in quibuſdã, quantumcunque perſe ſint cauſæ: nam ſi pater meus genuit me, ſi ego fuiſſem prior eo, potuiſſem eum generare: & ideo homo non eſt prior homine. Franciſcus de Mayr. 1. Sent. diſt. 14. 15. & 16. q. 1. *An homo ſit prior homine.*

NOTANDVM DE CAVSA formali.

CAVSA formalis ſemper eſt alterius rationis ab effectu, ſicut cauſa formalis humanitatis eſt ipſa anima rationalis, & humanitas eſt alterius rationis.

ITEM non eſt ordo inter cauſam finalem, & eius effectum.

ITEM cauſa materialis ſemper eſt alterius rationis a primo effectu, ſicut dictum de cauſa formali: nam materia non eſt cauſa formæ. Franciſcus de Mayron. primo Senten. diſtin. 14. 15. & 16. q. 1. *Vide Scot. in ſuis theorematibus.*

CAVSA EFFICIENS QVOT modis dicatur.

CAVSA efficiens, alia eſt quæ agit ex ſuppoſitione materiæ, quæ dicitur agens poſterius, & in materia qua eſt. *Vide Gādā. 8. q. quolib.*

ALIA eſt natura vniuerſalis, vt corpora cæleſtia ex quorum motu cauſatur res, & conſeruatur in eſſe per generationem continuam: & ſic dicitur ſol generare hominem.

ALIA eſt natura particularis, quæ eſt inſita cuilibet rei potenti generare ſibi ſimile quæ eſt ſpecies, vel forma cuiuſlibet rei talis: & ſic dicitur homo generare hominem.

ALIO modo dicitur cauſa efficiens operans per intellectum: & ſic ars, vel ratio dicuntur cauſæ efficientes eorum quæ fiunt ab arte, vel intellectu.

ALIO modo dicitur cauſa efficiens id quo agens agit, & ſic qualitates elementorum excitatę a motu corporum ſupercęleſtium dicuntur eſſe cauſæ efficientes generationis, & corruptionis qualitatum poſteriorum.

ALIO modo dicitur cauſa efficiens conſeruans rem per ſuſtentationem, & influentiam: vt locus, & generatio, & alimentum, & medicina, & armonia. *Scot. in 13. q. vniuerſalium.*

ALIO modo dicitur cauſa efficiens corruptionis, vt contrarietas ipſius, inadæquatio humorum, & qualibet ſuperfluitas, vel exceſſus, & inæqualitas.

ALIO

Scot. 14. q. quolib. art. 2. et in prologo q. 3.

Alio modo dicitur cauſa efficiens cognitionis: vt litteræ, & ſyllabę, & præpoſitiones, & idolum illius cuius eſt: & hęc talia dicuntur cauſę efficientes cognitionis rei, quæ per ipſa ſciuntur.

CAVSA PER ACCIDENS quotuplex.

Vide Scotũ 25. d. 2. q. vnica. et 2. libro Phyſ. contex. 33.

Cavsa per accidens eſt duplex, vna quæ eſt impediens ea, quę fiunt a natura, & dicitur caſus: & impeditur opus naturæ duobus modis: vel per ſuperfluum, & ſic dicitur monſtrum, vt homo habens duo capita, & huiuſmodi: vel per diminutum, & ſic dicitur peccatum, vt homo tantum habens vnum pedem a natura, ſiue ab origine.

Alia eſt cauſa per accidens impediens opus rationis, vel intellectus, vel propoſiti, & dicitur fortuna.

Alio modo dicitur cauſa efficiens regularis, & dirigens operantem, vt exemplar in mente Artificis.

Vide Scot. in 3. d. 1. q. 4.

Alia eſt non regularis, ſed tantum exemplar operans: vt idea in mente diuina, & ſic dicitur cauſa in quantum regulat, & dirigit operantem, vel ſecundum quòd per eam operatur operans: inquantum vero opus exterius eſt ſimile exemplari, dicitur cauſa formalis.

Cavsa, quæ requirit ſucceſſionem in agendo, dependet: quę non requirit, non dependet.

Qualiter identitas, et varietas, poteſt eſſe i effectib. aliarum cauſarũ alterius rationis.

Dvae cauſę totales alterius rationis non ponunt omnino eoſdem effectus quantum ad eſſe ſimpliciter, ſed tantum quantum ad eſſe ſecundum quid in vno, & quantum ad eſſe ſecundum quid in alio: non eſt inconueniens quòd Deus producat cęlum in eſſe reali, & Angelos in eſſe cognito. Vide Franciſcum de Mayron. in 10. q. prologi.

Qvando cauſa vniuerſalis producit duos effectus eſſentialiter ordinatos per duas cauſas particulares, variata cauſa particulari, variatur & effectus.

Cavsatvm a cauſis intrinſecis, eſt habere formale, & materiale eſſe tanquam principia, a quibus conſtituitur.

DE CAELO VBI FVIT PAVLVS.

Caelvm tertium, ad quod fuit raptus Paulus, eſt ipſa clara viſio Dei, quam habent Beati in patria.

Primvm Cęlum dicitur notitia fidei.

Vide Barg. 2. q. prologi.

Secvndvm Cęlum dicitur notitia diſtincta de eſſentia diuina, quę habetur per ſpecialem reuelationem.

Tertivm Cęlum eſt notitia clara ipſius Dei.

Vel poteſt aliter exponi.

Vsqve ad tertium Cęlum, ideſt vſque ad Cęlum empyreum incluſiue: vnde gloſſa. dicit. 2. ad Corint. cap. 12. quòd Cęlum tertiũ, eſt ſpirituale Cęlum, vbi & Angeli, & ſanctæ Animæ fruuntur Dei contemplatione.

VEL per primum Cęlum, intelligitur cognitio cęleſtium Corporum. *S. Tho. 2. 2. q. 175. ar. 3*

PER ſecundum cognitio cęleſtium ſpirituum.

PER tertium cognitio ipſius Dei.

DE RAPTV PAVLI.

VTRVM Paulus in illo raptu fuerit beatus. *S. Tho. 2. 2. q. 175. ar. 3*

CIRCA hoc differunt S. Thomas, & Scotus.

DICVNT enim Thomiſtę, quòd licet Paulus in illo raptu frueretur diuina eſſentia: non tamen fuit ſimpliciter beatus, vt fieret redundantia ad corpus, ſed ſolum ſecundum quid.

SCOTVS verò e contrario tenet quòd fuerit ſimpliciter beatus, & vidiſſe Deum viſione intuitiua, quo beati vident eum in patria, & fuiſſe beatum beatitudine horaria.

RATIO Thomiſtarum erat: quia non habebat illud lumen per modum formę immanentis, quod beatos facit ſanctos in patria, ſed habuit illud lumen per modum cuiuſdam paſſionis tranſeuntis. *Fundamentum Thomiſtarum.*

RATIO Doctoris ſubtilis eſt, quòd hoc non eſt de eſſentia beatitudinis, ſed eſt fruitio ipſa perfecta, quam cum haberet Paulus, ideo erat beatus ſimpliciter: & quamuis Scotus videatur negare lumen gloriæ eſſe neceſſarium, vt anima eleuetur in patria ad videndum Deum clare, viſione beatifica, tamen non negat: nam aliud eſt negare factum, aliud vero neceſſitatem facti: nam Deus poteſt oſtendere ſemetipſum alicui animæ in patria, niſi eleuet ipſam prius lumine glorię, quoniam eſſentia diuina in tantum videtur, in quantum videri vult, teſte Ambroſio ſuper Lucam cap. 2. Non negat igitur lumen gloriæ de facto, ſed negat neceſſitatem talis luminis: hanc quoque viam tenuit Aureolus quolib. 3. quam ſuſtinet Ioannes Bacchonitanus in prologo primi libri Sent. q. 1. necnon Franciſcus de Mayr. in 3. lib. Sent. diſt. 12. q. 2. *Fundamentum Sco. 4. d. 4. q. 3.*

VTRVM IN ILLO RAPTV ANIMA IPSIVS *Pauli fuerit ſeparata a corpore.*

DICAMVS, quòd abſtractio animæ a corpore poteſt fieri tribus modis. *S. Tho. 2. 2. q. 175. ar. 5.*

VNO modo, quòd anima ſeparetur a corpore ſine raptu, quod fit in morte hominum, quæ eſt omnibus generalis.

SECVNDO fit ſeparatio animę tantum quo ad conuerſionem, & tunc anima Pauli erat ſeparata a corpore, non quidem quòd exierit a corpore, ſed erat ſeparata ſecundum conuerſionem: quia amplius non conuertebatur ad ſenſibilia, nec ad imaginabilia. *Pro hoc vide Aug. ad Paulinam de videndo Deo.*

TERTIO modo anima a corpore ſeparata, poteſt intelligi quo ad vnionem, & hoc modo non fuit ſeparata a corpore, cui erat vnita, licet eſſet ſeparata per conuerſionem.

PAVLO exiſtenti in hac vita communicata fuit ſpecies intelligibilis diſtincte

Scot. in 4. lib. ſent. d. 45. q. 3.

diſtincte repręſentans eſſentiam diuinam: nam recordabatur poſt raptum, vt ipſe dicit 2. ad Cor. cap. 12. ſcio hominem in corpore, ſiue extra corpus, & cętera: nam ad memoriam requiritur ſpecies ſecundum Scotum.

AN PAVLVS HABVERIT fidem, ſpem, & charitatem.

Vide ꝑ hoc S. Thomam bene declarãtem 2. 2. q. 175. ar. 3

NAM videtur, quòd non habuerit fidem, quæ abſtrahit a clara viſione.

SECVNDO videtur, quòd non habuerit ſpem, quę abſtrahit a poſſeſſione: nam fides, & ſpes eſſe non poſſunt ſimul cum viſione diuinæ eſſentię, vt habetur primę ad Cor. cap. 13.

TERTIO nec charitatem habuit, quia charitas eſt cum fruitione.

RESPONSIO.

An Paulus habuerit fidem & charitatem.

QVOD Paulus habuerit fidem, ſpem, & charitatem, poteſt duobus modis intelligi.

PRIMO modo habitualiter.

SECVNDO actualiter.

NON habuit actum fidei, & ſpei, ſed bene habuit habitum, & ſic ab habitu non excluditur quòd non habuerit fidem, & ſpem, immo concluditur quòd habuerit has tres virtutes: non habuit quo ad actum, quia erat in fruitione, & poſſeſſione.

COLOR QVID SIT.

Color quid.

COLOR eſt lux in corpore terminata, quoniam niſi albedo terminaretur ad corpus non faceret colorem, & ſic de alijs.

COGNITIO QVADRVPLICITER cauſatur.

Sco. in 1. q. prologi.

COGNITIO quadrupliciter cauſatur, ſcilicet ex obiecto, potentia, memoria, & illuſtratione, & iſta requiruntur ad cognitionem: quia ſecundum Auguſtinum nono de Trinitate cap. vltimo a cognoſcente, & cognito paritur notitia.

COGNITIO QVOTVPLEX.

Vide Ioannem Canonicum 1. Phyſ. q. 2.

PRIMA eſt per ſenſum ſecundum ſuum communiſſimum eſſe, ſcilicet vt eſt ens, vel res, quia ens & res prima impreſſione imprimuntur in anima noſtra, nec poſſunt manifeſtari ex alijs, vt dicit Auicenna.

SECVN-

SECVNDA eſt, vt genus generaliſſimum, ſcilicet, vt eſt ſubſtantia.

TERTIA eſt deſcendendo vſque ad indiuiduum alicuius generis, vel ſpeciei, ſcilicet, vt eſt hic.

QVARTO modo fit cognitio, vt eſt accidens. Accidentia ſecundum magnam partem conferunt ad cognoſcendum ipſum quid eſt. *1. de aia. contex. 11.*

COGNITIONIS DISTINCTIO.

COGNITIO omnis, aut eſt intuitiua, aut abſtractiua, aut arguitiua, aut habitualis, aut confuſa, aut diſtincta. *Scot. 13. q. quolibet.*

COGNITIO intuitiua eſt rei exiſtentis, qua attingitur obiectum in ſua propria exiſtentia actuali.

COGNITIO abſtractiua eſt illa, quæ eſt de re in aliquo repræſentatiuo, ſcilicet quando res præſens haberi non poteſt. *Vide Sco. in 4. lib. ſent. d. 43. q. 2.*

COGNITIO arguitiua eſt illa, quæ fit, quando aliquis per magis notum diſcurrit ad aliquod minus notum, vt eſt cognitio, quæ fit ad Deum per creaturas: a Scoto appellatur iſta cognitio notitia diſcurſiua, ſeu ratiocinatiua, & a Franciſco de Mayr. in prologo primi libri Sent. q. 20. appellatur cognitio arguitiua. *In 1. li. ſen. diſt. 3. q. 3.*

COGNITIO habitualis eſt illa, quæ vt obiectum præſens poteſt, & nata eſt ſui cauſare notitiam: verbi gratia, ſi frater Conſtantius Sarnanus bene ſtuduerit vni propoſitioni, dormiendo, habebit cognitionem de illa habitualiter, qui excitatus poterit prompte & faciliter diſputare de illa, illamque declarare virtualiter. *Vide Sco. in 1. ſent. d. 2. q. 2. 3. & 4.*

COGNITIO confuſa eſt illa, quando aliquid cognoſcitur præciſe per quid nominis eius, vel præciſe in ſuo vniuerſali communiori, vt ait Iacobus de alta Villa. *Vide. Sc. in 14. q. quol.*

COGNITIO perfecta eſt illa, quæ eſt ſecundum omne id, quod eſt de ratione eius, & hæc cognitio eſt duplex, vna eſt ita perfecta, quòd cognoſcit rem, quantum cognoſci poteſt, & hanc non poſſumus habere in via. *Vide Sc. 14 q. quolib.*

ALIA eſt quando cognoſcitur aliquid diſtincte per eius prædicata explicita, & quidditatiua. *Scot. 3. d. 1. ſent. q. 7.*

NOTA, quòd quando aliquid poteſt cognoſci perfecte, & imperfecte, illud non habet conceptum ſimpliciter ſimplicem.

SECVNDA regula eſt, quando aliquid habet conceptum ſimpliciter ſimplicem, vel totaliter cognoſcitur, vel totaliter ignoratur. Simpliciter ſimplex poteſt accipi duobus modis, primo modo vt opponitur compoſitioni, & componibilitati, alio modo vt opponitur multiplicitati rationum formalium: primo Deus eſt ſimpliciter ſimplex, quia non compoſitus. *Sco. in 1. li. ſent. diſtin. 3. q. 3.*

SECVNDO modo ens, quia includit multiplices rationes.

COGNITIO, QVA COGNOSCITVR obiectum.

S. Tho. q. 9. q. 9. art. 9. Sco. in 3. li. ſent. diſtin. 14. q. 3.

COGNITIO qua cognoſcitur obiectum extra, eſt vera res: eſſe tamen cognitum non eſt vera res.

COGNITIO matutina eſt cognitio rei in verbo.

COGNITIO veſpertina eſt cognitio rei in genere proprio. Vide Auguſtinum ſecundo ſuper Geneſ. ad litteram.

NOTANDVM.

Ariſtot. de ſenſu, & ſenſibili.

OMNIS noſtra cognitio ortum habet a ſenſu: nam nihil eſt in intellectu, quin prius fuerit in ſenſu.

CONTRA iſtam propoſitionem Philoſophi, ſolent fieri inſtantiæ.

NAM aliquod eſt intelligibile, quod non eſt ſenſibile, vel audibile: ergo illud eſt falſum. Probo antecedens, quia mons aureus eſt intelligibilis, immo intelligitur, & tamen nunquam fuit in ſenſu: ergo &c.

RESPONDETVR, quòd aliquid eſſe intelligibile, vel ſenſibile, poteſt intelligi duobus modis, ſcilicet complexe, & incomplexe, & tunc ſic. Nihil eſt intelligibile per intellectum complexe, quin prius fuerit in ſenſu incomplexe: nam intellectus intelligit illum montem complexe, ſcilicet aureum: & hoc per complexionem illorum terminorum, ſcilicet montis, & auri.

AN IN VIA POSSIT HABERI cognitio ſingularis.

Vide Scotũ in q. 7. Met. & li. de anima, & 3. & 9. d. 2. dibri.

COGNITIO ſingularis in via non poteſt cognoſci vt ſingulare eſt, ita quòd intelligatur ſingularitas, vel eius hęcceitas, ſcilicet differentia indiuidualis, quæ natura ſit hęc. Vide Franciſcum de Mayr. in 1. Sententiarum diſtin. 3. q. 9.

QVOD DEVS SIT COGNOSCIBILIS a creatura.

Vide etiã in Scot. in 1. lib. ſent. d. 3. q. 2.

COGNOSCIBILIS eſt Deus a creatura. Franciſcus de Mayr. diſt. 3. primi lib. Sent. q. 1. Sed diuerſi diuerſa loquuntur. Damaſcenus enim in 1. Sent. cap. 4. dicit, quòd de Deo cognoſcere poſſumus quia eſt, & non quid eſt: nam quia eſt, præſupponit quid eſt, ideſt eſſe exiſtentiæ, & eſſe quidditatiuum.

Dionyſius.

DIONYSIVS de Angelica Hierarchia dicit, quòd de Deo poſſumus cognoſcere quid non eſt negatiue, ſed non quid eſt affirmatiue: quia actus negatiuus attribuitur alicui affirmatiue, alioquin non plus cognoſceremus de Deo per eius infinitatem, & immobilitatem, quàm de nihilo, iſtæ

lo: iſtæ enim duæ diſtinctiones intelliguntur de conceptu vltimato diuinę eſſentiæ.

ISTIS prætermiſſis ponit Franciſcus quattuor dicta modernorum de cognitione Dei.

VNVM eſt iſtud, quòd Deus non cognoſcitur a nobis diſtincte, ſed confuſe & cetera. Vide ibi d.3.q.1.lib.1.Sent. *Scot. in 1. lib. ſent. d. 2. q. 2.*

COGNOSCERE DISTINCTE *quid ſit.*

COGNOSCERE diſtincte, eſt cognoſcere aliquid ſecundum eius eſſentiam exprimentem quid rei. *Sco. in 1. ſen. d. 3. q. 2.*

COGNOSCERE rem diſtinctam poteſt accipi duobus modis, vno modo in ſe, & per ſe, & immediate, & iſto modo nihil cognoſcimus in hoc mundo, nec ſubſtantiam, nec accidens: immo nec anima noſtra ſe iſto modo cognoſcit.

ALIO modo diſtincte cognoſcere, eſt cognoſcere explicite communia, & ſuperiora, & vnde habemus cognitionem.

COGNOSCERE CONFVSE *quid ſit.*

COGNOSCERE confuſe eſt cognòſcere aliquid in toto ſuo modo quomodocunque, vel in illis, non cognoſcendo ea, quæ non ſunt in primo modo dicendi per ſe.

ITEM omne totum reſpectu ſuarum partium nuncupatur confuſum, vt animal reſpectu hominis, bouis, aſini &c. & in hoc differt cognoſcere diſtinctum, quando cognoſcere confuſum eſt per oppoſitum: vt ſi cognoſco vnum, quod ſit ſimpliciter ſimplex, vel vnum indiuiduum, vt Conſtantium, vel Bernardinum: confuſum enim idem eſt quod indiſtinctum: ſed breuiter cognoſcere diſtincte, eſt cognoſcere aliquid ſecundum ſe, & quidquid eſt de eius eſſentia. *Scot. in 1. ſent. diſtin. 3. q. 2.*

NOTANDVM.

ET nota quòd aliquod confuſum bene poteſt cognoſci diſtincte, vt ſi cognoſcam quòd animal eſt ſubſtãtia ſpiritualis animata anima intellectiua, non exiſtimando de homine, vel de boue, vel de equo, &c. diſtincte cognoſcam illud confuſum, quod eſt animal.

CONFVSVM QVID SIT.

CONFVSVM eſt omne id quod indeterminatum eſt ad plura: vt totum eſſentiæ reſpectu partium: & totum integrale, vt domus, & *Vide Sc. 3. d. 1. q. 2.*

totum vniuerſale reſpectu ſuorum ſingularium, & ideo confuſe cognoſcere, eſt aliquid non in ſe, ſed in ſuo toto cognoſcere: exemplum de primo: vt cognoſco Patauium, vel Sarnanum, inquantum cognoſco Sarnanum, vel inquantum importatur per nomen eius.

Exemplum ſecundi: nam ſi dicatur puero afferas carnem, non portabit auem: & tamen non cognoſcit carnem niſi confuſe.

CONFVSE INTELLIGERE quid ſit.

Sc. in 1. ſen. d. 3. q. 2. Confvse intelligere aliud eſt, & aliud confuſum intelligere: confuſum enim idem eſt quod indiſtinctum, & ſic eſt duplex identitas, videlicet eſſentialis in partes eſſentiales, & totius vniuerſalis in partes ſubiectiuas: ita eſt duplex diſtinctio duplicis totius prædicabilitatis ad ſuas partes: confuſum enim intelligitur, quando intelligitur aliquid indiſtinctum altero prædictorum modorum.

Scot. ibidē. Sed confuſe intelligitur aliquid concipi, quando concipitur ſicut exprimitur per nomen: diſtincte vero, quando concipitur ſicut exprimitur per definitionem, clare, & non obſcure.

OBSCVRITAS DVPLEX.

Nota quod duplex eſt obſcuritas, vna ænigmatica, altera quæ non habet euidentiam, ſed ex ſenſu fidei: & ſic Deum poſſumus cognoſcere non ſolum primo modo, immo non ſolum de eo habemus fidem, ſed ſcientiam: quia de ipſo habemus notitiam ſcientificam: quia de Deo aliquid demonſtramus, & per conſequens aliquam notitiam euidentem habemus de Deo: habemus conceptum proprium, & certum, non ſolum communem, de quo habemus conceptus omnibus alijs ab eo repugnantes: ſed multos tales habemus de Deo, quia quòd eſt ens infinitum, prima cauſa, & huiuſmodi. Franciſcus de Mayron. diſtin. 3. quæſt. 1. primi libri Sententiarum.

Scot. in 1. ſent. diſtin. 2. q. 2.

DE ACTV COGNOSENDI.

Actvs cognoſcendi non cauſatur totaliter a potentia intellectiua, vt aſſerit Franciſcus de Mayr. in 1. lib. Sent. diſt. 3. q. 7. quia S. Auguſtinus 9. de Tri. cap. vltimo dicit, quòd ex cognoſcente, & cognito paritur notitia.

Sco. in 1. li. ſent. diſtin. 3. q. 8. Pro quo nota quòd potentia intellectiua non eſt totalis cauſa, nec obiectum, ſed intellectus, & obiectum concurrunt ad actum cauſandum, ſicut duæ cauſæ particulares: ſed inter iſtas duas cauſas principalior eſt intellectus: quia ſemper vbi cauſa vniuerſalior, & minus vniuerſalis concurrunt, cauſa vniuerſalior eſt principalior.

COMPARATIO COGNITIONIS dupliciter poteſt fieri.

COGNITIONIS comparatio dupliciter poteſt fieri, vel reſpectu eorum, quę ſunt eiuſdem rationis, quorum vnum excedit aliud, & ſic imperfectius bene cauſat notitiam ſui prius: vt ſi videam montem magnum, prope Caſtrum, verum eſt quòd prius mons cauſabit notitiam: non propter hoc ſequitur quia Caſtrum ſit æque caſtrum, ſicut mons eſt mons.

Cognitio quod eſt, & ſi eſt, ordinate ſe habent in cognitione.

ITEM ſol de die cauſat ſui notitiam, & non ſtellæ, & tamen ſtellæ lucent.

Vide Sco in 4. lib. ſent. d.1.q.2.

SECVNDO modo reſpectu illorum, quæ ſunt alterius rationis, & ſic non oportet quòd perfectius cauſet prius notitiam ſui: exemplum de igne, & calore: calor enim bene calefacit, vbi ignis non poteſt ignire.

DE CONFORMITATE.

CONFORMITATVM quædam eſt proportionabilitatis, vt illarum rerum, quæ ſunt diuerſorum generum: vt ſicut ſe habet homo ad animal, ita color ad albedinem.

ALIA eſt proportionis rerum eiuſdem generis: vt ſicut ſe habet homo ad animal, ita equus ad animal.

Cõformitas per ſimilitudinẽ quid.

ALIA eſt conformitas per ſimilitudinem. Vno modo cum vnum participatur a duobus, vt albedo a cygno, & niue.

ALIO modo cum vnum eſt ſimilitudo alterius: vt imago in ſpeculo, vel in phantaſmate conformatur illi, quæ eſt extra.

DE COMMVNICATIONE.

COMMVNICATIO eſt, quorum vna eſt ſubſtantia communis: & dicit duas relationes, vnam relationem, ſcilicet identitatis, aliam originis, ſcilicet producentis ad productum.

Vide Sco. in 1. lib ſent. diſt. 26.

COMMVNICATIO QVID SIT.

COMMVNICATIO eſt relatio communis concernens generationem, & ſic ſoluuntur illa argumenta, quę fiunt a Franciſco de Mayr. in primo libro Sententiarum diſtin. 5. q. 2. quando dicitur: Quidquid habet Filius habet a Patre, vt habet Auguſtinus 15. de Trinitate, & Filius dicitur eſſentia de eſſentia: etiam Ioannes dicit cap. 10. Quod dedit mihi Pater maius eſt omnibus, ſcilicet creaturis, & Angelis etiam. Hæc gloſſula additur propter Athanaſium dicentem: Dicunt enim relationem iſtæ auctoritates identitatis, & communem concernendo generationem

Vide Gadiũ in quolib.q. 6.art.3.

In hac Trinitate nihil maius aut minus.

rationem, propter quod nota quòd communicatio quadruplex reperitur.

Sc. in 1. ſen. diſt. 2. q. 7. VNA quæ fit per identitatem, ſicut ſuperius in ſuo inferiori, & vniuerſale in ſuis particularibus ſubiectis, vt animal, in homine, & Aſino.

ALIO modo dicitur communicatio, vt quod, & vt quo, vt quo eſt illud communicatum per quod aliud habet eſſe, licet non ſit illud: & ſic anima communicatur corpori, & ita vocatur forma quo ad ſubiectum quod conſtituit: vt anima corporis, & hominis.

Sc. d. 12. 4. lib. ſen. q. 3. TERTIA paſſionis ad ſubiectum ſuum, vt riſibilitas communicatur homini.

Bonettus 1. libro ſua Met. cap. 6. QVARTA accidentis ad ſubiectum ſuum, vt albedo ſuperficiei: primo modo accipiendo intelligit Bonettus vbi ait: ſequitur entis vniuoci contrahibilitas: & iſto modo communicabilitas eſt idem in re.

Vide Scot. in 1. ſent. d. 5. q. 2. ET ſi dicatur. Contra: Eſſentia diuina eſt communicabilis, non tamen contrahibilis. Reſpondeo, & dico quòd hoc non eſt ad propoſitum: quia hic loquitur de contrahibilitate, quæ eſt alicuius poſitiui vniuerſalis in pluribus, & non eſt vnum vnitate numerali, cuiuſmodi eſt eſſentia diuina

Scot. 5. diſt. 1. q. 2. vna in tribus perſonis, nec eſt vniuerſalis, immo ſingulariſſima, & quia ibi loquitur de incluſione.

NOTA quòd includens ſumitur dupliciter. Vno modo materialiter ſicut totum includit partem, vt domus tectum, & parietem.

Sc. q. 3. 4. & 5. prologi. ALIO modo virtualiter ſicut ſubiectum ſuas paſſiones: & quomodocunque ſumatur habet veritatem.

ET quia in littera ponitur dubium.

ET ſi arguas communicabilitas, vel contrahibilitas entis communicatur Sorti.

DO tibi duas regulas pro ſolutione dubij in littera poſiti.

Paſſio cōſequitur ſemper ſubiectum. PRIMA eſt, quòd impoſſibile eſt ſubiectum reperiri ſine ſua paſſione, tamen impoſſibile eſt quòd ens ſit in Sorte, & non contrahibile, & tamen non ſequitur: ergo Sortes eſt contrahibilis.

Sco. 8. diſt. 1. ſen. q. 4. SECVNDA regula, licet communicetur illi inferiori, vt Sorti ſuperius communicatum, veluti ens: non tamen communicantur omnia, quæ ſunt communicata.

ISTAE etiam regulæ minus valent ad materiam de communicatione idiomatum, quare Dominus noſter Ieſus Chriſtus non dicitur creatura.

Sco. in 3. li. ſent. diſtin. 11. q. 3. ITEM non dicimus ipſum incœpiſſe, & tamen quod eſt in eo, incœpit eſſe, vt anima, humanitas.

DE COMMVNICABILITATE.

Equinitas eſt tantum equinitas, & nec una, nec plures. COMMVNICABILITAS, & ſingularitas ad naturam non ſic ſe habent, ſicut eſſe in intellectu, & eſſe verum extra animam: quia quidditas conuenit naturæ extra intellectum, ſimiliter ſingularitas: communicabilitas conuenit ex ſe naturæ, cum natura, vt natura ſit indifferens: ſingularitas conuenit naturæ per aliquid in re contrahens ipſum: ſed vniuerſalitas

uerſalitas non conuenit rei ex ſe. Vnde Auicenna vult, quòd equinitas ſit tantum equinitas, nec eſt ex ſe vna, nec plures, nec vniuerſalis, nec particularis. *nec vniuerſalis nec particularis.*

INTELLIGE quòd nõ eſt ex ſe vna vnitate numerali, nec plures pluralitate ſibi oppoſita, videlicet illi vnitati, nec vniuerſalis actu eo modo, ſcilicet quo aliquid eſt vniuerſale, vt obiectum intellectus: quia talem vniuerſalitatem facit intellectus, ſcilicet agens in rebus, nec eſt particularis de ſe, licet nunquam ſit realiter ſine aliquo iſtorum: ſed eſt prior naturaliter omnibus iſtis. *Vide Sc. in 2. lib. ſent. diſt. 3. q. 1.*

QVID SIT COMMVNICABILITAS.

COMMVNICABILITAS eſt reſpectus fundamentalis indifferens ad illa, in quibus reperitur. *Communicabilitas quid.*

DE COMMVNIBVS.

COMMVNIA ſunt priora proprijs: verum eſt ſi cõmunia ad extra non pręcedunt propria ad intra: vnde communia ad extra ſicut ſunt cauſare, conſeruare, & huiuſmodi, ſunt poſteriora proprijs, quæ ſunt emanationes. *Vide Scot. 1. q. quolib. art. 2.*

OMNE commune habens indiuidua non diſtinguitur ab illis niſi per ſe, & modaliter.

QVOMODO CONTRAHATVR omne commune.

OMNE commune contrahitur per differentias eſſentiales eius & diuiſiuas, & determinatiuas.

DE CONCEPTV, ET QVOMODO dicatur multipliciter.

CONCEPTVS multis modis dicitur. *Nota quod Sco. in Theorematibus ponit quinque acceptiones huius nominis conceptus.*

VNO modo vt eſt perfectio ſecundaria ipſius intellectus, quæ eſt quoddam accidens inhærens ipſi intellectui, qui conceptus dicitur actus intelligendi, & etiam verbum intellectuale.

SED vtrum actus intelligendi ſit idem quod verbum, non eſt pręſentis negocij: ſed hoc ſufficit, & eſt verum, quòd conceptus eſt actus intelligendi.

SED iſte actus intelligendi poteſt comparari ad intellectum cuius eſt perfectio, & ſic eſt ſimplex conceptus: quia eſt accidens ſimplex: vel poteſt comparari actus intelligendi ad obiectum, & ſic actus intelligendi dicitur

3. de anima contex. 21. citur ſimplex apprehenſio rei, vt dicit Ariſtot. quæ eſt indiuiſibilium intelligentia.

Vide Scot. 3. q. uniuerſalium. ALIVS eſt actus intelligendi compoſitiuus, & diuiſiuus, quo apprehenditur aliquid in eſſe rei, vel non in eſſe, vt eſt diſcurſus.

ALIO modo conceptus idem eſt quod ipſa res concepta, ſiue aliquid conceptum circa ipſam rem, ſiue ſit intentio, ſiue ratio, ſiue modus.

CONCEPTVS QVIDDITATIVVS *dicitur duobus modis.*

Conceptus ſumme ſimplex non eſt compoſitus, nec componibilis. Sco. 8. diſtin. 1. ſent. q. 1.

CONCEPTVS quidditatiuus eſt duplex.

VNVS qui eſt ſimplex, non reſolubilis, diſtinctus in ſe, nō conſtitutus ex pluribus, qui ſimul coniuncti efficiunt vnum conceptum, & iſto modo poſſumus Deum cognoſcere ſecundum Franciſcum de Mayr. in 1. lib. Sent. diſtin. 3. q. 1. & etiam hoc videtur tenere Nicolaus Bonettus tam in ſua Theologia naturali, quàm in ſua Metaphyſica, vbi dicit quòd Deus non eſt ſimpliciter ſimplex, ſed reſolubilis in plures conceptus: ſed iſti in hoc non Scotizant. Vide inſtantiam.

CONCEPTVS IPSIVS DEI, *quos habemus, ſunt duo.*

In Deo sūt conceptus in triplici differentia.

CONCEPTVS, quos de Deo habemus, ſunt in duplici differentia: quidam ſunt communes, & quidam conſtitutiui ex communibus.

COMMVNES ſunt, vt Deus eſt ens, Deus eſt bonus: & iſti ſunt communes Deo, & pluribus.

Aliqui ſunt communes Deo, & creaturis, vt bonum, verū, ens. Vide Scotum, & Bargium 3. diſt. 1. q. 2.

ALII ſunt conſtitutiui ex communibus: vnde ſi dicam, Deus eſt ens, ita dicam, Lapis eſt ens: etiam ſi dicam, Deus eſt ens primū, etiam in generibus coloratum aliquod eſt primum: ſed ſi dicam, Deus eſt quid primum, tunc habeo conceptum.

ITEM ſi dicam: Deus eſt ſummus, ita eſt color.

SED ſi dicam Deus eſt ſumme bonus, tunc habeo conceptum.

GENVS & differentia licet dicant diuerſos conceptus reales, & differant realiter: quia alium conceptum habeo cum dico, homo eſt animal rationale: & alium conceptum realem cum dico, homo eſt rationalis.

ITEM ſi non diſtinguerentur realiter componendo definitionem: homo eſt animal rationale, ex iſtis eſſet reprobanda: quia ſi dicerem realiter, eſſet nugatio.

NOTA BENE.

Scot. in 1. ſent. diſtin. 5. q. 1.

ITEM abſtractum non prædicatur de altero, nec vnum concipit aliud: quia non dicitur animalitas eſt rationalitas, tamen ſunt idem realiter: quia dicunt formam vnam totius, & hoc oſtenditur ſic. Cum prima diuiſio entis ſit in vnum, & multa, ſimpliciter dicitur aut a ſe, aut ad aliud,

ſicut

ſicut ſe habet ens ad alterum, prout ſunt diuerſa accidentia diſtincta realiter, multa ſunt: tamen prout ſunt in vno ſubiecto, dicuntur eſſe vnum ſubiecto.

SIMILITER accidentia cum ſubiecto, quod præſupponunt: tamen diſtinguuntur realiter.

SIMILITER etiam de ſe dicunt vnam eſſentiam, vt ſunt vnum in eſſentia, & eſſentialiter, hoc non obſtante quòd differant realiter: & ex hoc non ſequitur quòd ſi ſint diuerſi conceptus reales, quòd ſint diuerſæ eſſentiæ, nec eſſentiæ multiplicentur, ſicut patet quòd animal, & homo, & rationale, & indiuiduum ſunt eadem eſſentia, tamen quodlibet iſtorum habet conceptum realiter ab alio, & manet vna, & eadem, non obſtante quòd diſtinguuntur realiter inter ſe, nec ab ipſa eſſentia diſtinguuntur realiter ſicut ſunt potentiæ animæ. *Scot. in 2. ſent. d. 16. q. vnica.*

VNVS CONCEPTVS POTEST abſtrahi ab alio.

AB omni conceptu abſtrahi poſſunt conceptus reſolubiles, in quos reſoluuntur: ſed humanitas eſt conceptus reſolubilis: probatur, quoniam reſoluitur in animalitatem, & rationalitatem, & hoc ſecundo modo reſoluitur in animal, & rationale, ſicut abſtractum ad abſtractum: quia humanitas in rationalitatem, & animalitatem, quamuis Doctor noſter dicat quòd in ſubſtantialibus non eſt niſi vnica abſtractio, ſcilicet ab homine abſtrahitur humanitas, & non vltra: quia humanitas eſt tantum humanitas, & equinitas eſt tantum equinitas, vt dicit Auicenna: Adhuc dicunt tenentes opinionem ſupradictam, quòd hoc debet ſic intelligi. *Sco. in 1. ſen. diſt. 5. q. 1. 5. Metaph. c. 1. & 2.*

QVOMODO HVMANITAS SIT.

HVMANITAS eſt tantum humanitas, ideſt humanitas eſt tantum id, vel illa quæ ſunt de intrinſeca ratione ſui concreti, vel ſubiecti: vt humanitas eſt animalitas, & rationalitas: Ita quòd nihil extrinſecum vel accidens, ſiue etiam de ſecundo modo dicendi per ſe, ſicut paſſio, poteſt prædicari de ipſo abſtracto.

FRANCISCVS ſuſtinendo ſuam opinionem dicit quòd rationalitas non abſtrahit ab humanitate, nec animalitas: ſed animalitas ab animali, & rationalitas a rationali, aſcendendo: quia in ſubſtantialibus tantum eſt vna abſtractio, mihi placet via hæc: quia hæc eſt falſa: humanitas eſt animalitas.

ET ſi dicatur: Ab omni conceptu reſolubili, poſſunt abſtrahi conceptus reſolubiles in quos reſoluitur: ſed humanitas eſt conceptus reſolubilis: ergo &c. ſi negetur minor: probatur, quia eſt conſtituta ex animalitate, & rationalitate. *Vide pro hoc Sco. 16. q. vniuerſalium.*

HIC dicitur quòd bene poteſt concedi, quòd humanitas contractiue, ſit contracta ad aliquod indiuiduum, vt in Conſtantio, vel Franciſco, eſt animalitas, & rationalitas, vel ex animalitate, vel rationalitate: ſed non

Vide Scotũ 16. q. vniuerſalium. præciſe ab omni indiuiduo, vel in ſua præciſione, vt humanitas nec eſt animalitas, nec rationalitas: quia in talibus terminis non eſt vera prædicatio.

DE IDENTICA PRAEDICATIONE *Abſtracti.*

Vide Scot. in 1. ſent. diſtin. 8. q. 3. ſoluendo principale. IDENTICA prædicatio abſtracti de abſtracto non eſt vera, ſed impoſſibilis, ſecundum regulam logicorum: nec in terminis infinitis, vel in terminis, quorum alter ad minus ſit infinitus: & hoc modo in diuinis. ET quòd in creaturis, ſiue in creatis talis prædicatio, ſcilicet abſtracti de abſtracto non eſt vera, ſed impoſſibilis, nec in terminis tranſcendentibus, ita quòd ád minus alter illorum ſit tranſcẽdens: exemplum in diuinis, vt paternitas eſt eſſentia: iſtorum duorum terminorum eſſentia eſt terminus infinitus, paternitas non eſt terminus infinitus, nec filiatio, nec ſpiratio: ideo credo quòd formaliter ſumpti non dicunt perfectionem, & ideo hæc eſt falſa, & impoſſibilis prædicatio: Paternitas eſt filiatio: quia nullus iſtorũ terminorum eſt infinitus: exemplum in creaturis, vt bonitas eſt entitas, iſta eſt vera prædicatio ratione tranſcendentiæ: entitas enim eſt terminus tranſcendens, ideo non eſt impoſſibilis prædicatio: bonitas eſt terminus tranſcendens: bonitas eſt entitas, iſta eſt vera prædicatio non ratione tranſcendentiæ, non humanitatis, ſed entitatis. *Vide pro hoc Bargiũ in 1. ſent. diſt. 5. q. 1.*

DE CONCEPTIBVS, QVI SVNT *in Anima.*

Conceptus ſignificatus per nomen, quid ſit. CONCEPTVS, qui ſunt in anima obiectiue, ſcilicet quidditates, poſſunt habere in ſe vnum eſſe ſimpliciter. Franciſcus de Mayr. in 1. lib. Sent. diſt. 22. q. 1. in ratione ad Articulum ſecundum.

CONCEPTVS INFINITVS *eſt nobiliſsimus.*

Vide Sco. in 1. lib. ſent. diſt. 3. q. 2. CONCEPTVS infinitus eſt nobiliſſimus, quem habemus de Deo vt dicitur a Franciſco de Mayr. in primo libro Sententiarum diſtin. 2. quæſt. 6. qui quidem recte Scotizat.

QVOMODO CONCIPIANTVR *plura eodem actu.*

QVOMODO concipiantur plura eodem actu. Franciſcus de Mayr. in 1. lib. Sent. diſt. 2. q. 8.

CONCEPTVS NON EST ACTVS *intelligendi.*

CONCEPTVS non accipitur in quæſtione ſecunda prologi ab ipſo Francisco de Mayr. pro actu intelligendi, nec pro ente rationis: quia eſt de ente reali, nec pro obiecto in eſſe cognito: quia illud eſt ens rationis: ſed accipitur pro quidditate cognita ad quam terminantur actus intelligendi. *Conceptus pro quo accipiatur.*

DVBIVM.

VTRVM ab omnibus, quæ excludunt rationem vniuerſalitatis, prius ſit abſtrahi aliquis conceptus communis?

ET quattuor videntur eſſe, a quibus non poteſt abſtrahi conceptus quidditatiuus communis, vt dicit Franciſcus de Mayron. in nona quæſt. prologi. *Conceptus quidditatiuus eſt cõis ad finitũ, et infinitum. Scot. 1. ſen. diſt. 8. q. 3.*

PRIMO ſcilicet a rationibus tranſcendentibus.

SECVNDO a perfectionibus ſimpliciter.

TERTIO a ſimpliciter ſimplicibus.

QVARTO ab vltimis differentijs.

QVOT CONCEPTVS HABEANTVR *de aliqua re.*

CONCEPTVS quadruplex habetur de aliqua re. *Sc. in 1. ſen. diſt. 3 q. 2.*

PRIMVS eſt conceptus tranſcendens, ſicut eſt conceptus entis. *Vide Scotũ in 2. ſent. d. 3. q. 6. & in eodẽ lib. d. 12. q. 1.*

SECVNDVS eſt conceptus generis generaliſſimi, vt ſubſtantia.

TERTIVS conceptus, eſt ſpeciei ſpecialiſſimæ.

QVARTVS eſt conceptus indiuidui.

SIMILI modo de Deo habemus quattuor conceptus quidditatiuos.

PRIMO enim concipimus quòd eſt ens, & iſte conceptus ſe habet per modum tranſcendentis.

SECVNDO concipimus quòd eſt ſubſtantia, & iſte ſe habet per modum generis generaliſſimi.

TERTIO ſe habet per modum ſpeciei, & iſte ſe habet per modum ſubalterni: ſpecies enim eſt quid inferius ad ſubſtantiam.

QVARTVM conceptum habere non poſſumus: quia ratio propria Deitatis a nobis attingi non poteſt: ſi enim ſpecificas differentias creaturarum non poſſumus cognoſcere, multo minus rationem Deitatis propriam.

ET eſt ſciendum, quòd ſecundum iſtos quattuor conceptus quidditatiuos habitos de Deo, demonſtramus de Deo quattuor genera paſſionum.

Quæ demonſtratur de Deo.

PRIMO per ens, quòd ſit bonus.
SECVNDO per ſubſtantiam, quòd ſit ſubſtans, vel perſona.
TERTIO per ſpeciem, quòd ſit incorporeus.
QVARTO poſſumus demonſtrare quod ſit ignotus. Franciſcus de Mayr. in primo libro Sent. diſt. 3. q. 1.

DE INFINITATE, ET NECESSITATE.

ET nota quòd infinitas, & neceſſitas non cognoſcuntur a nobis propter quid, ſed quia. Franciſcus de Mayron. in primo libro Sententiarum diſt. 3. quæſt. 1.

QVID SIT CONCEPTVS ſimplex.

Scot. in 1. libro ſent. diſt. 3. q. 2. CONCEPTVS ſimplex dicitur ille, qui licet poſſit attingi vnico actu ſimplici: tamen eſt reſolubilis in plures particulares conceptus: ſicut eſt conceptus ſpeciei, & iſte dicitur ſimplex, vt diſtinguitur contra complexum.

QVID SIT CONCEPTVS ſimpliciter ſimplex.

Scot. in 1. libro ſent. diſt. 3. q. 2. CONCEPTVS ſimpliciter ſimplex eſt ille, qui non poteſt reſolui, ſed ad ipſum ſtat vltimata reſolutio: ſicut conceptus primi vniuerſalis: Nam in tali primo oportet neceſſario dari aliquid, ad quod ſtet talis reſolutio, alioquin eſſet proceſſus in infinitum in eſſentialiter ordinatis.

QVID SIT CONCEPTVS confuſus.

Scot. in 1. libro ſent. d. 3. q. 2. CONCEPTVS confuſus eſt ille, qui non eſt reſolubilis in partes eſſentiales: & ille explicatur nomine definitionis.

QVID SIT CONCEPTVS diſtinctus.

Sc. in 1. ſen. diſt. 3. q. 2. CONCEPTVS diſtinctus eſt ille, qui eſt reſolubilis in partes eſſentiales, vt conceptus definiti. Franciſcus de Mayr. in primo lib. Sententiarum diſt. 3. q. 2.

QVATTVOR SVNT CONCEPTVS.

CONCEPTVS quattuor ſunt. *Conceptus ſunt ꝯ differētia quadruplici.*

ALIQVI ſunt ſecundarum intentionum.

ALIQVI ſunt communiſſimarum paſsionum.

ALIQVI ſunt habitudinum, ſeu relationum tranſcendentium.

ALIQVI priuationum. Franciſcus de Mayr. primo libro Sent. quæſt. 8. prologi.

NOTA.

NOTA exemplum: Si quis quæreret, ſi ſit conceptus animalis indifferens ad hoc, vel ad illud, quomodo mihi repręſentabit illud, vel iſtud animal, non videtur poſſibile: dico quòd bene: & do tibi exēplum: iſta vox homo, ſcripta: eſt vna per accidens, & eſt ſingularis: & tamen repræſentat mihi omnem hominem: do exemplum de patria mea: item iſte terminus Sarnanus repręſentat mihi centum millia hominum, & per conſequens ſingularis ſpecies poteſt repręſentare vniuerſale: licet enim ſit ſingulare in eſſendo: non tamen in repręſentando, nec repręſentat, vt ſingulare.

CONCEPTVS CERTVS DE VNO.

ITEM, quando eſt aliquis conceptus certus de vno, & dubius de duobus, habet alium conceptum de quo eſt certus ab illis de quibus eſt dubius. Vide Franciſcum in prologo q. 2. ſed aliqui dicunt quòd non ſunt diſtincti conceptus, licet videantur. Sed hoc non valet: quia Philoſophi demonſtratiue proceſſerunt per illum conceptum. *Scot. 3. diſt. 1. lib. ſent. q. 3. & 7. quolib.*

ALIQVI vero dicunt quòd eſt certitudo de conceptu diſiuncto, & indeterminato eſt dubius: ſed etiam hoc nihil valet: quia ita fuiſſent certi, quòd Deus eſt trinus, vel non trinus.

ALII tamen dicunt quòd iſte conceptus entis, eſt mixtus: ſed nec hoc valet: quia conceptus entis eſt ſimpliciter ſimplex.

QVID SIT CONCLVSIO *demonſtrationis.*

CONCLVSIO demonſtrationis eſt, quando paſſio prædicatur de ſubiecto: iſta eſt tantæ virtutis quòd neceſſario eſt vera, aliter omnis ſcientia eſſet error. *Scot. in 1. q. prologi.*

QVOT

QVOT MODIS DICATVR Concretio.

CONCRETIO eſt duplex: vna quæ ab eadem dictione incipit, ſed non ſimiliter terminatur, vt Albedo, Album, Humanitas, Homo.

ALIA eſt, quæ ad rem non eſt ſimiliter terminata, ſed in ea reperitur conſimilis denominatio.

QVID SIT CONNOTARE.

Sapientia, & ſcientia diſtinctio. Vide Bargium 3. q. prolegi.

CONNOTARE, eſt aliquid ſignificare, vnum in recto & aliud in obliquo: vel ſignificare vnum primario & aliud ſecundario.

ET hoc dicitur connotatiô, vel connotatum, vt album prius ſignificat albedinem, & ex conſequenti ſubiectum formatum ab albedine: & ſic aliqui volunt de perfectionibus in diuinis: dicunt enim quòd ſapientia, & ſcientia differunt præciſe per connotata: ſed hoc non ſufficit Scotizantibus, immo ex natura rei.

DE COMPOSITIONE.

Sc. in 1. ſen. d. 5. q. 2. inquit. quòd vnitas cõpoſiti eſt ex rõne actus: & potẽtiæ.

COMPOSITIO eſt eorum, quæ cum ſint, vnum eſt contrahens, aliud contrahibile.

NOTA quòd compoſitio eſt duorum adinuicem poſitio, quorum vnum eſt actus, reliquum vero potentia.

ITEM ex duobus entibus in actu non fit per ſe vnum, vt aſſerit Ariſt. 7. Met. contex. 49. ſed per accidens, vt homo, & tunica.

ITEM homo armatus, qui componitur pro habitu.

ITEM Grammaticus ſic definit compoſitionem: Compoſitio eſt plurium ſimul poſitio: & recte dicit quòd ſtat bene quòd ſit ſimul poſitio: & tamen nulla erit compoſitio, vt patet in Chriſto.

ITEM ad compoſitionem quattuor requiruntur ſecundum Franciſcum de Mayr. in primo libro Sententiarum diſtinctione octaua quæſtione 7.

PRIMVM eſt quòd non ſufficit ſolum, vt vniantur in natura, ſed oportet quòd vniantur in ſuppoſito.

SECVNDVM quòd non ſolum vniantur in ſuppoſito, ſed oportet quòd vnum eorum ſit in alio.

Vide Sc. in 3. lib. ſent. diſt. 6. q. 3. optime, ac etiam 6. q. quolib.

TERTIVM quòd non ſufficit, quòd vniantur in ſuppoſito, nec in natura, ſed oportet quòd ſint eiuſdem naturæ, ideo Deitas & humanitas non faciunt compoſitionem in Chriſto.

QVARTVM eſt quòd quantumcunque ſint diſtincta, & vnum ſit in alio, ſi ſint ſubſiſtentia ſicut perſonæ diuinæ, nullam faciunt compoſitionem.

NOTANDVM.

NOTA quòd compoſitio aliquando ſumitur pro coniunctione, ſicut accipit Dionyſius de diuinis nominibus cap. 4. vbi dicit quòd compoſitio Ieſu eſt ineffabilis, & ſic Ioannes cap. primo ſumit factionem pro productione dicens: Poſt me venit qui ante me factus eſt, cuius non ſum dignus &c.

Ante Ioannẽ Chriſtus factus eſt quomodo.

COMPOSITIO DICITVR DVOBVS *modis.*

COMPOSITIO eſt duplex, ſcilicet cum his, & ex his: cum his eſt quando vnum poteſt componi cum alio ad faciendum vnum tertium.

ALIO modo ex his eſt, quando aliquid eſt compoſitum ex materia, & forma.

PRIMO modo anima noſtra non eſt ſimplex: quia eſt pars hominis.

ITEM materia prima licet non ſit compoſita ex his: tamen eſt compoſita cum his.

DEVS glorioſus nec cum his, nec ex his facit compoſitionem.

Tange quadruplicem differentiã harum compoſitionum, vt noſti. vide Ioannem Canonicum, & alios.

DE COMPOSITO PHYSICALI.

COMPOSITVM phyſicale aut eſt compoſitum ex materia, & forma in communi, vt homo in communi dicitur compoſitum ex materia, & forma, hoc eſt ex corpore, & ex anima, & non ex hac materia, vel ex hac forma, & tale compoſitum dicitur ſpecies, & habet eſſe ſpecificum, non autem indiuiduale: & de tali compoſito ſpecifice eſt ſcientia, vt homo in communi dicitur ſpecies, & habet eſſe ſpecificum.

Ly homo, ſupponit pro homine in eſſe cognito.

NOTANDVM.

ITEM tale compoſitum dicitur eſſe indiuiduum vagum, quamuis aliqui dicant oppoſitum: nam dicunt, quòd indiuiduum vagum eſt illud quod non eſt ſignatum, ſicut aliquis homo currit, aliquis homo legit, aliquis homo dormit: quia ibi non ſignificatur indiuiduum, licet bene nominetur in communi, & indiuiduum ſignatum ſecundum illos eſt ſicut ſi diceretur, iſte homo currit, iſte homo ambulat, & ſic de ſingulis.

Cliter ponitur indiuiduum eſſe triplex. Vide Tartaretũ in logica magna c. de ſpecie.

NOTANDVM.

Eſſe naturale habet duplicẽ conſiderationẽ

ET ideo notandum eſt, quòd eſſe phyſicale habet duplicem conſiderationem, ſiue reſpectum, vel ad ea a quibus eſt, vel ad ea in quibus eſt: ſi ad ea a quibus eſt, tunc tale eſſe phyſicum, vel naturale, habet conſiderationem, vel reſpectum ad ea tanquã in ſuis cauſis, & in ſuis principijs, & tale eſſe, eſt eſſe vniuerſale, & neceſſarium eſſe incorruptibile, & ingenerabile, de quo eſt ſcientia, & demonſtratio.

Inferius poteſt dici accidens ſuperiori. vide Scot. 3. d. 1. ſent. q. 1.

SI refertur, vel habet reſpectum, ipſum eſſe ad ea in quibus eſt, ideſt in indiuiduis, tunc non conſideratur in ſuis cauſis, ſed in cauſatis, & in effectibus, & tale eſſe non eſt vniuerſale, ſed particulare, & ſingulare, nec eſt neceſſe eſſe, immo contingens, & accidens, cum ſint poſteriora, & omnia poſteriora accidunt ſuis prioribus, & ſuperioribus: & tale eſſe dicit indiuiduum ſignatum, nec de tali eſſe poteſt eſſe ſcientia proprie dicta, cum ſit corruptibile, & variabile.

DE COMPOSITIONE ANGELORVM.

S. Thom. 1. p. ſumma q. 3. ar. 4. et q. 50. art. 2.

Auer. in 2. Cæli comm. 14.

DE compoſitione Angelorum: quia ſuperius dixi de compoſitione intelligentiarum, & orbium, quòd erat ex eſſe, & eſſentia, ſecundum opinionem S. Thomæ: & ſecundum Scotum, Franciſcum de Mayr. & Auguſtinum, & aliorum Doctorum ex ente poſitiuo, & priuatiuo, vt ſuperius dixi in littera A. nunc pertranſeo breuiter, omnes in hoc cõcordant, quòd ibi eſt compoſitio, ſed non compoſitio realis ex potentia, & actu: vnde talis potentia in abſtractis inuenta nõn dicit aliquid reale: quia nihil in eis eſt vere poſſibile, vt dicit Auerroes in ſecundo cæli, & mundi: ſed iſta potentia eſt Logica, & eſt ens rationis: quia dicit ſolam nõn repugnantiam: quia intelligentiæ Saturni in quantum ens, non repugnat quòd ſit perfectior quàm ſit.

QVID SIT COMPOSSIBILITAS.

COMPOSSIBILITAS eſt, quando vna pars non deſtruit aliam: vt homo rationalis.

QVID SIT CORRVPTIO.

1. de gene. contex. 21. Vide Sco in 2. ſen. d. 17.

CORRVPTIO eſt progreſſus ab eſſe, ad non eſſe.

CORRVPTIO multis modis dicitur.

VNO modo eſt quædam corruptio, quæ dicitur mutatio, & iſta negatura Creatore: omnia enim extra primum quæcunque creata ſunt corruptibilia ſunt de ſe: ſed bonitate primi, quod eſt Deus, conſeruantur, vt ſcribitur in Libro de cauſis: omnis intelligentia fixa eſt per bonitatem primi, qui eſt Deus bonus.

ALIA

Alia eſt corruptio, quæ dicitur corruptio motus, quæ fit per reſolutionem in prima principia, ideſt in primam materiam, vbi eſt ſtatus per naturam: & ſic omnis ſexus reſolubilis eſt in ſua principia: quia nihil eſſet, niſi eſſet virtus diuina: vnde Plato in Timeo inquit, quòd bona ratione compactum velle Dei diſſolui non poteſt. Adhuc corruptio motus fit multis modis.

Vide Sco. in 4. lib. ſent. d. 11. 12. & 14.

Qvaedam eſt corruptio motus, quæ fit per defectum rei in ſemetipſa, vt ignis corrumpitur, ſiue deficit in ſeipſo, non inuento combuſtibili.

Corruptio alicuius eſt duobus modis 3. cœli contex. 52.

Similiter calor naturalis, vel animalis: quando non inuenit nutrimentum corrumpitur.

Alio modo corrumpitur per conſumationem illatam ab alio: & ſic minus a maiori, vt maior flamma conſumit minorem, & ſimiliter maior lux obſcurat minorem.

Vide Ariſt. in libro de morte, & vita.

Alio modo corrumpitur aliquid per actionem ſimilis a ſimili, poſtquam res deſtruitur a non conſeruante: & ſic omne quod putreſcit deſtruitur a calore exteriori.

Alio modo corrumpitur aliquid adhærendo contrario, & ſic ignis corrumpitur ab aqua: quia aqua habet contrariam qualitatem qualitati ignis.

Alio modo corrumpitur aliquid per corruptionem illius in quo eſt, & ſic accidens corrumpitur per corruptionem ſui ſubiecti in quo eſt: vel quia eſt in ſubiecto compoſito ex contrarijs, per quorum diſſolutionem corrumpitur ſubiectum, & per conſequens quod eſt in ſubiecto: & ſic anima vegetabilis & ſenſibilis in brutis corrumpitur corrupto corpore, & corrupto animali corrumpuntur omnia alia, quæ in ipſo ſunt: & hæc eſt corruptio per accidens, ſicut habetur ab Ariſtot. in libro de morte, & vita.

Vide etiam Scotū in 2. ſent. d. 15. q. vnica.

Alio modo corrumpitur quod eſt ex contrarijs per diſſolutionem contrariorum: & ſic corrumpitur caro, & quodlibet compoſitum ex elementis, & per ipſorum elementorum diſſolutionem.

Alio modo corrumpitur aliquid per influentiam menſuræ: ſicut menſuratum, in quo menſurans aliquid relinquit per influentiam ſucceſſiuam, & hoc modo temporale corrumpitur a tempore aliquid ei imprimendo.

NOTANDVM.

Sed eſt ſciendum, quòd dubium eſt de modo corrumpendi, quo corrumpitur aliquid per influentiam temporum, verumtamen tribus modis contingit loqui de tempore.

Tribus modis contingit loqui de tempore.

Vno modo ſecūdum quòd illud, quod corrumpitur in tempore acquirit ſuam corruptionem per principia intrinſeca ſibi, licet cōpoſitum ex elementis habeat cōtrarias inclinationes ad diuerſas regiones: habet enim principia corruptionis, & ſecundum hunc modum dicit Ariſt. in quarto Phyſicorum: Tempus eſt cauſa corruptionis, & omne tale corrumpitur in tempore.

4. Phyſic. cōtex. 117.

ALIO modo contingit loqui de tempore ſecundum influentiam qualitatis, quæ influit in temporale, & ſic eſt tempus cauſa corruptionis ſecundum quòd eſt qualitas.

ALIO modo contingit loqui de tempore, prout eſt menſura qualitatum, & ſic nullam facit corruptionem.

Tempus, & vita vniuſ cuiuſq; habet periodũ. 2. de gene. contex. 57. ALIO modo contingit loqui de tempore inquantum excellit omne quod eſt, & etiam plus, & excedit cuiuſlibet rei periodum, & tranſit ipſam periodum, & regnat in re, & quanto plus durat res, tanto plus accedit ad corruptionem: quia quælibet res propria periodo menſuratur, quam non contingit pertranſiri ſecundum naturam: & ſic dicuntur res corrumpi in tempore.

TRIPLEX EST CORRVPTIO.

Corruptio triplex. CORRVPTIO breuiter, & inuſitato ſermone triplex reperitur. Aut quia eius ſubiectum corrumpitur. Verbi gratia: oculo corrupto, corrumpitur viſus.

SECVNDO aut propter deſinentiam cauſationis ſuæ cauſę: quia illud deſinit cauſare, vt de intellectu, quando intellectus ſe auertit, nec vult ſe conuerti ad obiectum.

AVT propter aliquid ſuperueniens fortius. Verbi gratia adueniente frigore magno, corrumpitur calor, & e conuerſo.

DVOBVS MODIS POTEST ESSE *aliquid corruptibile.*

ALIQVID poteſt eſſe corruptibile duobus modis. AVT ſecundum quid, aut ſimpliciter.

Quid ſit corrũpi ſecundũ qd. ILLVD enim corrumpitur ſecundum quid, quod corrumpitur per reſolutionem in ſuas partes: omnibus tamen partibus remanentibus, ſicut homo, & quodcunque aliud compoſitum reſolubile in ſua componentia.

Corrumpi ſimpliciter quid. ALIVD autem corrumpitur ſimpliciter: quando ſic diſſoluitur quòd alterum componentium non manet: manet tamen ſubiectum ſine materia, in qua fit reſolutio, non autem forma: & iſto modo corruptio ſumpta appropinquat ad nihil.

TRIPLEX EST CORRVPTIBILITAS.

An obiectũ dicatur corruptibile, vel incorruptibile. CORRVPTIBILITAS etiam eſt triplex. PRIMA eſt ex parte obiecti, & hoc quo ad eſſentiam, aut quo ad eſſentiam propoſitionis formatæ.

AVT quando propoſitio commutatur a veritate in falſitatem: & iſto modo accipit Bonettus in ſua Metaphyſica.

ALIO

Alio modo dicitur vt compoſitum integrale, vt domus dicitur corrumpi quando euertitur, & labitur, ſiue partes ſeparantur: quamuis partes, vt lapides, & ligna non corrumpantur. *Vide Bonetum in ſua Met. cap. 3.*

Etiam illud eſt corruptibile, cuius eſſentia eſt contingens actu, vel quod poteſt fieri purum nihil: vt eſſentia inferiorum poſt mortem, & ea quæ ipſam concomitantur, vt realitas, & actualitas, & ſic de alijs.

QVOMODO DIFFERANT CORRVPTIBILE & incorruptibile.

Corrvptibile, & incorruptibile pluſquam genere differunt, vt aſſerit Ariſt. 10. Metaph. contex. 26. *Corruptibile, et incorruptibile differũt pluſquam genere non Logico, ſed Phyſico. Vide Scot. in 4. lib. ſent. d. 6. q. 10.*

Nota pro intellectu huius quæſiti.

Qvod genera ſub quadruplici differentia inueniuntur, ſcilicet genera in Logicalibus in Moralibus, in Phyſicis, & Metaphyſitis.

Genera Logicalia ſunt, quæ conueniunt in vna ſecunda intentione dicta in quid, vt animal, ſubſtantia.

Genera in Moralibus ſunt quæ ad eaſdem virtutes, & circunſtantias pertinent: ſicut ſi diceremus quòd temperantia, & iuſtitia, prudentia, & ſobrietas, pertinent ad humilitatem.

Genera in Phyſicis ſunt, quæ ſunt in potentia ad plures formas, & ſic intelligitur propoſitio prolata.

Genvs Metaphyſicum eſt illud quod eſt vna prima intentio cui conreſpondet in Logica vna ſecunda intentio.

DE CORRELATIVIS.

Correlativa ſunt ſimul natura: debet ſic intelligi iſta propoſitio, natura, ideſt naturali intelligentia ſic, quòd intellectus non poteſt intelligere vnum, non intellecto altero: & eſt doctrina Ariſto. cap. de ad aliquid. *Scotus 3. q. quol. ar. 3. 5. Metaph. contex. 20.*

Hvivs tamen oppoſitum dicit Scotus aſſerens patrem præcedere filium natura.

Respondetvr quòd prioritas naturæ duobus modis accipitur apud Scotiſtas. Vno modo, vt eſt præſuppoſitio huius ab hoc tantum, & conuertitur cum prioritate originis. *Scotus 4. q. quolib.*

Alio modo prius natura eſt a quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia. Applica.

QVID SIT CONSTITVTIO.

Constitvtio eſt, quę reſultat ex aliquibus extrinſecis facientibus vnum. *Vide Bargium in 1. ſent. d. 26.*

ALITER.

CONSTITVTIO eſt ex principijs aliqualiter diſtinctis, concurſus, vel vnio.

AMPLIVS, Conſtitutio eſt vnio terminorum duorum aliqualiter diſtinctorum vnum tertium componentium.

QVID SIT CONSTITVTVM.

CONSTITVTVM nullam habet partem: quoniam conſtitutum habet conſtitutiua, non tamen habet partes.

CONSTITVTA DICVNTVR *multis modis.*

Scot. in 1. ſent. d. 26. CONSTITVTA aliqua ſunt, quæ non ſunt compoſita, ſicut perſonæ diuinæ conſtituuntur per abſoluta, vt complures dicunt: aliqui, per relationes: nam eſſentia, & relationes conſtituunt patrem: non tamen eſt compoſitus, immo ita ſimplex, ſicut eſſentia. *Sc. in 1. ſen. diſt. 5. q. 2.*

CONSTITVTVM QVID.

CONSTITVTVM, vel compoſitum habet modum intrinſecum, vel plures modos intrinſecos, ſicut Deus conſtituitur ex Deitate, & infinitate: infinitas eſt ſibi modus proprius: homo conſtituitur ex animalitate, & rationalitate: & finitas eſt ſibi modus intrinſecus, ſed non proprius: quia eſt ſibi communis, & omnibus creaturis, verum eſt quia homo & quælibet ſpecies, ſiue natura habet proprium modum. *Infinitas eſt modus intrinſecus in Deo. Vide Sco. 5. q. quolib.*

SED neſcimus inuenire, & ex hoc quòd conſtituta habent modum intrinſecum, ſiue proprium, ſiue communem, tollitur talis modus ab omni abſtracto, ſicut eſſentia diuina, vel Deitas, vel ſicut animalitas, & humanitas: quia ſi haberent modum intrinſecum, ſiue communem, ſiue proprium, conſtituerentur: quod tamen eſt falſum: quia nullum abſtractum conſtituitur. *Nullum abſtractũ conſtituitur.*

QVID SIT CONSTITVERE.

Nota exemplum. CONSTITVERE eſt verbum actualiter dici, vel exprimi ab intellectu, & nota exemplum, quando aliquid non eſt in potentia ad ſuum conſtitutum: nam ſpecies non eſt in potentia ad genus, homo non eſt in potentia ad animal, immo magis e conuerſo: homo tamen eſt in potentia ad albedinem, & ad nigredinem.

QVOMODO CONSTITVANTVR PERSONAE.

PER quod conſtituantur perſonæ in diuinis, quære littera P. nam perſonæ diuinæ conſtituuntur per proprietates relatiuas. *Scot. in 1. ſent. d. 26.*

TRIPLEX EST CONSEQVENTIA.

CONSEQVENTIA eſt triplex, ſcilicet Logicalis, Naturalis, & alia quæ ſe tenet per modum intrinſecum: Logicalis, vt iſta: Iſte eſt homicida: ergo tenetur mori. *Conſequentia logicalis quid.*

NATVRALIS, quæ ordinem naturę tenet, vt dies eſt: ergo ſol lucet ſuper hemiſphęrium noſtrum, quamquã Deus poſſet aliter facere: hemiſphærium enim eſt dimidia ſphęra. *Naturalis quid.*

ALIA eſt, quæ ſe tenet per quidditatem intrinſecam, vt Logicalis conſequentia, vt, Iſte homo eſt: ergo animal eſt.

QVID SIT CONSERVATIO.

CONSERVATIO eſt quædam continuatio, qua res habet eſſe a Deo, in ſuò eſſe per tempus. *Conſeruatio quid.*

QVID SIT CONTRAHERE.

CONTRAHERE eſt aliquod vniuerſale ad partem trahere.

VNDE contrahibilitas eſt determinabilitas ad partem ſubiectiuam, vt animal trahitur ad hominem per rationale. *Contrahibilitas quid.*

NOTANDVM.

NIHIL prius ente contrahitur: nam ens contrahitur in decem prædicamenta per modos intrinſecos, & non per differentias, & tales non includunt formaliter, & quidditatiue ens: quia ens non prædicatur in quid de paſſionibus, differentijs, neque de talibus modis intrinſecis, & tamen non ſequitur quòd illi modi ſint nihil, immo ſunt realiter ens, licet formaliter non ſint ens, neque non ens. *Vide Scotũ in 3. diſt. 1. ſent. q. 3.*

ENS CONTRAHITVR QVATTVOR modis.

DIFFERENTIAE contrahentes ens ſunt in quadruplici differentia. Quædam ſunt differentiæ entis contrahentes, ſcilicet eſſentiales, accidentales, modales, & denominatiuæ. *Sc. in 1. ſen. diſt. 3. q. 3.*

ESSEN-

DE CONTINVITATE.

Cōtinuitas triplex.

CONTINVITAS triplex reperitur.

PRIMO modo, ſecundum ſubextenſionem: continuatur enim tota impreſſio, quę fit ab agente aeris per extenſionem, & continuitatem ſui ſubiecti.

SECVNDO modo, ſecundum agentis & ſubiecti ſucceſſiuam continuitatem, ſeu localiter variationem: cum enim ſol fertur ſuper duas partes hemiſphærij fit illuminatio alia, & alia, & ſic cōtinue inuenit aſpectum a parte hemiſphærij altius elongatum.

TERTIO modo accipitur continuitas ſecundum aliam permanentiam impreſſionis, & in duratione, ſubiecto manente ſub eodem agente, & manente immobili, ſicut corpus coloratum manens immobile multiplicat ſemper ſpeciem: nam non aliam in eadem parte medij.

DE CONTRADICTIONE.

Primo poſt. cōtex. 5. & 4. Met. contex. 27. & 1. periher. cap. 5. Sc. in 2. ſen. diſt. 2. q. 9.

CONTRADICTIO formalis eſt oppoſitio, cuius per ſe non eſt dare medium: iſta eſt eius definitio propria, & quidditatiua: iſta contradictio qualiter ſit inter immediata, ſcilicet eſſe, & non eſſe, & qualiter intelligatur fieri. Vide Scotum.

NOTANDVM.

Bonettus i ſua Met. li. 4. cap. 2.

DICIT Bonettus quòd contrarietas facit differre ſpecie, ſed quomodo poſſit hoc fieri, vt poſterius ſit cauſa, qua ſuum prius non differat, ſic debet intelligi, facit differre, ideſt concludit contrarietatem, vt non ſint eiuſdem ſpeciei: ergo contrariantur.

DE CONTRADICTIONE in propoſitionibus.

Cōtradictio quot conditiones debeat habere. Vide Sc. in 4. diſtin. 10. q. 4.

CONTRADICTIO in propoſitionibus per nullum terminum impeditur, contradictio vero ex terminis bene per vnum terminum impeditur, vt homo eſt albus, & homo non eſt albus quidditatiue: homo enim non eſt albus quidditatiue, necnon albus.

ITEM omnis contradictio ex terminis ad omnia ſe extendit.

ET ideo notandum eſt, quòd Franciſcus de Mayr. non accipit contradictoria, vt Logicus circa principium ſummularum ſumit, prout lex contradictoriarum talis eſt, quòd ſi vna ſit vera, &c.

SED loquitur de contradictorijs eo modo, quo loquitur Logicus in poſt prædicamentis. Vide ibi.

DEFINITIO CONTRARIETATIS.

CONTRARIA ſunt illa, quæ ſub eodem genere poſita ſunt, & maxime a ſe diſtant, & viciſſim mutuo ſe ita expellunt quòd non poſſint eſſe. ſimul propter eorum mutuam repugnantiam, vt docet Ariſt. in 4. Met. contex. 9. & 27.

Quo contraria habeant fieri circa idem.

CONTRARIA oppoſita, ſunt formæ quæ ſub eodem genere poſita ſunt, & maxime a ſe diſtant, & circa idem ſuſceptibile viciſſim inſunt, niſi alterum inſit a natura: vt albedo cygno, & nigredo coruo, & Æthiopi, & caliditas igni.

Vide Scotũ in 4. ſent. d. 49. q. 13.

CONTRARIA communia ſunt, vel in communi, quæ ſub aliquo communi poſita ſunt, & maxime a ſe diſtant.

QVOT MODIS SINT CONTRARIA.

CONTRARIA ſunt multis modis.

Duplicia ſunt cõtraria mediata & immediata. Vide Tartaretũ cap. de oppoſitis. & Sc. in 2. ſen. diſtin. 15. q. vnica.

QVAEDAM enim ſunt contraria immediata, quorum alterum neceſſe eſt eſſe in aliquo ſubiecto ſine medio, vt ſanum & ægrum in animali.

SED notandum eſt, quòd de ſano & ægro contingit loqui duobus modis.

PRIMO ſecundum quòd vtrumque nominat ſubiectum in complemento, & ſic ſunt media inter hoc, ſcilicet corpus laſſum, & hoc eſt medium ſecundum latitudinem, ſcilicet per abnegationem vtriuſque extremi, ſcilicet quòd non ſanum nec ægrum, quod ſecundum medicos dicitur neutrum, & ſic accipiunt medici ſanum, & ægrum.

ALIO modo contingit loqui de ſano & ægro per comparationem ad cauſas, & principia, quæ conſiſtunt in æqualitate humorum, quorum nihil eſt medium: & ſic dicuntur ſanum & ægrum immediate: & ſic accipit Logicus qui eſt inſpector cauſarum.

QVAE SINT CONTRARIA immediata.

CONTRARIA immediata ſunt illa, quorum non eſt neceſſe alterum eſſe in eodem ſubiecto, niſi per remotionem alterius, vt album & nigrum, quorum eſt medium ſecundum ſe fuſcum, & pallidum, rubeum, & huiuſmodi.

Vide Sco. in 2. ſen. d. 15. q. vnica.

Q CON-

Vide Scotũ 16. q. vniuerſalium. præciſe ab omni indiuiduo, vel in ſua præciſione, vt humanitas nec eſt animalitas, nec rationalitas: quia in talibus terminis non eſt vera prædicatio.

DE IDENTICA PRAEDICATIONE *Abſtracti.*

Vide Scot. in 1. ſent. diſtin. 8. q. 3. ſoluendo principale. IDENTICA prædicatio abſtracti de abſtracto non eſt vera, ſed impoſſibilis, ſecundum regulam logicorum: nec in terminis infinitis, vel in terminis, quorum alter ad minus ſit infinitus: & hoc modo in diuinis. ET quòd in creaturis, ſiue in creatis talis prædicatio, ſcilicet abſtracti de abſtracto non eſt vera, ſed impoſſibilis, nec in terminis tranſcendentibus, ita quòd ad minus alter illorum ſit tranſcẽdens: exemplum in diuinis, vt paternitas eſt eſſentia: iſtorum duorum terminorum eſſentia eſt terminus infinitus, paternitas non eſt terminus infinitus, nec filiatio, nec ſpiratio: ideo credo quòd formaliter ſumpti non dicunt perfectionem, & ideo hæc eſt falſa, & impoſſibilis prædicatio: Paternitas eſt filiatio: quia nullus iſtorum terminorum eſt infinitus: exemplum in creaturis, vt bonitas eſt entitas, iſta eſt vera prædicatio ratione tranſcendentiæ: entitas enim eſt terminus tranſcendens, ideo non eſt impoſſibilis prædicatio: bonitas eſt terminus tranſcendens: bonitas eſt entitas, iſta eſt vera prædicatio non ratione tranſcendentiæ, non humanitatis, ſed entitatis. *Vide pro hoc Bargiũ in 1. ſent. diſt. 5. q. 1.*

DE CONCEPTIBVS, QVI SVNT *in Anima.*

Conceptus ſignificatus per nomen, quid ſit. CONCEPTVS, qui ſunt in anima obiectiue, ſcilicet quidditates, poſſunt habere in ſe vnum eſſe ſimpliciter. Franciſcus de Mayr. in 1. lib. Sent. diſt. 22. q. 1. in ratione ad Articulum ſecundum.

CONCEPTVS INFINITVS *eſt nobiliſsimus.*

Vide Sco. in 1. lib. ſent. diſt. 3. q. 2. CONCEPTVS infinitus eſt nobiliſſimus, quem habemus de Deo vt dicitur a Franciſco de Mayr. in primo libro Sententiarum diſtin 2. quæſt. 6. qui quidem recte Scotizat.

QVOMODO CONCIPIANTVR *plura eodem actu.*

QVOMODO concipiantur plura eodem actu. Franciſcus de Mayr. in 1. lib. Sent. diſt. 2. q. 8.

CON-

CONCEPTVS NON EST ACTVS *intelligendi.*

CONCEPTVS non accipitur in quæſtione ſecunda prologi ab ipſo Franciſco de Mayr. pro actu intelligendi, nec pro ente rationis: quia eſt de ente reali, nec pro obiecto in eſſe cognito: quia illud eſt ens rationis: ſed accipitur pro quidditate cognita ad quam terminantur actus intelligendi. *Conceptus pro quo accipiatur.*

DVBIVM.

VTRVM ab omnibus, quæ excludunt rationem vniuerſalitatis, priùs ſit abſtrahi aliquis conceptus communis?

ET quattuor videntur eſſe, a quibus non poteſt abſtrahi conceptus quidditatiuus communis, vt dicit Franciſcus de Mayron. in nona quæſt. prologi. *Conceptus quidditatiuus eſt cõis ad finitũ, et infinitum. Scot. 1. ſen. diſt. 8. q. 3.*

PRIMO ſcilicet a rationibus tranſcendentibus.

SECVNDO a perfectionibus ſimpliciter.

TERTIO a ſimpliciter ſimplicibus.

QVARTO ab vltimis differentijs.

QVOT CONCEPTVS HABEANTVR *de aliqua re.*

CONCEPTVS quadruplex habetur de aliqua re. *Sc. in 1. ſen. diſt. 3 q. 2. Vide Scotũ in 2. ſent. d. 3. q. 6. & in eodẽ lib. d. 12. q. 1.*

PRIMVS eſt conceptus tranſcendens, ſicut eſt conceptus entis.

SECVNDVS eſt conceptus generis generaliſſimi, vt ſubſtantia.

TERTIVS conceptus, eſt ſpeciei ſpecialiſſimæ.

QVARTVS eſt conceptus indiuidui.

SIMILI modo de Deo habemus quattuor conceptus quidditatiuos.

PRIMO enim concipimus quòd eſt ens, & iſte conceptus ſe habet per modum tranſcendentis.

SECVNDO concipimus quòd eſt ſubſtantia, & iſte ſe habet per modum generis generaliſſimi.

TERTIO ſe habet per modum ſpeciei, & iſte ſe habet per modum ſubalterni: ſpecies enim eſt quid inferius ad ſubſtantiam.

QVARTVM conceptum habere non poſſumus: quia ratio propria Deitatis a nobis attingi non poteſt: ſi enim ſpecificas differentias creaturarum non poſſumus cognoſcere, multo minus rationem Deitatis propriam.

ET eſt ſciendum, quòd ſecundum iſtos quattuor conceptus quidditatiuos habitos de Deo, demonſtramus de Deo quattuor genera paſſionum.

Quæ demonſtretur de Deo.

Primo per ens, quòd ſit bonus.

Secvndo per ſubſtantiam, quòd ſit ſubſtans, vel perſona.

Tertio per ſpeciem, quòd ſit incorporeus.

Qvarto poſſumus demonſtrare quod ſit ignotus. Franciſcus de Mayr. in primo libro Sent. diſt. 3. q. 1.

DE INFINITATE, ET NECESSITATE.

ET nota quòd infinitas, & neceſſitas non cognoſcuntur a nobis propter quid, ſed quia. Franciſcus de Mayron. in primo libro Sententiarum diſt. 3. quæſt. 1.

QVID SIT CONCEPTVS ſimplex.

Scot. in 1. libro ſent. diſt. 3. q. 2.

CONCEPTVS ſimplex dicitur ille, qui licet poſſit attingi vnico actu ſimplici: tamen eſt reſolubilis in plures particulares conceptus: ſicut eſt conceptus ſpeciei, & iſte dicitur ſimplex, vt diſtinguitur contra complexum.

QVID SIT CONCEPTVS ſimpliciter ſimplex.

Scot. in 1. libro ſent. diſt. 3. q. 2.

CONCEPTVS ſimpliciter ſimplex eſt ille, qui non poteſt reſolui, ſed ad ipſum ſtat vltimata reſolutio: ſicut conceptus primi vniuerſalis: Nam in tali primo oportet neceſſario dari aliquid, ad quod ſtet talis reſolutio, alioquin eſſet proceſſus in infinitum in eſſentialiter ordinatis.

QVID SIT CONCEPTVS confuſus.

Scot. in 1. libro ſent. d. 3. q. 2.

CONCEPTVS confuſus eſt ille, qui non eſt reſolubilis in partes eſſentiales: & ille explicatur nomine definitionis.

QVID SIT CONCEPTVS diſtinctus.

Sc. in 1. ſen. diſt. 3. q. 2.

CONCEPTVS diſtinctus eſt ille, qui eſt reſolubilis in partes eſſentiales, vt conceptus definiti. Franciſcus de Mayr. in primo lib. Sententiarum diſt. 3. q. 2.

QVAT-

QVATTVOR SVNT CONCEPTVS.

CONCEPTVS quattuor ſunt. *Conceptus ſunt ĩ differẽtia quadruplici.*

ALIQVI ſunt ſecundarum intentionum.

ALIQVI ſunt communiſſimarum paſsionum.

ALIQVI ſunt habitudinum, ſeu relationum tranſcendentium.

ALIQVI priuationum. Franciſcus de Mayr. primo libro Sent. quæſt. 8. prologi.

NOTA.

NOTA exemplum: Si quis quæreret, ſi ſit conceptus animalis indifferens ad hoc, vel ad illud, quomodo mihi repręſentabit illud, vel iſtud animal, non videtur poſſibile: dico quòd bene: & do tibi exẽplum: iſta vox homo, ſcripta: eſt vna per accidens, & eſt ſingularis: & tamen repræſentat mihi omnem hominem: do exemplum de patria mea: item iſte terminus Sarnanus repręſentat mihi centum millia hominum, & per conſequens ſingularis ſpecies poteſt repręſentare vniuerſale: licet enim ſit ſingulare in eſſendo: non tamen in repręſentando, nec repręſentat, vt ſingulare.

CONCEPTVS CERTVS DE VNO.

ITEM, quando eſt aliquis conceptus certus de vno, & dubius de duobus, habet alium conceptum de quo eſt certus ab illis de quibus eſt dubius. Vide Franciſcum in prologo q. 2. ſed aliqui dicunt quòd non ſunt diſtincti conceptus, licet videantur. Sed hoc non valet: quia Philoſophi demonſtratiue proceſſerunt per illum conceptum. *Scot. 1. diſt. 1. lib. ſent. q. 3. & 7. q. quolib.*

ALIQVI vero dicunt quòd eſt certitudo de conceptu diſiuncto, & in determinato eſt dubius: ſed etiam hoc nihil valet: quia ita fuiſſent certi, quòd Deus eſt trinus, vel non trinus.

ALII tamen dicunt quòd iſte conceptus entis, eſt mixtus: ſed nec hoc valet: quia conceptus entis eſt ſimpliciter ſimplex.

QVID SIT CONCLVSIO *demonſtrationis.*

CONCLVSIO demonſtrationis eſt, quando paſſio prædicatur de ſubiecto: iſta eſt tantæ virtutis quòd neceſſario eſt vera, aliter omnis ſcientia eſſet error. *Scot. in 1. q. prologi.*

QVOT

QVOT MODIS DICATVR Concretio.

CONCRETIO eſt duplex: vna quæ ab eadem dictione incipit, ſed non ſimiliter terminatur, vt Albedo, Album, Humanitas, Homo.

ALIA eſt, quæ ad rem non eſt ſimiliter terminata, ſed in ea reperitur conſimilis denominatio.

QVID SIT CONNOTARE.

Sapientia, & ſcientia diſtinctio. Vide Bargium 3. q. prologi.

CONNOTARE, eſt aliquid ſignificare, vnum in recto & aliud in obliquo: vel ſignificare vnum primario & aliud ſecundario.

ET hoc dicitur connotatio, vel connotatum, vt album prius ſignificat albedinem, & ex conſequenti ſubiectum formatum ab albedine: & ſic aliqui volunt de perfectionibus in diuinis: dicunt enim quòd ſapientia, & ſcientia differunt præciſe per connotata: ſed hoc non ſufficit Scotizantibus, immo ex natura rei.

DE COMPOSITIONE.

Sc. in 1. ſen. d. 5. q. 2. inquit, quòd vnitas cõpoſiti eſt ex rõne actus & potẽtia.

COMPOSITIO eſt eorum, quæ cum ſint, vnum eſt contrahens, aliud contrahibile.

NOTA quòd compoſitio eſt duorum adinuicem poſitio, quorum vnum eſt actus, reliquum vero potentia.

ITEM ex duobus entibus in actu non fit per ſe vnum, vt aſſerit Ariſt. 7. Met. contex. 49. ſed per accidens, vt homo, & tunica.

ITEM homo armatus, qui componitur pro habitu.

ITEM Grammaticus ſic definit compoſitionem: Compoſitio eſt plurium ſimul poſitio: & recte dicit quòd ſtat bene quòd ſit ſimul poſitio: & tamẽ nulla erit compoſitio, vt patet in Chriſto.

ITEM ad compoſitionem quattuor requiruntur ſecundum Franciſcum de Mayr. in primo libro Sententiarum diſtinctione octaua quæſtione 7.

PRIMVM eſt quòd non ſufficit ſolum, vt vniantur in natura, ſed oportet quòd vniantur in ſuppoſito.

SECVNDVM quòd non ſolum vniantur in ſuppoſito, ſed oportet quòd vnum eorum ſit in alio.

Vide Sc. in 3. lib. ſent. diſt. 6. q. 3. optime, ac etiam 6. q. quolib.

TERTIVM quòd non ſufficit, quòd vniantur in ſuppoſito, nec in natura, ſed oportet quòd ſint eiuſdem naturæ, ideo Deitas & humanitas non faciunt compoſitionem in Chriſto.

QVARTVM eſt quòd quantumcunque ſint diſtincta, & vnum ſit in alio, ſi ſint ſubſiſtentia ſicut perſonæ diuinæ, nullam faciunt compoſitionem.

NOTANDVM.

NOTA quòd compoſitio aliquando ſumitur pro coniunctione, ſicut accipit Dionyſius de diuinis nominibus cap. 4. vbi dicit quòd compoſitio Ieſu eſt ineffabilis, & ſic Ioannes cap. primo ſumit factionem pro productione dicens: Poſt me venit qui ante me factus eſt, cuius non ſum dignus &c.

Ante Ioannē Chriſtus factus eſt quomodo.

COMPOSITIO DICITVR DVOBVS modis.

COMPOSITIO eſt duplex, ſcilicet cum his, & ex his: cum his eſt quando vnum poteſt componi cum alio ad faciendum vnum tertium.

ALIO modo ex his eſt, quando aliquid eſt compoſitum ex materia, & forma.

PRIMO modo anima noſtra non eſt ſimplex: quia eſt pars hominis.

ITEM materia prima licet non ſit compoſita ex his: tamen eſt compoſita cum his.

DEVS glorioſus nec cum his, nec ex his facit compoſitionem.

Tange quadruplicem differentiā harum compoſitionum, vt noſti, vide Ioannem Canonicum, & alios.

DE COMPOSITO PHYSICALI.

COMPOSITVM phyſicale aut eſt compoſitum ex materia, & forma in communi, vt homo in communi dicitur compoſitum ex materia, & forma, hoc eſt ex corpore, & ex anima, & non ex hac materia; vel ex hac forma, & tale compoſitum dicitur ſpecies, & habet eſſe ſpecificum, non autem indiuiduale: & de tali compoſito ſpecifice eſt ſcientia; vt homo in communi dicitur ſpecies, & habet eſſe ſpecificum.

Ly homo, ſupponit pro homine in eſſe cognito.

NOTANDVM.

ITEM tale compoſitum dicitur eſſe indiuiduum vagum, quamuis aliqui dicant oppoſitum: nam dicunt, quòd indiuiduum vagum eſt illud quod non eſt ſignatum, ſicut aliquis homo currit, aliquis homo legit, aliquis homo dormit: quia ibi non ſignificatur indiuiduum, licet bene nominetur in communi, & indiuiduum ſignatum ſecundum illos eſt ſicut ſi diceretur, iſte homo currit, iſte homo ambulat, & ſic de ſingulis.

Cliter ponitur indiuiduum eſſe triplex. Vide Tartaretū in logica magna c. de ſpecie.

NOTANDVM.

Eſſe naturale habet duplicē conſiderationē

ET ideo notandum eſt, quòd eſſe phyſicale habet duplicem conſiderationem, ſiue reſpectum, vel ad ea a quibus eſt, vel ad ea in quibus eſt: ſi ad ea a quibus eſt, tunc tale eſſe phyſicum, vel naturale, habet conſiderationem, vel reſpectum ad ea tanquā in ſuis cauſis, & in ſuis principijs, & tale eſſe, eſt eſſe vniuerſale, & neceſſarium eſſe incorruptibile, & ingenerabile, de quo eſt ſcientia, & demonſtratio.

Inferius poteſt dici accidens ſuperiori. vide Scot. 3. d. 2. ſent. q. 1.

SI refertur, vel habet reſpectum, ipſum eſſe ad ea in quibus eſt, ideſt in indiuiduis, tunc non conſideratur in ſuis cauſis, ſed in cauſatis, & in effectibus, & tale eſſe non eſt vniuerſale, ſed particulare, & ſingulare, nec eſt neceſſe eſſe, immo contingens, & accidens, cum ſint poſteriora, & omnia poſteriora accidunt ſuis prioribus, & ſuperioribus: & tale eſſe dicit indiuiduum ſignatum, nec de tali eſſe poteſt eſſe ſcientia proprie dicta, cum ſit corruptibile, & variabile.

DE COMPOSITIONE ANGELORVM.

S. Thom. 1. p. ſumma q. 3. ar. 4. et q. 50. art. 2.

Auer. in 2. Cæli comm. 14.

DE compoſitione Angelorum: quia ſuperius dixi de compoſitione intelligentiarum, & orbium, quòd erat ex eſſe, & eſſentia, ſecundum opinionem S. Thomæ: & ſecundum Scotum, Franciſcum de Mayr. & Auguſtinum, & aliorum Doctorum ex ente poſitiuo, & priuatiuo, vt ſuperius dixi in littera A. nunc pertranſeo breuiter, omnes in hoc cōcordant, quòd ibi eſt compoſitio, ſed non compoſitio realis ex potentia, & actu: vnde talis potentia in abſtractis inuenta nōn dicit aliquid reale: quia nihil in eis eſt vere poſſibile, vt dicit Auerroes in ſecundo cæli, & mundi: ſed iſta potentia eſt Logica, & eſt ens rationis: quia dicit ſolam non repugnantiam: quia intelligentiæ Saturni in quantum ens, non repugnat quòd ſit perfectior quàm ſit.

QVID SIT COMPOSSIBILITAS.

COMPOSSIBILITAS eſt, quando vna pars non deſtruit aliam: vt homo rationalis.

QVID SIT CORRVPTIO.

1. de gene. contex. 21. Vide Sco in 2. ſen. d. 17.

CORRVPTIO eſt progreſſus ab eſſe, ad non eſſe.

CORRVPTIO multis modis dicitur.

VNO modo eſt quædam corruptio, quæ dicitur mutatio, & iſta negatur a Creatore: omnia enim extra primum quæcunque creata ſunt corruptibilia ſunt de ſe: ſed bonitate primi, quod eſt Deus, conſeruantur, vt ſcribitur in Libro de cauſis: omnis intelligentia fixa eſt per bonitatem primi, qui eſt Deus bonus.

Alia eſt corruptio, quæ dicitur corruptio motus, quæ fit per reſolutionem in prima principia, ideſt in primam materiam, vbi eſt ſtatus per naturam: & ſic omnis ſexus reſolubilis eſt in ſua principia: quia nihil eſſet, niſi eſſet virtus diuina: vnde Plato in Timeo inquit, quòd bona ratione compactum velle Dei diſſolui non poteſt. Adhuc corruptio motus fit multis modis. *Vide Sco. in 4. lib. ſent. d. 11. 12. & 14.*

Quaedam eſt corruptio motus, quæ fit per defectum rei in ſemetipſa, vt ignis corrumpitur, ſiue deficit in ſeipſo, non inuento combuſtibili. *Corruptio alicuius eſt duobus modis 3. cæli contex. 52.*

Similiter calor naturalis, vel animalis: quando non inuenit nutrimentum corrumpitur.

Alio modo corrumpitur per conſumationem illatam ab alio: & ſic minus a maiori, vt maior flamma conſumit minorem, & ſimiliter maior lux obſcurat minorem. *Vide Ariſt. in libro de morte, & vita.*

Alio modo corrumpitur aliquid per actionem ſimilis a ſimili, poſtquam res deſtruitur a non conſeruante: & ſic omne quod putreſcit deſtruitur a calore exteriori.

Alio modo corrumpitur aliquid adhærendo contrario, & ſic ignis corrumpitur ab aqua: quia aqua habet contrariam qualitatem qualitati ignis.

Alio modo corrumpitur aliquid per corruptionem illius in quo eſt, & ſic accidens corrumpitur per corruptionem ſui ſubiecti in quo eſt: vel quia eſt in ſubiecto compoſito ex contrarijs, per quorum diſſolutionem corrumpitur ſubiectum, & per conſequens quod eſt in ſubiecto: & ſic anima vegetabilis & ſenſibilis in brutis corrumpitur corrupto corpore, & corrupto animali corrumpuntur omnia alia, quæ in ipſo ſunt: & hæc eſt corruptio per accidens, ſicut habetur ab Ariſtot. in libro de morte, & vita. *Vide etiam Scotũ in 2. ſent. d. 15. q. vnica.*

Alio modo corrumpitur quod eſt ex contrarijs per diſſolutionem contrariorum: & ſic corrumpitur caro, & quodlibet compoſitum ex elementis, & per ipſorum elementorum diſſolutionem.

Alio modo corrumpitur aliquid per influentiam menſuræ: ſicut menſuratum, in quo menſurans aliquid relinquit per influentiam ſucceſſiuam, & hoc modo temporale corrumpitur a tempore aliquid ei imprimendo.

NOTANDVM.

Sed eſt ſciendum, quòd dubium eſt de modo corrumpendi, quo corrumpitur aliquid per influentiam temporum, verumtamen tribus modis contingit loqui de tempore. *Tribus modis contingit loqui de tempore.*

Vno modo ſecũdum quòd illud, quod corrumpitur in tempore acquirit ſuam corruptionem per principia intrinſeca ſibi, licet cõpoſitum ex elementis habeat cõtrarias inclinationes ad diuerſas regiones: habet enim principia corruptionis, & ſecundum hunc modum dicit Ariſt. in quarto Phyſicorum: Tempus eſt cauſa corruptionis, & omne tale corrumpitur in tempore. *4. Phyſic. cõtex. 117.*

Alio modo contingit loqui de tempore ſecundum influentiam qualitatis, quæ influit in temporale, & ſic eſt tempus cauſa corruptionis ſecundum quòd eſt qualitas.

Alio modo contingit loqui de tempore, prout eſt menſura qualitatum, & ſic nullam facit corruptionem.

Tempus, & vita vniuſcuiuſq; habet periodũ. 2. de gene. contex. 57.

Alio modo contingit loqui de tempore inquantum excellit omne, quod eſt, & etiam plus, & excedit cuiuſlibet rei periodum, & tranſit ipſam periodum, & regnat in re, & quanto plus durat res, tanto plus accedit ad corruptionem: quia quælibet res propria periodo menſuratur, quam non contingit pertranſiri ſecundum naturam: & ſic dicuntur res corrumpi in tempore.

TRIPLEX EST CORRVPTIO.

Corruptio triplex.

CORRVPTIO breuiter, & inuſitato ſermone triplex reperitur. Aut quia eius ſubiectum corrumpitur. Verbi gratia: oculo corrupto, corrumpitur viſus.

Secundo aut propter deſinentiam cauſationis ſuæ cauſę: quia illud deſinit cauſare, vt de intellectu, quando intellectus ſe auertit, nec vult ſe conuerti ad obiectum.

Aut propter aliquid ſuperueniens fortius. Verbi gratia adueniente frigore magno, corrumpitur calor, & e conuerſo.

DVOBVS MODIS POTEST ESSE *aliquid corruptibile.*

ALIQVID poteſt eſſe corruptibile duobus modis. Aut ſecundum quid, aut ſimpliciter.

Quid ſit corrũpi ſecundũ qd.

Illud enim corrumpitur ſecundum quid, quod corrumpitur per reſolutionem in ſuas partes: omnibus tamen partibus remanentibus, ſicut homo, & quodcunque aliud compoſitum reſolubile in ſua componentia.

Corrumpi ſimpliciter quid.

Aliud autem corrumpitur ſimpliciter: quando ſic diſſoluitur quòd alterum componentium non manet: manet tamen ſubiectum ſine materia, in qua fit reſolutio, non autem forma: & iſto modo corruptio ſumpta appropinquat ad nihil.

TRIPLEX EST CORRVPTIBILITAS.

An obiectũ dicatur corruptibile, vel incorruptibile.

CORRVPTIBILITAS etiam eſt triplex. Prima eſt ex parte obiecti, & hoc quo ad eſſentiam, aut quo ad eſſentiam propoſitionis formatæ.

Aut quando propoſitio commutatur a veritate in falſitatem: & iſto modo accipit Bonettus in ſua Metaphyſica.

Alio

ALIO modo dicitur vt compoſitum integrale, vt domus dicitur corrumpi quando euertitur, & labitur, ſiue partes ſeparantur: quamuis partes, vt lapides, & ligna non corrumpantur. *Vide Bonet tum in ſua Met.cap.3.*

ETIAM illud eſt corruptibile, cuius eſſentia eſt contingens actu, vel quod poteſt fieri purum nihil: vt eſſentia inferiorum poſt mortem, & ea quæ ipſam concomitantur, vt realitas, & actualitas,& ſic de alijs.

QVOMODO DIFFERANT CORRVPTIBILE & incorruptibile.

CORRVPTIBILE, & incorruptibile pluſquam genere differunt, vt aſſerit Ariſt. 10. Metaph. contex. 26. *Corruptibile,et ícorruptibile differũt pluſquam genere non Logico,ſed Phyſico. Vide Scot. in 4. lib. ſent. d. 6. q. 10.*

NOTA pro intellectu huius quæſiti.

QVOD genera ſub quadruplici differentia inueniuntur, ſcilicet genera in Logicalibus in Moralibus, in Phyſicis, & Metaphyſitis.

GENERA Logicalia ſunt, quæ conueniunt in vna ſecunda intentione dicta in quid, vt animal, ſubſtantia.

GENERA in Moralibus ſunt quæ ad eaſdem virtutes, & circunſtantias pertinent: ſicut ſi diceremus quòd temperantia, & iuſtitia, prudentia, & ſobrietas, pertinent ad humilitatem.

GENERA in Phyſicis ſunt, quæ ſunt in potentia ad plures formas, & ſic intelligitur propoſitio prolata.

GENVS Metaphyſicum eſt illud quod eſt vna prima intentio cui con reſpondet in Logica vna ſecunda intentio.

DE CORRELATIVIS.

CORRELATIVA ſunt ſimul natura: debet ſic intelligi iſta propoſitio, natura, ideſt naturali intelligentia ſic, quòd intellectus non poteſt intelligere vnum, non intellecto altero: & eſt doctrina Ariſto. cap. de ad aliquid. *Scotus 3.q. quol. ar. 3. 5. Metaph. contex. 20.*

HVIVS tamen oppoſitum dicit Scotus aſſerens patrem præcedere filium natura.

RESPONDETVR quòd prioritas naturæ duobus modis accipitur apud Scotiſtas. Vno modo, vt eſt præſuppoſitio huius ab hoc tantum, & conuertitur cum prioritate originis. *Scotus 4.q. quolib.*

ALIO modo prius natura eſt a quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia. Applica.

QVID SIT CONSTITVTIO.

CONSTITVTIO eſt, quę reſultat ex aliquibus extrinſecis facientibus vnum. *Vide Bargium in 1. ſent.d. 26.*

ALITER.

Constitutio eſt ex principijs aliqualiter diſtinctis, concurſus, vel vnio.

Amplius, Conſtitutio eſt vnio terminorum duorum aliqualiter diſtinctorum vnum tertium componentium.

QVID SIT CONSTITVTVM.

Constitutum nullam habet partem: quoniam conſtitutum habet conſtitutiua, non tamen habet partes.

CONSTITVTA DICVNTVR multis modis.

Scot. in 1. ſent. d. 26. Constituta aliqua ſunt, quæ non ſunt compoſita, ſicut perſonæ diuinæ conſtituuntur per abſoluta, vt complures dicunt: aliqui, per relationes: nam eſſentia, & relationes conſtituunt patrem: non tamen eſt compoſitus, immo ita ſimplex, ſicut eſſentia. *Sc. in 1. ſen. diſt. 5. q. 2.*

CONSTITVTVM QVID.

Infinitas eſt modus intrinſecus in Deo. Vide Sco. 5. q. quolib. Constitutum, vel compoſitum habet modum intrinſecum, vel plures modos intrinſecos, ſicut Deus conſtituitur ex Deitate, & infinitate: infinitas eſt ſibi modus proprius: homo conſtituitur ex animalitate, & rationalitate: & finitas eſt ſibi modus intrinſecus, ſed non proprius: quia eſt ſibi communis, & omnibus creaturis, verum eſt quia homo & quælibet ſpecies, ſiue natura habet proprium modum.

Sed neſcimus inuenire, & ex hoc quòd conſtituta habent modum intrinſecum, ſiue proprium, ſiue communem, tollitur talis modus ab omni abſtracto, ſicut eſſentia diuina, vel Deitas, vel ſicut animalitas, & humanitas: quia ſi haberent modum intrinſecum, ſiue communem, ſiue proprium, conſtituerentur: quod tamen eſt falſum: quia nullum abſtractum conſtituitur. *Nullum abſtractū conſtituitur.*

QVID SIT CONSTITVERE.

Nota exemplum. Constituere eſt verbum actualiter dici, vel exprimi ab intellectu, & nota exemplum, quando aliquid non eſt in potentia ad ſuum conſtitutum: nam ſpecies non eſt in potentia ad genus, homo non eſt in potentia ad animal, immo magis e conuerſo: homo tamen eſt in potentia ad albedinem, & ad nigredinem.

QVO-

QVOMODO CONSTITVANTVR PERSONAE.

PER quod conſtituantur perſonæ in diuinis, quære littera P. nam perſonæ diuinæ conſtituuntur per proprietates relatiuas. *Scot. in 1. ſent. d. 26.*

TRIPLEX EST CONSEQVENTIA.

CONSEQVENTIA eſt triplex, ſcilicet Logicalis, Naturalis, & alia quæ ſe tenet per modum intrinſecum: Logicalis, vt iſta: Iſte eſt homicida: ergo tenetur mori. *Conſequentia logicalis quid.*

NATVRALIS, quæ ordinem naturę tenet, vt dies eſt: ergo ſol lucet ſuper hemiſphærium noſtrum, quamquã Deus poſſet aliter facere: hemiſphærium enim eſt dimidia ſphęra. *Naturalis quid.*

ALIA eſt, quæ ſe tenet per quidditatem intrinſecam, vt Logicalis conſequentia, vt, Iſte homo eſt: ergo animal eſt.

QVID SIT CONSERVATIO.

CONSERVATIO eſt quædam continuatio, qua res habet eſſe a Deo, in ſuò eſſe per tempus. *Conſeruatio quid.*

QVID SIT CONTRAHERE.

CONTRAHERE eſt aliquod vniuerſale ad partem trahere.

VNDE contrahibilitas eſt determinabilitas ad partem ſubiectiuam, vt animal trahitur ad hominem per rationale. *Contrahibilitas quid.*

NOTANDVM.

NIHIL prius ente contrahitur: nam ens contrahitur in decem prædicamenta per modos intrinſecos, & non per differentias, & tales non includunt formaliter, & quidditatiue ens: quia ens non prædicatur in quid de paſſionibus, differentijs, neque de talibus modis intrinſecis, & tamen non ſequitur quòd illi modi ſint nihil, immo ſunt realiter ens, licet formaliter non ſint ens, neque non ens. *Vide Scotũ in 3. diſt. 1. ſent. q. 3.*

ENS CONTRAHITVR QVATTVOR modis.

DIFFERENTIAE contrahentes ens ſunt in quadruplici differentia. Quædam ſunt differentiæ entis contrahentes, ſcilicet eſſentiales, accidentales, modales, & denominatiuæ. *Sc. in I. ſen. diſt. 3. q. 3.*

Essentiales ſunt quæ ex diuidente, & diuiſo faciunt vnum per ſe, quod manet ſub diuerſo, cuiuſmodi ſunt limitatum, & non limitatum, rationalę, & irrationale, reſpectu animalis.

Differentia modales quid. Accidentales ſunt, quæ ex diuidente, & diuiſo, nō faciunt vnum tertium per ſe, nec primo modo, nec ſecundo modo, ſed per accidens, vt ſi dicatur bonum, aut malum, aut ęger.

Modales ſunt, neceſſarium, finitum, & infinitum & contingens.

Denominativae ſunt prius, & poſterius: iſtæ differentię ſunt ſimpliciter ſimplices, ſicut ens, & ideo ſimplex paſſio eſt conuertibilis cum ente, in quantum ens, & propter hoc conceptus Dei non eſt ſimpliciter ſimplex, ſed reſolubilis in plures conceptus, ſcilicet in ens, & differentiam contrahentem, ſecundum Bonettum in ſua Theologia, & Metaphyſica: Deus autem vt complures dicunt non eſt ſimpliciter ſimplex: vnde ſi quæratur quid eſt Deus: Reſpondent ipſi quòd Deus eſt ens illimitatum: ſed ens eſt ſimpliciter ſimplex, & primum prædicatum, & purum quid: ſed iſta opinio non placet Scoto, nec Franciſco de Mayr. nam Deus eſt ſumme ſimplex, & ſimpliciter ſimplex: nam eſſentia diuina quæ eſt Deus, eſt ſimpliciter ſimplex.

Sc. in 1. ſen. diſt. 3. q. 3. *Scot. 1. q. quol. ar. 1.*

CONTINENTIA.

Continẽtia formalis quid.

Continentia eſt triplex, ſcilicet formalis, virtualis, & poteſtatiua: formalis eſt illa, qua vnum ſic eſt notum, quòd eo noto immediate deuenimus in cognitionem alterius, ſicut per ſpecificam rationem hominis deuenimus in cognitionem omnium hominum: vt ſi dicatur: Homo eſt animal: ergo eſt rationalis: ergo diſciplinabilis: ergo ſuſceptiuus medicinæ, & ſic de alijs.

DE CONTINENTIA FORMALI.

Continentia formalis eſt ſimilitudo alterius, & ſimilitudo eſt, quorum qualitas eſt vna.

CONTINERE VIRTVALITER quid ſit.

Vide Sco. li. 1. d. 2. q. 10 Sc. q. 3. 4. et 5. prologi. Greg. Ariminenſis q. 4. prologi. artic. 1.

Continere virtualiter non eſt aliud, quàm poſſe producere aliud in eſſe reali, vel in eſſe cognito: ex quo ſequitur quòd continentia virtualis, eſt duplex, quædam in eſſe cognito, & alia in eſſe reali: vnde continere aliud in eſſe cognito, non eſt aliud quàm notitiam illius producere: & iſto modo intelligendum quòd ſubiectum continet ſuas paſſiones virtualiter in eſſe cognito: & per hoc ſoluuntur omnia argumenta Gregorij Ariminenſis, quæ facit contra Scotum noſtrum.

Sed

SED continere aliud in eſſe reali eſt poſſe aliud vere producere, quemadmodum Deus continet creaturas, quas poteſt producere.

VEL continere virtualiter, eſt quando aliquid continetur in aliquo vt ſi ponatur mihi homo, ſtatim intelligam animal tanquam partem hominis, homo enim includit animal.

QVID SIT ETIAM CONTINERE virtualiter.

CONTINERE virtualiter eſt continere per cauſam, vt ſol continet calorem virtualiter: non tamen formaliter, eo quòd ſol eſt calidus virtualiter & ſic continet effectum caloris, ſiue calorem virtualiter, hoc eſt per cauſam.

ET licet iam ſuperius dixerim quòd cauſa eſt duplex ſcilicet vniuoca, & æquiuoca, quære ſuperius, vniuoca eſt eiuſdem denominationis cum effectu.

S. Bona. in 1. ſent. d. 2. q. 2. aſſerit quòd productio æquiuoca eſt imperfecta.

AEQVIVOCA eſt, quæ licet cauſet, non tamen eſt eiuſdem denominationis, nec eiuſdem ſpeciei cum effectu, ſicut ſol eſt cauſa vermis, & ſic cauſa efficiens & finalis continent ſuos effectus, non autem cauſæ intrinſecæ, ſcilicet materialis, & formalis, immo poteſtatiua, quamuis aliqui dicant quòd cauſa formalis continet virtualiter ſuum effectum, ſicut & aliæ: ſed nunquam cauſa materialis, ſicut prima materia, ſed ſolum poteſtatiue.

QVID SIT CONTINERE POTESTATIVE, vel formaliter.

CONTINERE poteſtatiue, vel formaliter eſt, ſicut ſuperius continet inferius continentia poteſtatiua, vel totali.

PRO quo notandum eſt, quòd nunquam ſuperius continet virtualiter ſuum inferius, ſed ſolum poteſtatiue.

Vide Bargium in 1. q. prologi, & in 3. & Tartaretū in prædicabilibus.

DE CONTINVO.

CONTINVVM quodlibet licet per partes æquales poſſit conſumi ſicut cęlum, & quodcunque continuum quantumcunque magnum per partem minimam: aliquotiens diuiſum conſumi non poteſt, tamen hoc non obſtante continuum ipſum per partes eiuſdem proportionis non poteſt conſumi: quia ſi duo monocubita accipias, mediam partem ſcilicet monocubitam vnam, & poſtea mediam medię, nunquam venies ad finem. Franciſcus de Mayr. 1. lib. Sent. diſt. 19. q. 1.

Augmentatio per partes, & dimi nutio duplex.

DE CONTINVITATE.

Cōtinuitas triplex.

CONTINVITAS triplex reperitur.

PRIMO modo, ſecundum ſubextenſionem: continuatur enim tota impreſſio, quę fit ab agente aeris per extenſionem, & continuitatem ſui ſubiecti.

SECVNDO modo, ſecundum agentis & ſubiecti ſucceſſiuam continuitatem, ſeu localiter variationem: cum enim ſol fertur ſuper duas partes hemiſphærij fit illuminatio alia, & alia, & ſic cōtinue inuenit aſpectum a parte hemiſphærij altius elongatum.

TERTIO modo accipitur continuitas ſecundum aliam permanentiam impreſſionis, & in duratione, ſubiecto manente ſub eodem agente, & manente immobili, ſicut corpus coloratum manens immobile multiplicat ſemper ſpeciem: nam non aliam in eadem parte medij.

DE CONTRADICTIONE.

Primo poſt. cōtex. 5. & 4. Met. contex. 27. & 1. periher. cap. 5. Sc. in 2. ſen. diſt. 2. q. 9.

CONTRADICTIO formalis eſt oppoſitio, cuius per ſe non eſt dare medium: iſta eſt eius definitio propria, & quidditatiua: iſta contradictio qualiter ſit inter immediata, ſcilicet eſſe, & non eſſe, & qualiter intelligatur fieri. Vide Scotum.

NOTANDVM.

Bonettus ī ſua Met. li. 4. cap. 2.

DICIT Bonettus quòd contrarietas facit differre ſpecie, ſed quomodo poſſit hoc fieri, vt poſterius ſit cauſa, qua ſuum prius non differat, ſic debet intelligi, facit differre, ideſt concludit contrarietatem, vt non ſint eiuſdem ſpeciei: ergo contrariantur.

DE CONTRADICTIONE in propoſitionibus.

Cōtradictio quot conditiones debeat habere. Vide Sc. in 4. diſtin. 10. q. 4.

CONTRADICTIO in propoſitionibus per nullum terminum impeditur, contradictio vero ex terminis bene per vnum terminum impeditur, vt homo eſt albus, & homo non eſt albus quidditatiue: homo enim non eſt albus quidditatiue, necnon albus.

ITEM omnis contradictio ex terminis ad omnia ſe extendit.

ET ideo notandum eſt, quòd Franciſcus de Mayr. non accipit contradictoria, vt Logicus circa principium ſummularum ſumit, prout lex contradictoriarum talis eſt, quòd ſi vna ſit vera, &c.

SED loquitur de contradictorijs eo modo, quo loquitur Logicus in poſt prædicamentis. Vide ibi.

DEFINITIO CONTRARIETATIS.

CONTRARIA ſunt illa, quæ ſub eodem genere poſita ſunt, & maxime a ſe diſtant, & viciſſim mutuo ſe ita expellunt quòd non poſſint eſſe. ſimul propter eorum mutuam repugnantiam, vt docet Ariſt. in 4. Met. contex. 9. & 27.

Quo contraria habeant fieri circa idem. Vide Scotũ in 4. ſent. d.49.q.13.

CONTRARIA oppoſita, ſunt formæ quæ ſub eodem genere poſita ſunt, & maxime a ſe diſtant, & circa idem ſuſceptibile viciſſim inſunt, niſi alterum inſit a natura: vt albedo cygno, & nigredo coruo, & Æthiopi, & caliditas igni.

CONTRARIA communia ſunt, vel in communi, quæ ſub aliquo communi poſita ſunt, & maxime a ſe diſtant.

QVOT MODIS SINT CONTRARIA.

CONTRARIA ſunt multis modis.

Duplicia ſunt cõtraria mediata & immediata. Vide Tartaretũ cap. de oppoſitis. & Sc. in 2. ſen. diſtin. 15. q. vnica.

QVAEDAM enim ſunt contraria immediata, quorum alterum neceſſe eſt eſſe in aliquo ſubiecto ſine medio, vt ſanum & ægrum in animali.

SED notandum eſt, quòd de ſano & ægro contingit loqui duobus modis.

PRIMO ſecundum quòd vtrumque nominat ſubiectum in complemento, & ſic ſunt media inter hoc, ſcilicet corpus laſſum, & hoc eſt medium ſecundum latitudinem, ſcilicet per abnegationem vtriuſque extremi, ſcilicet quòd non ſanum nec ægrum, quod ſecundum medicos dicitur neutrum, & ſic accipiunt medici ſanum, & ægrum.

ALIO modo contingit loqui de ſano & ægro per comparationem ad cauſas, & principia, quæ conſiſtunt in æqualitate humorum, quorum nihil eſt medium: & ſic dicuntur ſanum & ægrum immediate: & ſic accipit Logicus qui eſt inſpector cauſarum.

QVAE SINT CONTRARIA immediata.

CONTRARIA immediata ſunt illa, quorum non eſt neceſſe alterum eſſe in eodem ſubiecto, niſi per remotionem alterius, vt album & nigrum, quorum eſt medium ſecundum ſe fuſcum, & pallidum, rubeum, & huiuſmodi.

Vide Sco. in 2. ſen. d. 15. q. vnica.

CONTRARIETAS DISTINGVITVR *aliter*,

CONTRARIETAS alio modo etiam diſtinguitur per effectus ſuos, ſcilicet principium eſt alicuius principiati principium.

Contrarietas quid. QVAEDAM enim contrarietas eſt, quæ eſt principium patiendi, & agendi & tranſmutandi ad inuicem,& hoc ſolum in formis accidentalibus actiuis, & paſſiuis ad inuicem, & in ſubſtantia non eſt niſi per accidens: & ſic calidum contrariatur frigido, & humidum ſicco.

ALIA eſt contrarietas, quæ eſt principium mouendi, & hoc reperitur in ſubſtantijs ſpiritualibus: quia in nobis ſunt appetitus ad contrarias operationes, ad vitia, vel virtutes.

Sc. in 1. ſen. diſt. 8. q. 3. ALIA eſt contrarietas, quæ eſt principium cognoſcendi, & cauſandi in eſſe eſſentiæ, & hoc reperitur in genere ſubſtantiæ, quæ diuiditur per corpoream, & incorpoream, & hoc eſt in ſubſtantia ſecundum quòd eſt prædicamentum: in primo & ſecundo modo contrarietas non habet eſſe in ſubſtantia.

QVID SIT CONVENIENTIA.

CONVENIENTIA eſt, qua res inter ſe conueniunt, vt Sortes, & Plato in humanitate.

PROPTER quod nota hic, quando dicitur, quòd omnia quæ in aliquo conueniunt, & in aliquo differunt, non ſunt ſimpliciter ſimplicia: ſimpliciter ſimplicia non habent vnde poſſint diuerſificari in aliquo, & identificari cum eodem: nam a quocunque ſe auertunt totaliter ſe auertunt, & ad quodcunque ſe conuertunt totaliter ſe conuertunt.

QVID SIT CONVENIENTIA *realis*.

Vide Bargium in 1. ſent. diſtin. 8. q. 1. CONVENIENTIA realis eſt duplex.

QVAEDAM vniuocationis in tertio, ſicut illa, quæ participat vna forma, vel vna re, & talis conuenientia non attribuitur Creatori, & creaturæ: quia tunc haberent vnum genus.

Vide in q. de veſtigio & d. 2. q. 1. Vide etiam Bargium. ALIA eſt conuenientia realis imitationis, & habitudinis, qua vna res imitatur aliam realiter, & habet habitudinem realem ad ipſam, & ea quæ habent talem conuenientiam realem inter ſe, non oportet quòd habeant vnum genus, ſicut patet in ſubſtantia, & accidentibus: & in tali conuenientia reali conueniunt Deus & creatura: quia creatura imitatur Deum realiter, & habet habitudinem realem ad ipſum.

CONVENIENTIA DICITVR multis modis.

CONVENIENTIA eſt multiplex.

QVAEDAM res conueniunt inter ſe per vnius rei participationem, ſicut homo, & brutum in animali, & hoc dicitur communiter communicabilitas in multis.

ALIO modo, quædam conueniunt per vnius rei conſtitutionem, & ſic materia & forma in quolibet compoſito ex his conueniunt, & hæc eſt conuenientia eſſe. *Sc. in 1. ſen. diſt. 8. q. 1. in princ. ponit differentiam inter cauſalitatē intrinſecā, & extrinſecam.*

ALIO modo ſimpliciter per vnius ſpeciei conſtitutionem, & ſic genus, & differentia ad vnius ſpeciei conſtitutionem conueniunt, quæ eſt communicabilitas eſſentiæ.

ALIO modo quædam conueniunt in vnius effectus conuerſione, vt duæ qualitates primæ ad vnam poſteriorem faciendam, vt calidum agens in humidum cauſat nigrum, vt in Æthiope: & agens in ſiccum cauſat album, vt in cinere patet: & frigidum agens in humidum cauſat album, vt patet in niue: & agens in ſiccum cauſat album, vt patet in dulcedine: & ſimiliter calidum, & ſiccum cauſant leue, & frigidum & ſiccum graue.

ALIO modo quædam conueniunt circa eandem ſpeciem participantia vt homo, planta, & brutum in vegetatione, & homo, & brutum in ſenſitiua: nam animal accipitur a ſenſitiua, & rationale ab intellectiua. *Scot. in 1. ſent. diſtin. 8. q. 3.*

ALIO modo, quædam conueniunt ad vnius rei perfectionem vt ſubſtantia, virtus, & operatio efficiunt perfectionem vniuſcuiuſque rei ſibi inuicem ex habita cauſa, vt eſſentia dat eſſe ſuppoſito, ſuppoſitum non dat eſſe eſſentiæ.

ALIO modo, quædam conueniunt in ratione cauſæ efficientis, & ſic omnia conueniunt: quia a Deo producta ſunt: nam omnia dependent ab ipſo Deo in genere cauſæ efficientis, & finalis. *Scot. in 1. ſent. d. 8 q. 4. & in 5. Met. q. 3.*

ALIO modo, conueniunt in vnius formæ participatione, & ſic omnia in ideata mente conueniunt, quæ eſt cauſa formalis omnium generalis reſpectu Dei indifferens.

ALIO modo, quædam conueniunt in vnius rei conſeruatione ſecundum proportionem, & ſic calidum & humidum in conſeruatione vitę cuiuſlibet viuentis conueniunt.

ALIO modo, quædam conueniunt ad vnius ſecundum ſpeciem ſimul generationem: & ſic Pater, & Mater ad Filij generationem, vel duo ad diſſimilem generationem, vt aſinus & equa ad muli generationem conueniunt. *Vide Scot. in 3. ſent. diſtinct. 4. q. vnica.*

ALIO, modo, quædam conueniunt per communem operationem, & hæc eſt communitas analogiæ, ſiue proportionis: & hæc eſt multiplex.

QVAEDAM enim conueniunt ſecūdum ſimilem operationem duorum ad duo: vt ſicut ſe habet homo ad animal, ita albedo ad colorem: homo & albedo conueniunt in eā diſſimiliter: & animal, & color in compata- *De his quæ conueniūt.*

paratione ita conueniunt diſſimiliter ſecundum comparationem duorum ad vnum, vt animal, & cibus ad ſanitatem comparantur diſſimiliter, & conueniunt in ea diſſimiliter: quia animal vt ſubiectum, cibus vt quid effectiuum.

Alia conueniunt per comparationem vnius ad vnum duorum ad inuicem, vnius ad vnum eſt ſimilitudo alterius, ſimilitudo non conuenit cum ſimili in tertio ſecundum ſe ipſam: vt color qui eſt in aere conuenit ſe ipſa cum eo qui eſt in corpore cuius eſt ſimilitudo, dulcedo quæ eſt in cibo cum ea quæ eſt in ſenſu, hæc conuenientia ponit in vno extremo inclinationem, & inhærentiam, vt in delectante in naue quietem, & ſufficientiam vt in delectato.

NOTA DE CONVERSIONE.

Conuerſio quid.

Conversio eſt propoſitionum, vt facere de ſubiecto prædicatum, & e conuerſo, vt dicit Logicus.

NOTA CVIVS EST CONVERTIBILITAS.

Vide Tartaretũ in ſũmulis, & Sc. in 1. ſen. d. 3. et in 4. ſent. diſtin. 13. q. 1.

Convertibilitas eſt terminorum adæquatorum, vt homo, & riſibile.

DE CONVERTENTIA.

Convertentia eſt relatiuorum, vt quando ad poſitionem vnius, ſequitur poſitio alterius: vt ſeruus, alicuius Domini ſeruus.

QVID SIT CREATVRA.

Sc. in 3. ſen. d. 11. q. 1.

Creatvra eſt, quæ accipit eſſe immediate a primo efficiente, poſt omnino nihil.

QVID SIT CREATIO.

Sc. in 2. ſen. d. 9. ſoluen do primum.

Creatio eſt actio non concurrente alia cauſa alicuius generis, niſi tantum primo efficiente, & primo fine, & talis nulla eſt actio creaturæ.

Creatio proprie dicta eſt productio de nihilo, ideſt non de aliquo,

quo, quod ſit pars primi producti, & receptiuum formæ inductæ, ita annihilatio eſt deſtructio in nihil vtroque modo. Hæc Scotus.

DE CREATIONE ET CONSERVATIONE.

CREATIO, & conſeruatio in creatura diſtinguuntur ex natura rei: quia in primo inſtanti creatur, & poſtea conſeruatur, non tamen diſtinguuntur formaliter: quia eiuſdem fundamenti ad terminum eiuſdem rationis non conſurgit relatio niſi eiuſdem rationis: ſed iſta ſic ſe habent: ergo &c. *Scot. 1. lib. 2. d. & 12. q. quolib.*

NEC diſtinguuntur realiter: quia inueniuntur in vna re habente vnam realitatem.

ETIAM bene diſtinguuntur per accidens: quia conſeruationi, vt conſeruatio eſt, conuenit alia relatio, quàm vt eſt creatio. Franciſcus de Mayr. in ſecundo Sententiarum diſt in. 1. q. 4. *Vide Scot. 12. q. quol.*

QVOMODO DEVS POSSIT ALIQVID de nouo creare.

DEVS poteſt aliquid de nouo creare ſine ſui mutatione. Franciſcus de Mayr. in ſecundo libro Sententiarum diſt. 1. q. 2. ponit quattuor concluſiones. *Vide Sco. in 2. ſentent. diſt. 1. q. 2.*

PRIMA concluſio eſt iſta, quòd impoſſibile eſt tranſire de contradictorio in contradictorium, ſine mutatione facta in aliquo extremorum: eidem enim in quantum idem non poteſt applicari extrema contradictionis: ſi ergo prius conueniebat fieri vnum extremum, & modo aliud, ibi neceſſario eſt aliqua alietas. *Singularis doctrina de tranſitu inter contradictoria.*

SECVNDA concluſio eſt, quòd impoſſibile eſt quòd aliquid tranſeat de contradictorio in contradictorium niſi mutetur in ſe: quia aliter ſe habet nunc quàm prius, & per conſequens mutatur.

TERTIA concluſio eſt, quòd per mutationem factam in altero extremorum, non poteſt aliquid mutari de contradictorio in contradictorium: quia impoſſibile eſt quòd aliquid ſit effectus formalis in aliquo, quin ibi forma, ſed mutari eſt effectus mutationis: ſi ergo aliter ſe habet nunc quàm prius, neceſſario eſt in eo mutatio. *Scot. in 2. diſt. 1. q. 2.*

QVARTA concluſio eſt, quòd aliquid poteſt attribui alicui nunc, quòd non prius ſine ſui mutatione, ſicut Deus modo creat, & prius non, ſine ſui mutatione: ergo &c.

LITTERA D.

DE PROPOSITIONE, DE, ET QVOT MODIS dicatur.

Sc.in 1.ſen. diſt. 5.q.2. de ly.De.in declaratione ſecunda illius propoſitionis. filius eſt de ſubſtantia patris. DE, quandoque dicit habitudinem cauſæ materialis, & formalis.

QVANDOQVE habitudinem localem, vt iſte pannus eſt de agro Piceno, ille homo eſt de Sarnano patria mea.

QVANDOQVE dicit terminum motus a quo, vt venio ad vos de Marchia.

SIMILITER terminum temporis, vt de mane vſque ad veſperam finies me.

ALIQVANDO dicit partitionem, vt vnum de iſtis.

QVANDOQVE dicit reuerſionem loci propinqui, vt venio de vinea.

ALIQVANDO dicit cauſam materialem, vt iſte annulus eſt de auro.

DICTIO QVID SIT.

Dictio qd. DICTIO eſt productio notitiæ genitæ ab intellectu, dicere enim eſt aliquid de intellectu exprimere.

DICERE NON EST NISI natura intellectiua.

Scot. in 1. ſent.diſtin. 32.q. 2. DICERE non eſt niſi naturæ intellectiuæ. Franciſcus de Mayron. in primo Sent. diſtin. 27. q. 1. & accipitur eſſentialiter & notionaliter diſtin. 32.

DICERE contingit quadrupliciter, aut vt potentia, & ſic Pater dicit intellectum.

AVT vt habitu, & ſic dicit ſapientiam.

AVT vt actu, & ſic dicit actum dicendi.

AVT vt obiecto, & ſic dicit eſſentiam.

DICERE ACCIPITVR DVOBVS modis.

Sc.in 1.ſen. d.32.q.2. 5.de Trin. cap. 14. DICERE dupliciter dicitur.

VNO modo eſſentialiter, & iſto modo accipit Auguſtinus cum dicit quòd Pater ſeipſum dicit, & ſic idem eſt quod intelligere. Franciſcus de Mayr. 1. Sent. diſt. 32. q. 5.

QVID

QVID SIT DEMONSTRATIO.

DEMONSTRATIO eſt ſyllogiſmus faciens ſcire per cauſam, hoc eſt per medium, vel definitionem. *Primo poſt. contex. 1.*

ALITER.

DEMONSTRATIO eſt ſyllogiſmus procedens ex præmiſſis, primis, veris, immediatis, prioribus, notioribus, cauſiſque concluſionis. *Primo poſt. contex. 1.*

QVOT MODIS DICATVR demonſtratio.

DEMONSTRATIO duplex reperitur per Philoſophum 1. poſter. ſcilicet quia, & propter quid. *Vide Sco. 7. q. quolib.*

DEMONSTRATIO propter quid eſt illa quæ procedit a cauſis prioribus, & propoſitionibus immediatis.

DEMONSTRATIO quia eſt illa quæ procedit a cauſis poſterioribus ſiue ab effectibus, qui quidem ducunt nos in cognitionem Dei quantum ad generalia, & etiam quantum ad conceptus proprios habitos ex communibus: ſed quantum ad conceptus proprios qui tantum ſciuntur ex fide, vt quòd ſit trinus, & vnus: effectus magis ducunt nos in oppoſitum, & in errorem, vt docet Scotus. *Vide Sco. in prologo. q. 1.*

DEVS NON EST DEMONSTRABILIS, & quomodo.

DEMONSTRABILE non eſt, Deum eſſe, propter quid. Franciſcus de Mayr. in 1. Sent. diſt. 2. q. 2. tres enim termini ponuntur in demonſtratione, ſcilicet ſubiectum, definitio, & paſſio. *Sc. in 1. ſen. diſt. 2. q. 2. Vide 1. poſt in princip.*

QVOMODO DEVS SIT DEMONSTRABILIS.

DEMONSTRABILE eſt Deum eſſe, demonſtratione quia, modo Phyſico per motum, modo Metaphyſico per eminentiam. Franciſcus de Mayr. in 1. lib. Sent. diſt. 2. q. 3. *Quo Deus ſit demonſtrabilis, vel cognoſcibilis. Vide Sco. in 1. ſen. diſtin. 3. q. 2.*

DEMONSTRATIONE quia poſſumus demonſtrare Deum eſſe.

SED eſt intelligendum, quòd duplex eſt demonſtratio quia, vna a priori, & alia a poſteriori: hæc enim eſt communis omni demonſtrationi quia, quòd fiat per paſſionem acceptam pro medio: contingit autem hoc dupliciter.

ALI-

Aliqvando enim contingit, quòd paſſio poſterior eſt concluſa a priori ſicut per medium, & ſic eſt demonſtratio quia a priori: exemplum.

Omne ens infinitum exiſtit actualiter: Deus eſt ens infinitum: ergo &c. hic enim poſterior paſſio oſtenditur per priorem paſſionem tanquam per medium: infinitas eſt paſſio prior exiſtentia: ſed fallitur Franciſcus in hoc: Scotiza, exemplum ſecundi.

Vide Sc. 3. diſt. 1. ſent. q. 2. & diſt. 3. q. 2.

Omnis prima cauſa exiſtit: Deus eſt huiuſmodi: ergo exiſtit: exiſtentia enim Dei prior eſt quàm cauſalitas quæcunque: ideo dicitur demonſtratio a poſteriori.

DENOMINATIO DVOBVS MODIS *dicitur*.

De duplici dominatione. Vide Mauritiũ 1. q. vniuerſalium, in 2. difficultate.

Denominatio eſt duplex, intrinſeca, & extrinſeca.

Intrinseca eſt, quando forma denominans eſt in denominato, vt albedo in pariete.

Extrinseca denominatio eſt quando a qua aliquid denominatur, & non eſt in ea: vt dicere officium Dei, iſtud eſt diuinum.

Isto modo colores dicuntur viſi denominatiue, non quòd videant, ſed quia videntur a viſu, & ab oculo meo.

PRAEDICATIO DENOMINATIVA *eſt duplex*.

Prædicatio denominatiua duplex.

Denominativa prædicatio eſt duplex.

Vna quę eſt ab actualitate, & iſta nunquam eſt vniuoca.

Alia accipitur ab eſſentia priori, & ipſa poteſt eſſe vniuoca: quia reducitur ad primum medium, ſicut prædicatio generis de differentia, & prædicatio tranſcendentium, quæ vere eſt vniuoca. Franciſcus de Mayron. quæſt. 6. prologi.

QVID SIT DEPENDENTIA.

Dependentia eſt reſpectus vnius ad alterum, & eſt duobus modis conſideranda.

Vide Sc. 1. ſent. diſtin. 2. q. 7.

Primo modo abſolute, & ſic non dicit imperfectionem, & ſic in diuinis Filius habet eſſe a Patre: nam poteſt eſſe ibi præexigentia.

Secvndo modo vt contracta, & arguit imperfectionem: & ſic non eſt in diuinis.

QVID SIT ITERVM DEPENDENTIA.

Dependentia quid.

Dependentia eſt relatio ordinis poſteriorum ad prius.

ALI-

ALITER.

DEPENDENTIA eſt ordo eſſentialis præſupponentis ad præſuppoſitum, ſine quo eſſe non poteſt.

SI AVTEM DICAT PRAEEXISTERE.

DEPENDENTIA ſi dicat neceſſario præexiſtere, ſic non reducitur ad aliquod genus cauſæ neceſſario, ſicut actio præexigit approximationem, quæ neceſſario eſt in aliquo genere cauſæ.

QVID SIT DESCENDERE.

DESCENDERE ſecundum Franciſcum ſtat per imperfectius ire: & ſic primus actus ſemper eſt perfectior vltimo, & vltimus imperfectior: ſicut patet ſi intelligam Angelum, cum Angelus ſit ſubſtantia nobilis, & intellectio ſit quædam qualitas, intellectus eſt nobilior intellectione. *Vide Sco. in 1. ſent. diſt. 3. q. 9.*

DESIDERIVM SVMITVR *duobus modis.*

DESIDERIVM ſumitur dupliciter.

VNO modo reſpectu rei habitæ: vnde in prima Petri: In quem deſiderant Angeli proſpicere, ideſt delectantur. *Cap. 1.*

ET iſto modo ſoluuntur inſtantiæ Bonetti, ſcilicet, quòd Deus eſt natura intellectualis: ergo deſiderat ſcire, concedendum eſt iſto modo: quia non dicit imperfectionem, cum nullam dicat potentiam. *Nicolaus Bonettus 1. c. ſua Met.*

SECVNDO modo deſiderium eſt rei non habitæ, & iſtud non eſt ponendum in Deo.

DEVS NON EST IN GENERE.

DEVS non eſt in genere, non quòd infinitus, vel actus purus, vel compoſitio hoc impediat. *Vide Scotũ 8. diſtin. 1. ſent. q. 2.*

PRIMA ratio non concludit: quia non ſaluat quin paternitas poſſit eſſe in genere, cum ipſa non ſit formaliter infinita.

NEC ſecunda valet: quia prius repugnat quidditati eſſe in genere, vel conuenit, antequam intelligatur eſſe actus, vel potentia. *Cap. de ſpecie, et 2. cæli comm. 49.*

NEC tertia valet: quia non oportet quòd ſit compoſitum illud quod eſt in genere: ſed ſufficit quòd habeat plures rationes formales, licet non componantur.

An Deus ſit in genere. Vide Gabr. Biel. in 1. ſent. diſtin. 8. q. 1.

DICIT enim Franciſcus quæſt. 11. prologi, quòd Deus non eſt in genere: quia omne illud quod eſt in genere includit genus tanquam partem eſſentialem: ſed Deo repugnat includere aliquid ſuperius tanquam partem eſſentialem: quia eſt ſimpliciter ſimplex, & per conſequens irreſolubilis.

IN DEO NON SVNT DVO GENERA.

Vide Bargium in 20. d. 1. li. ſent.

IN Deo non ſunt duo genera: ſed duo modi prædicandi ad modum generis, & non duo prædicamenta ſcilicet modus prædicandi ſubſtantiæ: quia ad ſe, & modus prædicandi relationis, non ad ſe. Sed Scotus in 8. d. primi q. 2. dicit quòd nunquam inuenitur quòd Boetius dicat, quòd duo genera maneant in Deo. Vide ibi.

Mercurius Triſmegiſt. in libro definitionum Dei. 22. Apoc.

DEVS ſic deſcribitur a Platonicis.

DEVS eſt ſphæra intellectualis, cuius centrum eſt vbique, circumferentia nuſquam.

DEVM appellat *ſphæram* ratione æternitatis: quia ſicut in ſphęra, nec principium eſt, nec finis, ſic Deus de ſe dicit: Ego ſum alpha, & ω, principium & finis. *Intellectualis*: nam Deus eſt ſpiritualis, & immaterialis, non enim poteſt percipi niſi ratione intellectus. *Cuius centrum eſt vbique.* Centrum Dei eſt creatura, ſicut enim centrum in ſphæra reſpectu ſphærę habet nomen puncti, ſic creatura, reſpectu Dei: hoc centrum eſt vbique, quia nullus eſt locus vbi non ſit creatura. *Circumferentia vero nuſquam*: quia Dei Maieſtas comprehendi nequit.

Deſcriptio Dei ex Sco.

SECVNDVM extracta Doctoris ſubtilis, ſic deſcribitur Deus:

DEVS eſt ens infinitæ intellectualitatis, voluntatis, bonitatis, potentiæ, & ens ſumme neceſſarium.

Damaſc. li. orthod. ſi. cap. 12.

HOC nomen Deus dicitur a triplici nomine, ſcilicet a Thein, quod eſt ardere, vel Ethein, quod eſt fouere, vel Theaſte quod eſt videre: quia ardet charitate, fouet pietate, videt omnia claritate.

DEVS creauit in homine imaginem quam non ſeruauit.

RESPONDENT Gabriel Biel, & Cameracenſis, quòd imago capitur dupliciter.

VNO modo prout ſupponit pro ſubſtantia animæ cum ſuis potentijs, & ſic homo non perdidit imaginem per peccatum.

ALIO modo capitur complete ſcilicet, pro vt anima cum ſuis potentijs eſt ſub actibus ſecundis, & ſic homo per peccatum perdidit illos actus, & conſequenter imaginem completam.

DEVS an poſſit infundere notitiam diſtinctam de eſſentia diuina homini ſtanti in pręſenti ſtatu.

RESPONSIO.

Scot. in 2. ſen. d. 3. q. 1.

NAM intellectus non diceretur recipere, vt in iſto ſtatu: quia vt in iſto ſtatu recipit mediantibus phantaſmatibus.

DEVS

Devs diligit creaturam amore effectus, & non affectus: nam tota dilectio voluntatis diuinæ, attenditur penes effectum quem producit, & ſi producat effectum perfectiorem, dicimus quòd illum magis amat: quia dat ſibi maiorem bonitatem: vnde amare ratione affectus eſt amare obiectum ex bonitate quam habet in ſe, quod non competit Deo ratione obiecti creati, ſed ſolum voluntati creatæ: & ideo Deus quidquid operatur, iuſte operatur, cui nemo dicere poteſt, cur ita facis: O homo tu quis es, qui reſpondeas Deo? &c. *Sc. in 3. ſen. diſt. 32.* *Iob 1. & Rom. 9.*

Devs & ſuum intelligere an ſint idem.

Responsio.

Aristoteles, & omnes Theologi, & maxime Scotus, affirmant, quòd intelligere Dei ſit idem quod ipſe Deus, & poteſt hoc probari multis rationibus. *12. Meta. contex. 51.*

Primo ſic: Si intellectio Dei eſſet accidens, tunc eſſent in eo infinitę intellectiones.

Secvndo ſic: Ibi tunc eſſet compoſitio.

Tertio: Tunc non eſſet primum ens.

Qvarto ſic, & eſt ratio Ariſt. quia tunc Deus non eſſet optima ſubſtantia, quia perficeretur per aliud à ſe. *Vide Sco. in 8. d. 1. q. 1.*

Qvinto, quia tunc continuatio intellectionis eſſet ei laborioſa. *12. Meta. contex. 51.*

Sexto: Tunc intellectus diuinus eſſet in potentia ad ſuum intelligere, quod eſt falſum.

Devs generat alium Deum, id eſt Deus generat alium qui eſt Deus, & in hoc ſenſu eſt vera, quia generat Filium qui eſt Deus. *Sc. in 1. ſen. d. 4. q. 1.*

Devs ſecundum Ariſtotelem, & Auerroem vbi habitet. *Ariſtot. 8. Phyſic. contex. 84.*

Respondetvr ſecundum Ariſtotelem, quòd Deus eſt in circumferentia cęli: quia primus motor debet poni vbi motus eſt velocior: ergo Deus eſt ibi. Quòd motus ſit velocior in circumferentia, quàm in alijs partibus eiuſdem corporis, patet: quia in æquali tempore tranſit maius ſpatium: & Auerroes in commento dicit, quòd Deus eſt in circumferentia ſphęrę: quia actio eius ibi magis apparet: & iterum ibi dicit quòd motor eſt in partibus velocioribus totius: quia quanto aliquid magis appropinquatur motori, tanto velocius mouetur.

Devs an poſſit recipere accidentia aliqua. *Reſponſio Mauritij.*

Respondet Mauritius in expoſitione illius quæſtionis, an vniuerſale ſit in re vt in ſubiecto, & eſt ſententia Scoti, quòd Deus non recipit accidentia realia, ſed bene intentionalia: ſed quomodo recipiat iſta accidentia, vide in Mauritio multos modos dicendi. *Sc. in 1. ſen. d. 39. ſolutio de 2. princ. 4. quæſtionis*

Devs an in intelligendo diſcurrat.

Respondetvr ex ſententia Ariſtot. quòd Deus non poteſt diſcurrere ab intellectione partium ad intellectionem totius. *12. Meta. contex. 51.*

Secvndo ſic: In Deo non eſt motus: ergo non diſcurrit.

Tertio: Sua intellectio eſt ſua ſubſtantia: ergo non diſcurrit.

QVARTO: Quia ſimul omnia intelligit, ergo non diſcurrit, & hæc eſt optima ratio.

Tria ſunt de ratione diſcurſus.

SED notandum eſt quòd tria ſunt de ratione diſcurſus.

PRIMVM quòd intelligatur hoc poſt hoc.

SECVNDVM quòd intelligatur hoc per hoc.

TERTIVM quòd extrema diſcurſus cognoſcantur diuerſis actibus intelligendi.

Vide 3. q. prolegi.

DEVS non diſcurrit quantum ad tres primas conditiones: nam Scotus inquit quòd omnes Angeli vere diſcurrunt, ſed ſolus Deus non diſcurrit: ſed Franciſcus de Mayr. Reſpondet quòd ſpiritus ſeparati poſſunt totum diſcurſum vnico actu cognoſcere, & ita negat tertiam conditionem. Scotizam.

Vide Guilielmũ veri lon. 37. d. primi.

DEVM eſſe vbique ſecundum ſuam præſentiam, eſt Deum diſtincte omnia cognoſcere.

DEVM eſſe vbique ſecundum ſuam potentiam, eſt Deum omnia conſeruare.

DEVM eſſe vbique ſecundum ſuam eſſentiam, eſt Deum eſſe præſentem ſecundum infinitatem.

QVOMODO DEVS SIT VBIQVE.

Vide Scotũ in 1. ſent. diſtin. 37. q. vnica.

DEVS eſt vbique per potentiam: quia eſt cauſa omnium rerum.

DEVS eſt vbique per præſentiam: quia habet in ſe ideas omnium rerum.

DEVS eſt vbique per eſſentiam: quia a nullo diſtat. Vide Ocham in primo Sententiarum diſtin. 37.

DEVS AN SIT AEQVALITER in omnibus creaturis.

RESPONDET Richardus de media villa quòd ſic, per naturam, ſed non per gratiam.

DEVS dicitur productiuus reſpectu eorum, quæ ſunt ad intra, & reſpectu eorum nullo pacto eſt factiuus, ſed reſpectu eorum quæ fiunt extra dicitur factiuus, & hoc patet in ſymbolo.

DEVS eſt Dominus tantum denominatione extrinſeca, in quantum ſcilicet terminat relationem realem creaturæ, & ſic denominatione extrinſeca dicitur realiter Dominus de nouo.

Scot. in 1. ſent. diſt. 3.

SED dices, an ſit formaliter de nouo Dominus.

RE-

RESPONSIO.

QVOD in intellectu creato potente cauſare relationem rationis de nouo Dei ad creaturam eſt formaliter, & de nouo Dominus tali relatione rationis: ſed apud intellectum diuinum non poteſt eſſe de nouo Dominus, quia de nouo, vt dictum eſt, non poteſt cauſare relationem rationis.

HIS tribus modis Deus vbique eſt. *Vide Sco. in 4. ſen. diſt. 10. q. 2.*

PRIMO præſentia.

SECVNDO potentia.

TERTIO eſſentia, & verius eſt hic quàm nos, cuius merito peccare coram tanto ente erubeſcere debemus. Guilielmus Vorilon. primo Sententiarum diſtin. 37. vide pro hoc Franciſcum de Mayr. primo libro Sententiarum diſtin. 37.

DEVS CONCVRRIT AD OMNEM *effectum*.

DEVS concurrit ad omnem effectum cauſæ efficientis. Franciſcus de Mayr. in 1. Sent. diſt. 44. q. 7.

ALIQVI Hæretici dixerunt, quòd non erat neceſſe, Deum concurrere ad omnem effectum. *Opinio aliorum.*

SED contra iſtos arguit Franciſcus ratione dependentiæ: quia a Deo omnia dependent, & in fieri, & in eſſe. *Vide Scoti 1. ſenten. diſtinct. 43. q. vnica.*

SECVNDO, via contingentiæ: quia omnes effectus cauſarum ſecundarum naturalium, vtpote cęli, & ignis, & talium, neceſſario euenirent, niſi cauſa vniuerſalis contingenter concurriſſet, huius cauſa eſt Deus.

VTRVM DEVS CONCVRRAT AD OMNES *actus elicitos, & imperatos*.

QVIA ſi ſic, tunc videtur quòd Deus ſit cauſa peccati: quia tales actus a voluntate habent eſſe. *Scot. in 2. ſent. d. 37. q. vnica.*

DICVNT aliqui, vt Scotus & bene, quòd Deus concurrit ad ſubſtratum, & poſitiuum actus, non tamen ad deformitatem ipſum conſequentem.

AN DEVS EX OMNIPOTENTIA *ſua poſſit ſupplere cauſalitates cauſarum ſecundarum*.

QVO ad hanc partem communiter tenetur a Theologis, quòd ſic. *Opinio Theologorum.*

ISTA

ISTA concluſio primo declaratur, ſecundo probatur.

PRIMA conditio, concluſio eſt vera tribus conditionibus ſeruatis.

Deus nõ poteſt ſupplere vicẽ cauſæ materialis.

PRIMO in genere cauſæ efficientis, non materialis: quia non poteſt Deus ſupplere pro materiali cauſa, ſed pro efficienti tantum.

NEC etiam eſt vera in cauſis formalibus: quia Deus non poteſt informare.

Deus non poteſt informare.

NEC etiam in cauſis finalibus: quia ſecundę cauſæ finales non ſunt vltimi fines, vt eſt Deus.

SECVNDA conditio, vt gloſſula eſt.

QVOD iſta concluſio, & propoſitio eſt vera in abſolutis, non in reſpectiuis: vt, Deus abſque ſole poteſt cauſare, & producere radios illuminatiuos in hoc mundo, quòd autem iſte radius referatur ad ſolem, hoc non poteſt.

DEVS ſine ſole. Theologi dant exemplum de Adam.

Exemplum Frãciſci de Mayr.

DEVS abſque cauſalitate potuit generare filium Adę, ſcilicet Cain abſolute, ſed quod ſit filius Adæ, ſine ipſo Adamo, hoc nullo pacto poteſt fieri, Franciſcus 43. & 44. q. 8. 1. Sent.

TERTIA conditio.

QVOD iſta propoſitio eſt vera in cauſis ſecundis agentibus naturaliter, non a propoſito: quoniam ſi Deus poſſet ſupplere vicem cauſarum ſecundarum agentium a propoſito, vt noſtræ voluntatis, ſic Deus poſſet facere peccatum, vt poteſt ipſa noſtra voluntas, quę eſt agens liberum, quod falſum eſt.

PROBATVR modo concluſio.

Sc. in 4. ſen. d. 49. q. 2. dicit, quòd iſta ꝓpoſitio habet veritatem duabus conditionibus ſeruatis, & in 5. Met. q. 1.

ET accipio propoſitionem vulgatam in ſacra ſchola: Quod eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati ab illa cauſa.

SED ſic eſt quòd Deus eſt cauſa cauſarum ſecundarum, & cauſarum virtutum: quia cauſæ ſecundę dependent a prima, & in eſſe, & in operari: ergo Deus poteſt cauſare cauſabilia a cauſis ſecundis, & ſic vera eſt illa concluſio Theologica, quòd Deus poteſt ſupplere vicem cauſarum ſecundarum.

SED hic eſt incommodum.

QVIA maior huius probationis impugnatur ab aliquibus: quia ſi propoſitio eſſet vera: ergo Deus eſt cauſa peccati: nam cauſa peccati eſt voluntas, voluntas cauſatur a Deo: ergo Deus poteſt cauſare peccatum: quia quod eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati: ergo &c.

Vide Sco. in 2. ſen. d. 37. q. vnica. Sc. 1. q. quol. artic. 1.

AD hoc ex ſupradictis facilis eſt reſponſio, quòd illa propoſitio eſt vera in cauſis efficientibus, non in cauſis deficientibus, voluntas noſtra eſt cauſa peccati, non effectiue, ſed defectiue: quia peccatum eſt defectus: nam peccando homo deficit a regulis diuinis &c.

DEVS ſecundum Bonettum non eſt ſimpliciter ſimplex, ſed reſolubilis in plures conceptus, in ens, & in illimitatum, licet Franciſ. de Mayr. & Scotus hoc non teneant.

DE DEO HABEMVS CONCEPTVM *quidditatiuum.*

DE Deo habemus conceptum quidditatiuum, vt dicit Franciſcus de Mayr. in 1. Sent. diſt. 3. q. 1.

ET nota quòd conceptus quidditatiuus eſt duplex.

VNVS qui eſt ſimpliciter, & non reſolubilis, & diſtinctus in ſe, non conſtitutiuus ex pluribus, & iſto modo conceptum quidditatiuum non habemus de Deo.

ALIO modo conceptus quidditatiuus eſt conſtitutiuus ex pluribus: quia ſimul coniuncti faciunt vnum conceptum, & ſic intelligit Franciſcus de Mayr. & iſto modo poſſumus Deum cognoſcere, & ideo tenet quòd Deus eſt cognoſcibilis à creatura ſub aliquo conceptu quidditatiuo, qui dicitur de Deo in quid. Franciſcus de Mayron. primo Sententiarum diſt. 3. quęſt. 1. *Vide eta in Sco. q. 1. huius: 3. diſt. In Deo ſūt rationes duplices.*

IN Deo quædam ſunt rationes communicabiles, vt ens, bonum, & nulla iſtarum eſt de ſe hæc.

ALIAE ſunt communicabiles, vt infinitas, & iſta forte eſt de ſe hæc. Franciſcus. 5. q. prologi.

NOTANDVM.

LICET enim Deus quantum ad rationem Deitatis, forte ſit primo diuerſus a creatura, tamen quantum ad omnes perfectiones ſimpliciter quæ ſunt in Deo, a creatura non eſt primo diuerſus. Franciſcus de Mayr. 5. quæſt. prologi.

DEVS EST EMINENTER OMNIS *creatura.*

DEVS eſt eminenter omnis creatura, non ſecundum rationem ſpecificam: quia omnis talis eminentius continetur in Deo, quàm in ſeipſa, ibidem.

PRIMVS MODVS DICENDI *per ſe non eſt in diuinis.*

IN diuinis non eſt primus modus dicendi per ſe: quia ibi non eſt definitio, nec definibile, ſed eſt ibi modus reducibilis ad primum modum dicendi per ſe, ad modum generis, & differentiæ. Franciſcus de Mayron. 6. quæſt. prologi, in fine. *Primus modus dicendi per ſe poteſt conſiderari duobus modis.*

DEI-

DEITAS, VEL DIVINITAS *non diſtinguuntur.*

Vide Sc.q.5 & 6.quol.et d. 3.q.1.pri mi lib. ſent.

DEITAS, vel diuinitas, & infinitas, neceſſitas, & contingentia, non diſtinguuntur formaliter: quia infinitas, & neceſſitas, &c. non ſunt formalitates, nec dicunt formalitatem, ſed ſunt modi intrinſeci. Franciſcus 1. Sentent. diſt. 10. quæſt. 1.

DICERE QVID.

Pulchrum exemplum.

DICERE eſt aliquid de intellectu exprimere, & eſt talis differentia inter dicere, & generare, qualis eſt inter dealbeſcere & albefacere: dealbeſcere eſt habere albedinem, albefacere eſt album facere: vnus enim Æthiops poteſt albefacere: ſed non dealbari: ſic in propoſito.

Dicere eſt actus virtutis intellectualiter.

ITEM dicere non eſt niſi naturæ intellectiuæ. Franciſcus de Mayron. primo libro Sent. diſt. 27. q. 1.

DICERE QVOT MODIS DICATVR.

DICERE tamen duobus modis dicitur.

Vide Sc. pro hoc in 1. ſen. d. 32. q. 2.

VNO modo eſſentialiter, & iſto modo accipit Auguſtinus 15. de Trinitate cap. 14. quòd Pater ſe ipſum dicit, & ſic idem eſt quod intelligere.

ALIO modo perſonaliter, vt Pater dicit Filium, hoc eſt generat, & ſic idem eſt per modum intellectus producere. Franciſcus de Mayron. in primo libro Sent. diſt. 32. q. 5. In qua quæritur vtrum Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus dicant verbo.

DICERE in iſta quæſtione non accipitur perſonaliter, ſed eſſentialiter: quia nullum perſonale competit tribus, & verbum non accipitur hic ſecundum proprietatem, ſed ſecundum appropriationem: quia licet Pater in diuinis aliquid operetur verbo: quia dat ei vim operatiuam, tamen Spiritus ſanctus nihil operatur verbo ſumpto ſecundum ſuam proprietatem: quia Spiritus ſanctus nihil dat verbo.

Dicere verbum, et dicere verbo, quo & de quibus ueri ficantur in diuinis, & de quibus, & qualiter non.

SED ſi dicere capiatur pro intelligere, tunc Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus verbo dicunt, hoc eſt de intellectione cui appropriatur verbum: ibidem in præambulis.

SOLVS Pater in diuinis dicit verbum, accipiendo perſonaliter dicere: quia idem eſt per modum intellectus producere.

SED accipiendo dicere eſſentialiter competit tribus perſonis: quia tunc non poteſt accipi niſi pro actuali notitia, ſed non conuenit dicere verbo, accipiendo perſonaliter, quamuis conueniat eſſentialiter: ibidem in concluſionibus.

ITEM actus dicendi non præcedit in diuinis actum intelligendi. Franciſcus de Mayr. in 1. Sent. diſt. 32. q. 5.

DICE-

DICERE PROPRIE QVID.

DICERE proprie non eſt intelligere: quia dicere pertinet ad memoriam, intelligere ad intelligentiam, ſecundum Auguſtinum. *Dicere, & intelligere, quid ſint.*

DICERE NON EST AGERE.

DICERE non eſt agere: quia dici non eſt pati. *Dicere an ſit agere.*

ITEM dicere non eſt producere obiectum in eſſe cognito, cum pertineat ad memoriam, etiam quia dictio eſt productio ſimpliciter.

ITEM dicere eſt verbum producere in eſſe reali, & nota ibidem in primo articulo.

ITEM actus intelligendi in diuinis, præcedit actum dictionis actiuæ, & paſſiuæ: quia eſſentualia præcedunt notionalia ibidem. *Scot. 1. q. quolib.*

ACTVS INTELLIGENDI.

ITEM actus intelligendi in ſuppoſito Patris ſuo modo præcedit actum dictionis actiuæ, & in ſuppoſito verbi præcedit actum dictionis paſſiuæ: quia quem ordinem habent inter ſe talem retinet in ſuppoſitis in quibus ſunt: ibidem in quattuor concluſionibus q 6. *Intelligere diuinũ præcedit natura dictionẽ actiuam, et paſſiuam in ſe, & in ſuppoſitis diuinis.*

NOTANDVM.

NOTA tamen, quod licet intelligere præcedat dicere in Patre, & in verbo dici: non tamen cum reduplicatione, ſcilicet vt in patre, & vt in verbo: ibidem in ſolutione argumentorum.

ET ſi actus dicendi præcedat actum intelligendi, hoc eſt per accidens: ibidem queſt. 6.

ET licet Scotus noſter dicat quòd in creaturis dicere præcedat intelligere, hoc tamen intelligit originatiue: non tamen natura: vnde dicit Franciſcus quòd intelligere in creaturis præcedit dicere actiue, & dici paſſiue: quia intellectio naturaliter producta eſt terminus dictionis actiuę, & eſt fundamentum dictionis paſſiuæ: ſed tam terminus quàm fundamentum præcedunt relationem: ergo &c. *Vide Sc. in quolib. q. 2. artic. 1. & alibi, ut ſcit*

ET licet dictio ſit via ad intellectionem genitam, hoc eſt intelligendum originatiue, non natura: ibidem.

DEFINITIO QVID SIT.

Sco. in 1. q. prolegi, in 2. ſent. d. 3. q. 6. & 7. Met. q. 13.

DEFINITIO eſt medium in demonſtratione potiſſima. Franciſcus de Mayr. in 1. Sent. diſt. 2. q. 2.

ITEM definitio eſt quid complectens principia eſſentialia a parte rei.

DEFINITIO MENTALIS QVOMODO dicatur.

DEFINITIO quæ eſt in mente, vel in intellectu ex terminis, dicitur ſignum illius definitionis realis a parte rei.

DEFINITIO QVID.

Vide Sco. 3. q. prologi. DEFINITIO eſt quidditas, vel propria ratio formalis cuiuſlibet habentis definitionem. In non habentibus autem definitionem, ſicut eſt Deus, ens, & tranſcendentia, abſtractum eorum eſt ratio formalis: vt Deus, Deitas, & ens, & entitas.

DEFINITIO EST MVLTIPLEX.

Definitio multiplex. DEFINITIO eſt multiplex: definitio enim eſt, vt eſt præſentium. SECVNDO vt eſt eſſentia.

TERTIO vt eſt actualiter exiſtens.

DEFINITIO rei vt eſt eſſentia, quædam datur per genus, & differentias, quæ ſunt ſibi principia rei in eſſe eſſentiæ: vt homo eſt animal rationale, animal eſt ſubſtantia animata ſenſibilis, & ſic de alijs: & hoc eſt per cauſam formalem.

NOTANDVM.

Sc. in 4. ſen. diſt. 1. q. 2. DEFINITIO rei vt eſt prædicabilis, non dicitur definitio, ſed potius deſcriptio, aut definitio deſcriptiua, ideſt non pure quidditatiua: nam Scotus noſter in 4. Sententiarum ait quòd definitio, non conuenit entibus rationis, dicamus quòd verum eſt definitione propriiſſime ſumpta: nam intentiones ſecundæ definiuntur, vt Logicus definit ex genere, & differentia, vt Scotus ibidem expreſſe dicit.

ALIA DEFINITIO.

DEFINITIO alia aſſignatur per cauſam finalem, vt homo eſt animal tendens ad beatitudinem, quam conſiderat moralis.

DE DEFINITIONE TRIBVS MODIS loquendum eſt.

NOTANDVM quòd de definitione, & de partibus definitionis contingit loqui tribus modis.

VNO

Vno modo ſecundum rem.

Alio modo ſecundum intentionem.

Tertio modo ſecundum ordinem, & partium poſitionem in toto: & ſic diuerſi artifices diuerſimode definiunt res.

Logicvs vero determinat de definitione ſecundum communes intentiones, quæ ſunt genus & differentia. *Sc. in 4. ſen. diſt. 1. q. 2.*

Sed hæ intentiones tripliciter conſiderantur, vno modo ſecundum quòd definitio eſt interminabilis per conſiderationes, & loca: & ſic Philoſophus accipit in Topicis, & conſiderat de ipſa definitione.

Alio modo ſecundum quòd in eſſe proprio ordinatur definitio: & ingreditur demonſtrationem, & ſecundum aliquod genus commune, & ſic determinatur de definitione in libris poſteriorum.

Tertio conſiderantur illæ communes intentiones, ſecundum quòd ſunt tranſcendentes: & iſto modo definitio ſpectat ad Metaphyſicum: & ſic dicitur definitio in 7. Met. ſecundum quòd res conſiderantur in eſſe eſſentiæ, vero, & puro. *Definitionis cōſideratio eſt cōis Logico, & Philoſopho, ſed diuerſis modis. Vide in 7. Metaph. contex. 42.*

Si vero conſiderantur ſecundum ordinem, & modum, & poſitionem partium in toto, ſic definitio datur per priora, ſcilicet per genus, & differentias proprias ſpecificas, ſicut Logicus in communi.

DEFINITIO NON DIFFERT *formaliter a definito.*

Definitio non differt formaliter a definito: quia quandocunque aliqua ſic ſe habent, quòd adęquate vnum dicitur de reliquo in primo modo dicendi per ſe, illa non differunt formaliter: ergo &c. Ita eſt in propoſito: ergo &c. Franciſcus de Mayron. in primo libro Sententiarum diſt. 2. quæſt. 2. *7. Metaph. contex. 21.*

DEFINITIO AN DIFFERAT *a definito.*

Definitio licet non differat a definito formaliter: differt tamen ex natura rei, cum definitum importet totum, & definitio explicet partes, totum autem reddit eſſentiam rei, definitum addit aliquid ad definitionem. Franciſcus de Mayr. in 1. Sent. diſt. 2. q. 2. *Vide Sc. in 1. ſent. diſt. 2. q. 2.*

DEFINITIO ET PASSIO NON SVNT *omnibus modis idem.*

Definitio & paſſio non ſunt omnibus modis idem: quia definitio eſt per ſe nota de ſubiecto, non autem paſſio: ergo &c. ibidem.

DEFINITIO ENTITATIS.

DEFINITIO entitatis conuenit Deitati, vel eſſentiæ.

DEFINITIO DUPLEX.

Definitio quid. DEFINITIO eſt duplex, ſcilicet quid, & quia: definitio quæ datur per quid eſt illa, quæ indicat eſſe rei per eſſentialia, de qua ſuperius dictum eſt.

Definitio quia. DEFINITIO quia vel cauſalis eſt, quæ datur per effectus, vt cum dicitur ſecundo de anima, contex. 6. anima eſt actus corporis &c.

AD VERAM DEFINITIONEM quinque requiruntur.

Sc. in 4. ſen. diſt. 1. q. 2. QVINQVE requiruntur ad veram definitionem. PRIMO quòd ſit ens poſitiuum: quia priuatio vel quod nihil eſt definiri non poteſt.

SECVNDO quòd ſit vnum per ſe, & non per accidens: & ideo homo eſt albus, non poteſt definiri.

TERTIO quòd ſit vniuerſale: & ideo particulare non definitur.

QVARTO quòd ſit ens reale: & ideo ens rationis non definitur.

QVINTO quòd ſit compoſitum, ideſt quòd non ſit ens ſimpliciter ſimplex: & per hoc excluduntur ens, differentiæ, & paſſiones.

DIFFERENTIA QVID SIT.

Cap. de differentia. DIFFERENTIA, vt dicit Porphirius eſt, qua differunt a ſe ſingula, vel qua abundat ſpecies a genere, vel quæ adueniens generi conſtituit ſpeciem, vt rationale adueniens animali conſtituit hominem.

ITEM differentia eſt triplex, ſcilicet eſſentialis, actualis, & modalis.

Differentia eſſentialis quid. DIFFERENTIA eſſentialis ſimplex eſt, quæ cum diuerſo conſtituit vnum cum ipſo, vt animal.

Differentia actualis qd. ACTVALIS quæ cum diuerſo non facit vnum per ſe, vt ægrum, ſanum.

Differentia modalis qd. DIFFERENTIA modalis eſt illa, qua ille modus additus diuerſo, non facit variationem, vel compoſitionem: vt albedo quinque graduum, & quattuor non differunt niſi penes modum.

DIFFERENTIAE QVAE SINT PRIMAE.

DIFFERENTIAE primæ ſunt, quæ primum ens diuidunt: vt limitatum, & illimitatum, abſolutum, & reſpectiuum. *Quæ ſint differentiæ primæ.*

ET nota quòd differentiæ entis ſunt primo diuerſæ ab ente, ſicut differentiæ contrahentes ſubſtantiam, & corpus, & animal: & ſic deſcendendo vſque ad ſpeciem ſpecialiſſimam erunt primo diuerſæ quæ contrahunt.

DIFFERENTIA ET PRIMO *diuerſa*.

DIFFERENTIA & primo diuerſa, & diſparata in hoc differunt; quia differentia in aliquibus differunt, & in aliquibus conueniunt, quòd non faciunt primo diuerſa: quia primo diuerſa in nullo ſcilicet & quidditatiue conueniunt. *Vide Sc. in 1. ſen. diſt. 3. q. 3. & 2. ſent. diſt. 3. q. 5. & 6.*

DISPARATA QVAE SINT.

DISPERATA ſunt illa, quę differunt inter ſe, & in vno tertio conueniunt: vt rationale, & irrationale differunt inter ſe, & conueniunt in animali. *Diſparata quid.*

DIFFERENTIAE SVPERIORES *quæ ſint.*

DIFFERENTIAE ſuperiores ſunt, limitatum, & illimitatum ſubſtantiæ, corporeum, & incorporeum. *Differentiæ ſuperiores quid.*

DIFFERENTIAE MEDIAE *quæ ſint.*

DIFFERENTIAE mediæ animatum, & inanimatum: & differentiæ ſpecificæ, rationale, & irrationale, iſtę faciunt diſtingui formaliter: ſed differentiæ indiuiduales non: vt hic Sortes, & hic Plato: ideo iſta conſequentia non valet: Diſtinguuntur realiter: ergo formaliter: quoniam Conſtantius, & Antonius: Diſtinguuntur realiter, ſed non formaliter. *Differentiæ mediæ quid.*

SED quæri poteſt diſtinguuntur formaliter paſſiones a ſubiecto ſuo.

RESPONDETVR quòd paſſiones aliquæ ſunt modales, vt finitas, & infinitas, quæ dicunt gradus illius cui inſunt paſſiones, & iſtę non faciunt diſtingui formaliter, cum non ſint formalitates. *Sc. in 2. ſen. d. 3. q. 5. 6. & 7. & diſt. 6. q. 2.*

ALIAE ſunt paſſiones, quæ dicunt formalitatem, vt riſibilitas, & iſta diſtinguitur formaliter a ſubiecto: quia homo riſibilis diſtinguitur ab homine inquantum homo.

DIFFERENTIAE APPROPRIATAE quæ ſint.

Differentia appropriata quid.

DIFFERENTIAE appropriatæ ſunt rationale, & irrationale: ſubalternæ, animatum, ſenſibile, rationale: nam ſub corpore ponitur animatum, ſuper animatum ſenſibile, ſupra ſenſibile rationale.

NOTANDVM.

Opinio Nicolai Bonetti in ſua Met. cap. 8.

QVAE differunt realiter, non poſſunt eſſe idem formaliter, vt ait Bonettus: ſed hoc verum eſt de puris quidditatibus, cuius ſunt humanitas, equinitas, & ſic de alijs, non tamen debet intelligi de his, quæ non ſunt puræ quidditates, cuius ſunt indiuidua ſpecierum, ſicut Horatius frater meus, & Conſtantius qui non ſunt diuerſæ quidditates, nec differunt formaliter.

PATER, ET FILIVS QVOMODO diligant ſe.

Vide Sco. in 1. ſen. diſt. 32. q. 1.

PATER, & Filius diligunt ſe. Franciſcus de Mayr. in primo Senten. diſt. 32. queſt. 3.

Diligere aliquid conuenit quattuor modis.

DILIGERE aliquid conuenit quadrupliciter.

VEL ſicut potentia operante, ſcilicet voluntate, vel ſicut habitu perficiente, ſcilicet charitate, vel ſicut actu immanente, ſcilicet dilectione, vel ſicut obiecto terminante, ſcilicet in ipſo fine.

PRIMO modo Pater, & Filius diligunt ſe voluntate.

SECVNDO modo charitate.

TERTIO modo ſuo actu volendi.

QVARTO modo ipſa eſſentia.

DILECTIO APPROPRIATVR Spiritui ſancto.

DILECTIO appropriatur Spiritui ſancto ex modo ſuæ æmanationis in ſolutione argumenti. Sic enim debet exponi iſta locutio: Pater, & Filius diligunt ſe Spiritu ſancto, hoc eſt Pater, & Filius diligunt ſe dilectione, cui appropriatur Spiritus ſanctus.

DISTINCTIO QVID SIT.

Diſt. quid.

DISTINCTIO eſt habitudo duorum extremorum, quorum vnum non eſt aliud in illo in quo diſtinguuntur.

DISTIN-

DISTINCTIONIS ALIA DEFINITIO.

DISTINCTIO eſt medium negandi vnum ab alio: iſta eſt definitio propria: quia iſte terminus diſtinctio, non eſt aliquid abſolutum, ſed reſpectiuum.

NOTANDVM.

ITEM ſciendum eſt, quòd quædam diſtinguuntur formaliter, & realiter, ſicut homo, & aſinus in actuali exiſtentia diſtinguuntur per ſuas rationes quidditatiuas, & realiter per ſuas exiſtentias diuerſas, & realitates reales. *Vide auctorem formalitatum.*

QVAEDAM tamen diſtinguuntur formaliter, & non realiter: ſicut homo, & aſinus in potentia: homo enim in potentia, eſt homo in potentia: & aſinus in potentia, eſt aſinus in potentia: quia ſibi competunt ſuæ definitiones. *Quæ diſtinguũtur formaliter, & nõ realiter.*

ALIQVA autem ſunt, quę diſtinguuntur realiter, & non formaliter, ſicut indiuidua eiuſdem ſpeciei: quia non eſt alia, & alia quidditas.

ALIA quæ nec realiter, nec formaliter diſtinguuntur, ſicut quidditas, & modus quidditatis, vt iuſtitia, & infinitas, humanitas, & exiſtentia.

NOTANDVM.

PROPTER quod nota quòd ſeptem ſunt diſtinctiones ſecundum mentem Scotiſtarum. *Vide Tartaretum in prædicabilibus cap. de accidente.*

PRIMA rationis, ſiue collatiua.
SECVNDA ex natura rei, ſiue extremorum alicuius rei.
TERTIA formalis, ſiue quidditatiua.
QVARTA realis.
QVINTA eſſentialis.
SEXTA ſe totis ſubiectiue.
SEPTIMA ſe totis obiectiue.

DISTINCTIO RATIONIS QVAE SIT.

DISTINCTIO rationis eſt ſolum per actum collatiuum intellectus, ita vt non a re, ſed ab intellectu præciſe habet dependentiam: ita quòd intellectu non conſiderante nihil eſt, vt dextrum & ſiniſtrum in columna. *Vide Scotũ in 1. ſent. diſt. 2. q. 4.*

ET nota quòd diſtinctio rationis eſt duplex, ſcilicet quædam eſt quòd præciſe dependet ab intellectu, ita vt nihil ſibi correſpondeat in re: & iſta proprie eſt diſtinctio rationis, vt Sortes eſt Sortes. *Diſtinctio rationis duplex.*

ALTERA vero non præciſe dependet ab intellectu, ſed primo dependet a cauſare, & iſta non eſt propria.

DISTINCTIO EX NATVRA REI quid ſit.

Vide Sco. in 1. ſent. diſt. 2. q. 4.

2. diſtin. 1. ſent. d. 2.

DISTINCTIO ex natura rei proprie eſt illa, quæ ſolum conſiſtit in diuerſis rationibus terminorum, vnius & indiuiſæ, ſiue indiuiſibilis rei, circumſcripto tamen omni opere intellectus: vt Andreas, & ens, vel eſſentia, & proprietas, definitio, & definitum: de diſtinctione definitionis a definito, quære Scotum.

DISTINCTIO FORMALIS quid ſit.

Quære Sco. primo reportationũ d. 33. q. 2.

DISTINCTIO formalis, eſt illa quæ cadit inter illa, quorum quidditates ſunt diuerſæ, ſiue formalitates, ſiue rationes definitiuæ.

DISTINCTIO REALIS QVID SIT.

Vide Auctorẽ formalitatum

DISTINCTIO realis propriè loquendo, eſt illa quæ cadit inter illa quorum quodlibet eſt aliqua entitas poſitiua & realis, & vnum alterum non includit in vltima abſtractione, nec aliquo modo de eo prædicari poteſt.

DISTINCTIO ESSENTIALIS quid ſit.

DISTINCTIO eſſentialis eſt illa, quæ cadit inter illa, quæ per aliquam potentiam poſſunt ab inuicem ſeparari.

DISTINCTIO SE TOTIS ſubiectiue quid.

Vide Tartaretũ, ſed altius conſidera.

DISTINCTIO ſe totis ſubiectiue eſt illa quæ cadit inter ea, quæ ita ſe habent quòd eorum realitates ſunt diſtinctæ numero, vt duo indiuidua.

DISTINCTIO SE TOTIS OBIECTIVE quid ſit.

DISTINCTIO ſe totis obiectiue eſt illa, quæ cadit inter ea, quæ non in aliqua realitate conueniunt, vel quidditatiua ratione, vel conceptu vniuoco & reali, vt duæ vltimæ differentiæ.

DISTIN-

DISTINCTIONES ISTAE QVOMODO *inueſtigentur.*

DISTINCTIO formalis inueſtigatur per viam definitionis, hoc modo. *Vide auctorem formalitatum.*

PRIMO quandocunque aliquid ponitur in definitione vnius, quod non ponitur in definitione alterius, illa diſtinguuntur formaliter.

SECVNDO per viam diuiſionis: quia quandocunque aliquid diuiditur per differentias oppoſitas, quidquid cadit ſub vna illarum, diſtinguitur formaliter a quocunque cadente ſub alio. *Quo distin formalis inueſtigetur.*

TERTIO per viam deſcriptionis: quia quorum deſcriptiones ſunt diuerſæ, ipſa diſtinguuntur formaliter.

QVARTO per viam demonſtrationis: quia quando eſt aliquid demonſtrabile de vno propter quid, quod non eſt de alio, illa habent diuerſas definitiones, his additur via reduplicationis: quia quandocunque aliquid conuenit alicui, quod non alteri, illa diſtinguuntur formaliter.

DISTINCTIO REALIS.

DISTINCTIO realis inueſtigatur per viam originis, quando ſcilicet vnum originat reliquum. *Quo distinctio realis inueſtigetur.*

SECVNDO per viam generationis, quando ſcilicet vnum generatur ſine reliquo.

TERTIO per viam corruptionis, quando ſcilicet vnum corrumpitur, altero non corrupto.

QVARTO per viam ſeparationis, vt quando aliqua ab inuicem ſunt ſeparabilia.

DISTINCTIO MODALIS.

DISTINCTIO modalis eſt multiplex: quia vna eſt inter quidditatem, & modum eius, vt Deitas, & infinitas.

ALIA eſt inter modos oppoſitos, vt finitum & infinitum.

ALIA eſt modorum eiuſdem rationis, vt heccheitatis, ſit heccheitas. Nec quiſquam huius generis vocem, heccheitatem ſcilicet, iure poteſt deridere, cum Cicero ipſe Appietatem, ab Appio, & Lentulitatem a Lentulo dicere veritus non ſit. *Cic. lib. 3. Epiſt. fam. 7.*

ALIA eſt modorum diſparatorum, ſicut neceſſitas, & infinitas.

NOTANDVM.

ET poteſt huiuſmodi diſtinctio inueſtigari per viam generationis, & corruptionis: & per viam ſeparationis, & eſt eo modo quo inueſtigatur eſſentialis: tertio per viam dependentiæ: quarto per viam generum, *Quo distinctio modalis inueſtigetur.*

& ſpecierum non ſubalternatim poſitarum: ab his abſtrahitur diſtinctio ex natura rei.

DISTINCTIO EX NATVRA REI.

Quo diſtinctio ex naturæ rei inueſtigetur.

DISTINCTIO autem ex natura rei inueſtigatur per omnia genera oppoſitionum, ſcilicet contrarietatis relatiuę, & oppoſitæ contradictoriæ, & priuatiuæ.

DISTINCTIO ESSENTIALIS in diuinis.

DISTINCTIO eſſentialis eſt in diuinis inter Deum & creaturam: realis inter perſonas ad intra: formalis inter relationes, & inter attributa: & modalis inter eſſentiam, & modos eius, vel modos ad inuicem.

PROPRIETAS, ET ESSENTIA.

DISTINGVVNTVR proprietas, & eſſentia ſecundum rationem non fabricatam ab anima. Franciſcus de Mayron. in primo Sent. diſt. 33. quæſt. 2.

Vide Sco. 3. d. 1. lib. ſen. q. vnica.

ET nota pro doctrina Franciſci & bene, quòd licet Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus non diſtinguantur rebus fundamentalibus: quia illæ ſunt eſſentiales, tamen diſtinguuntur rebus formalibus, ideſt actualibus, cuiuſmodi ſunt Paternitas, & Filiatio, & Spiratio.

DISTANTIA DICITVR DVOBVS modis.

DISTANTIA eſt duplex: vna per abnegationem poſitam ex parte vnius extremi, & iſto modo contraria ſumme diſtāt, & in infinitum.

Quo Deus & creatura diſtent.

ALIO modo per infinitam poſitionem a parte alterius extremi: & ſic Deus, & creatura in infinitum diſtant.

DIVISIO DICITVR MVLTIPLICITER.

DIVISIO multis modis dicitur.

VNO modo vocis in ſignificata, vt canis.

ALIO modo totius in partes eſſentiales, ſicut homo in corpus, & animam.

TERTIO in partes integrales, ſicut domus in tectum, & fundamentum, & parietem.

QVARTO modo in partes ſubiectiuas, ſicut animal rationale, & irrationale.

QVIN-

QVINTO accidentis in accidentia, vt coloratum aliud album, aliud nigrum.

SEXTO modo accidentis in ſubſtantiam, vt ægrum, & ſanum in animali.

SEPTIMO ſubſtantiæ in accidentia, vt hominum alius æger, alius ſanus.

DVRATIO QVID SIT.

DVRATIO non eſt niſi exiſtentis, ſicut actiuitas, æternitas, quę eſt menſura durationis, & etiam Chriſtus. Vide Franciſ. *Duratio quid.*

DVRATIO DICITVR DVOBVS modis.

DVRATIO poteſt accipi duobus modis:

VNO modo pro rei permanentia: & ſic Scotiſtæ ponunt durationem eſſe communem ad æternum, & æuum ad tempus. *Vide Sc.i 2. ſent. diſt. 2.*

ALIO modo capitur pro continuatione rei ſucceſſiuæ menſurabilis.

ET iſto modo non eſt niſi rerum, quæ permanent ſub natura.

NOTA bene iſtam diſtinctionem. Nam Petrus Aureolus non vult quòd ponatur duratio in diuinis, & in permanentibus. *Opinio Aureoli.*

LITTERA E.

ESSENTIA QVID SIT.

ESSENTIA, vt dicunt aliqui, non poteſt videri ſine perſona: quia ſicut eſt quo, ita perſona eſt quod: quia quandoque natura eſt quo, eius ſuppoſitum eſt quod: tamen Franciſcus de Mayr. dicit in prima q. prologi: quòd hoc dicitur eſſe falſum in actionibus immanentibus: vnde Philoſophi conſiderauerunt infinitatem Dei, ſuppoſita ignorando: Iudęi etiam viderunt, & Demones humanitatem Chriſti, eius tamen ſuppoſitum ignorantes. *Quare S. Tho. Henricũ. & alios, præſertim Occham in primo ſent. diſt. 2.*

ESSENTIA AN SIT TOTALE principium verbi.

ESSENTIA in ratione obiecti non eſt totale principium verbi, nec ſolus intellectus ratione potentiæ, ſed eſſentia in ratione obiecti, & intellectus in ratione potentiæ concurrunt ad productionem verbi. Franciſcus *Vide Sc.i 2. q. quoli. nã memoria ſe*

eunda ſecundum Aug. 5. de Tri. eſt productiuum principium verbi. 5.d.1.ſent.

ciſcus de Mayr. in primo Sent. diſtin. 4. q. 3. in quattuor concluſionibus: nam explicat reſolute quid partiale, quid totale principium, & etiam dicit quòd eſſentia eſt principalius in eſſendo: quia illimitatius.

ESSENTIA diuina propter vltimatam abſtractionem non generat, nec generatur, nec alia verba adiectiue proprie de illa prædicantur: iſta enim conceditur: Eſſentia diuina eſt generatio: tamen iſta non conceditur: Eſſentia diuina generat, vel generatur. Vide etiam Magiſtrum Sententiarum.

ESSENTIA AN GENERET.

Modi dicendi aliorum

ILLI qui dicunt quòd eſſentia non generat, nec generatur: quia actiones ſunt ſuppoſitorum, non ſufficit: quia anima ſeparata agit, licet non ſit ſuppoſitum.

SECVNDA opinio eſt: Eſſentia non generat, quia eſt ad ſe: ſi enim generaret, referretur ad aliud ſecundum generationem, & per conſequens non eſſet eſſentia, ſi eſſet ad aliud.

Eſſe ad aliud duplex. Vide Sco. in 2.d.1.q.5. ſoluendo prĭcipalia; & 3. d. 1. q. 5.

CONTRA: Licet repugnet diuinę eſſentię eſſe ad aliud quidditatiue: quia ſic non eſſet eſſentia: tamen non repugnat ſibi eſſe ad aliud ſibi denominatiue: ſicut de qualibet ſubſtantia creata poteſt dici quòd ſibi repugnat eſſe ad aliud primo modo, non tamen ſecundo modo. Vide pro hoc Doctorem ſubtilem bene declarantem.

NEC ideo quia eſt communis tribus, ideo non generat.

CONTRA: Nam dicimus quòd perfectum generat perfectum, & tamen eadem perfectio eſt in tribus.

Scot. diſt.5. q.1. lib.1.

IDEO concludit Scotus dicens, quòd quia quod, & quo, ex oppoſito diſtinguuntur, hinc eſt quòd illud cui conuenit eſſe quo, non competit eſſe quod: ſed diuina eſſentia eſt quo, reſpectu generationis: ergo non poteſt eſſe quod, & per conſequens nec generare.

NOTANDVM.

ET quia hic fiunt aliquæ inſtantiæ, ſcilicet eſſentia communicatur Filio, & iſta communicatio in Filio non videtur niſi generatio paſſiua: ergo ſicut conceditur quòd communicatur, ita quòd poterit generari.

Hylarius 9. de Trin.

SECVNDO ſic: Auguſtinus 15. de Trinitate, quidquid habet Filius habet a Patre: ſed eſſentiã habet: ergo a Patre habet: quia nihil habet Filius niſi natum, ideo habet eſſentiam per natiuitatem: tamen in hoc accipit eſſe.

Ioan. c. 10.

ITEM: Pater quod dedit mihi maius omnibus eſt, ſed hoc non eſt niſi eſſentia: ergo eſſentia datur: ſed dari non eſt aliud quàm produci: ergo eſſentia producitur.

RESPONDETVR.

QVòd communicare abſtrahit a generare, ſicut ſuperius a ſuo inferiori: non enim ſequitur, eſſentia diuina communicatur: ergo generatur: quia locus a toto vniuerſali non eſt conſtitutiuus. *Franciſ. de Mayron. 1. ſent. diſtin. 5. q. 2.*

Vel aliter: Communicatio, & generatio ſunt relationes diſparatæ, ſiue diſquiparantiæ, generatio eſt relatio originis, communicatio eſt relatio communis.

Ad auctoritatem ipſius Auguſtini reſpondetur, quòd aliquando terminus formalis accipit eſſe ſimpliciter, ſcilicet quando non prius fuit: aliquando autem ſolum ſecundum quid, vt in ſuppoſito: per reſurrectionem anima non accipit eſſe ſimpliciter, ſed in compoſito: ſic dico de diuina eſſentia in propoſito, vel dicas nihil habet niſi natum, ideſt quòd naſcendo accepit. Scotus 2. quæſt. quolib. *Accipere eſſe cõtigit dupliciter. Eſſentia diuina eſt nata, ideſt Filio per generationem communicata.*

ESSENTIA DIVINA QVID SIT.

ESSENTIA diuina eſt cauſa eorum quæ ſunt extra, in genere cauſæ finalis. Franciſcus de Mayr. diſt. 5. primi Sent. q. 7. & dicit Franciſcus hoc probando, cauſalitas prima & perfectiſſima eſt attribuenda primæ & perfectiſſimæ perfectioni: ſed cauſalitas finalis eſt perfectiſſima, eſſentia autem diuina eſt perfectiſſima perfectio: ergo &c. *Vide Sco. 4. q. prologi.*

Item nulla perfectio habet rationem ſummi boni niſi eſsẽtia diuina: ſed ratio finis eſt ratio ſummi boni: ergo ratio finis competit eſſentiæ propriè.

Item illud quod eſt ſumme appetibile ab omnibus, habet rationem finis omnium: ſed diuina eſſentia eſt ſumme appetibilis ab omnibus: ergo ipſa eſt finis omnium.

Item obiectum beatificum ſub eadem ratione habet cauſalitatem cauſæ finalis, ſub qua quietat appetitum beati: ſed eſſentia diuina ſub ratione qua eſt eſſentia diuina quietat intellectum beati: ergo ſub illa ratione eſt cauſa finalis. *Finis ſine efficiẽte nõ totaliter cauſat. Scotiza.*

ESSENTIAE DIVINAE DESCRIPTIO.

ESSENTIA diuina eſt entitas realis, exiſtens prima, vnica, abſoluta, qua in diuinis quælibet perſona eſt Deus, in ſe, a ſe, & ex ſe radicaliter infinita, ſingulariſſima, communicabilis, ex qua omnia infinita tanquam ex radice infinitantur. *Sco. in 1. q. quol. art. 2.*

ESSENTIA, EXISTENTIA, & ſubſiſtentia quid ſint.

Sco. in 9. q. quolib. NOTANDVM eſt quòd res ſubſiſtens, eſt res incommunicabilis, vt quo, & vt quod: vnde ſecundum ea quæ habet Scotus ſic poteſt deſcribi.

RES ſubſiſtens eſt per ſe ens habens vltimatam actualitatem non ordinabilem ad vlteriorem actum, nec eſt alteri ratio eſſendi: & iſta tantum competit prædicamento ſubſtantiæ.

EXISTENTIA vero competit omnibus prædicamentis: vnde omnis res ſubſiſtens eſt res exiſtens, & non e contra.

ESSENTIA, ſiue eſſe eſſentię eſt ipſa quidditas abſolute conſiderata, ſiue exiſtat, ſiue non.

NOTANDVM.

Scot. in 3. diſt. 1. q. 2. NOTA tamen quòd Theologi ſæpe confundunt iſta vocabula: vnde Scotus dicit, quòd eſſentia eſt ſubſiſtens communis tribus: ibi ſubſiſtens capitur pro exiſtente: vel ſic exponatur ille locus, eſt ſubſiſtens communis tribus, ideſt quæ eſt ſubſiſtens in tribus.

ESSENTIA SINE VOLVNTATE non eſt principium.

ESSENTIA ſine voluntate non eſt principium productiuum alicuius ad extra in ratione cauſæ efficientis. Franciſcus de Mayr. in primo Sent. diſt. 5. q. vltima: quia tunc voluntas eſſet cauſa prior: vt cauſa perfectior, & vniuerſalior quod eſt abſurdum.

ESSENTIA EST TERMINVS.

Vide Scotū d. 5. 1. q. 2. ESSENTIA eſt terminus creaturarum per modum finis, ideo non per modum efficientis: ibidem in fine quæſtionis. Vide Franciſcum de Mayron.

ESSENTIA DIVINA EST abſolutiſſima.

Vide Sco. 1. quolib. ESSENTIA diuina eſt abſolutiſſima, & nunquam relatiua, & ſi fiat iſtud breue argumentum.

OMNE principium productiuum alicuius refertur ad illud cuius eſt princi-

principium: ſed eſſentia diuina eſt principium productiuum: ergo refertur.

A d maiorem dicitur, quòd omne principium productiuum bene refertur ad illud, cuius eſt principium: ſed non principium quo, ſicut eſſentia diuina eſt principium quo Filij, & ſuppoſitum paternum eſt principrium quod productiuum Filij. *Vide Sco. in 1. ſen. diſt. 2. q. 4.*

E t ſi dicatur: Omne principium alicuius principiati eſt principium: concedo quòd omne tale eſt principium quo, vel quod, ſed principium quo non refertur niſi per principium quod.

E s s e n t i a diuina non refertur ad Filium vt principium, niſi per ſuppoſitum paternum: quia eſſentia diuina eſt quid abſolutiſſimum, ſuppoſitum paternum eſt quid reſpectiuum. *Vide Sc. in 1. ſent. diſt. 4. q. 2.*

N o t a quòd iſtę propoſitiones ſcilicet, eſſentia diuina generat, eſſentia gubernat, Deitas generat, & conſimiles, de virtute ſermonis & proprie non ſunt veræ, nec tamen ſunt negandæ propter auctoritates Sanctorum: quia homo ſtatim deduceretur ad metam ſaltem inopinabilem: & ſic debent gloſſari: quandocunque abſtractum ſupponit pro concreto: vt eſſentia diuina generat, ideſt ſuppoſitum diuinum, vel ens ſummum generat: & ſic de alijs conſimilibus. *Vide Bargium in 1. ſent. diſtin. 5. q. 1.*

E t ſi dicatur: Hic Pater generat, hic Pater eſt eſſentia: ergo eſſentia diuina generat, prima ſcilicet maior eſt formalis, minor vero identica: ergo iſta erit identica: eſſentia generat, & per conſequens non negatur. *Vide Sc. in 1. ſent. diſt. 5. q. 1.*

E t ſi dicatur contra.

Q v a n d o c v m q v e vnum extremorum, vel prædicatum eſt infinitum, prædicatio eſt identica, verum eſt ſi non prædicetur formaliter, ideſt denominatiue, & adiectiue, ſicut eſt de iſto verbo generat, & tales debent reſolui in identitatem ſic: eſſentia generat, ideſt aliquid quod eſt eſſentia generat, vel idem cum eſſentia generat.

ESSENTIALE QVIBVS conueniat.

E s s e n t i a l e duobus modis ſumitur: nam ſecundum Auicennam aliquid dicitur eſſentiale alteri, vel quia eſt de conſtitutione ſuę eſſentiæ, vel conſequitur illud inſeparabiliter vt modus intrinſecus: & idem dicit Auerroes quòd eſſentiale, & per ſe idem ſunt: per ſe autem dicitur duobus modis proprie, vt patet ex Ariſt. ideo eſſentiale primo modo dicitur per ſe in eſſe alteri quod cadit in eius definitione tanquam pars eſſentiæ rei, vel tota etiam definitio. *Quid eſſentiale ſit. Vide Sc. 2. q. quolib. 5. Metaph. c. de per ſe. Primo Poſt. contex. 9.*

S e c v n d o modo ineſt per ſe alteri id, quod recipit illud cui ineſt in ſui definitione: & ſic propria paſſio ineſt ſuo ſubiecto: primo modo eſſentialitas, vt rationalitas, vel potentia ratiocinandi per ſe ineſt homini: ſecundo modo, riſibilitas, vel potentia ridendi.

ESSENTIALIA QUOMODO *præcedant notionalia.*

ESSENTIALIA præcedunt notionalia ſecundum Franciſcum de Mayr. q. prima prologi in reſponſione contra ſecundum dictum vltimæ opinionis: quòd eſſentialia præcedunt notionalia: iſta regula intelligitur hoc modo, eſſentialia ad intra pręcedunt notionalia ad intra, ſed eſſentialia ad extra non.

Vide Sc. in 1 q. quolib.

DE ESSENTIALIBUS ABSOLUTIS.

ESSENTIALIA abſoluta dicentia perfectionem ad intra, cuiuſmodi ſunt intelligere, & velle, ſunt priora quibuſcunque proprietatibus relatiuis in diuinis: ſed proprietates relatiuæ, ſiue notionalia dicentia reſpectum ad intra, præcedunt eſſentialia ad extra, cuiuſmodi ſunt creare, conſeruare, gubernare, contra opinionem multorum.

Eſſentiale dup. Vide Scotũ 1. q. quolib.

ESSENTIALIA QUAE SINT.

ESSENTIALIA ſunt illa quæ de qualibet perſona dicuntur ſigillatim, & de tribus confeſtim in ſingulari, tamen non in plurali: vnde Pater eſt ens, Filius eſt ens, Spiritus ſanctus eſt ens, non tamen tria entia, ſed vnum ens: ita Deus, ſapientia, ſpiritus, & iuſtitia, bonitas, & veritas: & ſic de alijs dicuntur eſſentialia: immo nullus expreſſit ea: licet multa ponantur in ſymbolo Athanaſij, & tamen ibi non eſt niſi vnica eſſentia: & ſic de formalitatibus poterunt eſſe plures formalitates, non tamen plures formæ, nec realitates.

Vide eũ in Scot. prima q. quolib.

ENS QUID SIT.

ENS eſt, quod eſſentiam rei ſignificat. *Auicenna.*

ENS eſt, quod ordinem retinet ſeruatq. naturam. *Boetius.*

ENS eſt eorum quæ habent eſſentiam. *Auerroes.*

ENS NON POTEST ESSE *genus.*

ENS non poteſt eſſe genus, quamuis prædicetur de decem prædicamentis: quia ad hoc quod aliquid ſit genus, multa requiruntur, quæ ens non habet.

Ens dicitur vniuocum ad decem

PRIMO

PRIMO quòd ſit quidditas finita per ſe, vel quòd finitas ſequatur ipſam quidditatem tamquam modus intrinſecus. *prædicamēta. & ad Deum.*

SECVNDO modo, quòd ipſa quidditas habeat modum ſiue rationem partis potentialis, & compoſſibilis cum ipſa differentia ipſam actuante, & perficiente, cum omne prædicatum per ſe in prædicamento, conceptus ſit finitus, & ideo habet rationem partis, ſolum enim finitum poteſt eſſe pars alicuius totius: quia omne totum eſt maius ſua parte, infinito autem nihil eſt maius. *Sc. in 1. ſen. diſtin. 3. q. 1. & 3.*

TERTIO quòd ex ſe non eſt finitum, nec infinitum, nec poteſt habere rationem partis, ens non eſt huiuſmodi: quia abſtrahit ab infinitate, & finitate: ergo ens non eſt genus. *Q̃uo ens nō ſit genus.*

ENS EST PARS POTENTIALIS cuiuslibet poſitiui.

ENs eſt pars potentialis cuiuſlibet poſitiui, vt dicit Bonettus in ſua Metaphyſica: ſed eſt ſic intelligendum, quòd eſt pars conceptus, non pars diuiſibilis, cum non ſit genus. *Quomodo ens ſit pars*

ENS AN PRAEDICETVR AEQVIVOCE de eſſentia Dei.

SCOTVS dicit quòd ens prædicatur ęquiuoce de eſſentia Dei, vt ſi dicam: Eſſentia eſt ens, Filiatio eſt ens, ens ipſum non prædicatur de eis vniuoce, ſed ęquiuocè. *Vide Scot. 19. q. quol. artic. 2.*

HVIVS oppoſitum videtur aſſerere in primo Sententiarum vbi tenet quòd ab vltimis conſtitutiuis perſonarum abſtrahitur quidam conceptus realis, dictus in quid de eis: vt ſi dicamus, Paternitas eſt ens, Filiatio eſt ens, Spiratio eſt ens, illud prædicatur de eis vniuoce, vel ſaltem eſt ad illa vniuocum prædicatum. *1. lib. ſent. diſt. 26. q. vnica.*

SOLVTIO.

QVANDO ergo Scotus dicit, quòd ens prædicatur ęquiuoce, intelligendum eſt per ęquiuoce, ideſt analogice, ſicut vtitur Auerroes hoc dicendi genere, dicens: Perfectio dicta de anima intellectiua, & alijs animabus pura æquiuocatione ęquiuoce dicitur, hoc eſt analogice: & Scotus in primo Sententiarum dicit quòd ens eſt vniuocum ad quidditatem, & ſuppoſitum: prius tamen prædicatur de natura, poſtea de ſuppoſito. *Scot. 19. q. quol. art. 2. et 2. de aīa commen. 7. Sc. in 1. ſen. diſt. 1. q. 2.*

ENS QVOMODO DIVIDATVR.

Scotus 5. q. quolibet.

SCOTVS diuidit ens per quantum, & non quantum, hoc eſt per perfectum, & non perfectum, & dicit hanc eſſe ipſius entis primam diuiſionem.

Scotus 1. Meta. q. 1.

QVI tamen primo Metaph. diuidit ens per finitum, & infinitum prima ſui diuiſione.

SOLVTIO.

DIVISIO entis per quantum, & non quantum eſt Theologica.

DIVISIO entis per finitum & infinitum eſt prima, phyſice loquendo.

TAMEN ens poteſt diuidi in quidditates: & ſic immediate diuiditur in decem prędicamenta.

Auerroes 5. Metaph. comm. 14. 1. Phyſic. comm. 6. et 6. Metaph. commen. 1. 3. Phyſic. cōm. 3. et 1. de anima. comm. 6.

POTEST etiam diuidi per modos: & ſic diuiditur per finitum, & infinitum, ens per ſe, & per accidens, neceſſarium, & contingens, per vnum, & multa, tanquam per paſſiones.

POTEST diuidi per differentias analogas: & ſic per actum, & potentiam: ait enim Auerroes: actus & potentia ſunt differentiæ valde oppoſitæ, & circuunt omnia genera, prima autem per modos eſt per finitum, & infinitum.

ENS RATIONIS DICITVR *tribus modis.*

Vide Sco. 1. ſent. diſt. 4. queſt. 2.

ENS rationis tribus modis accipi ſolet, ſubiectiue, & obiectiue, tertio pro comparatione paſſiua, qua per intellectum vnum obiectum cognitum, ad aliud obiectum cognitum comparatur.

PRIMO modo pro illo quod habet eſſe in anima ſubiectiue, vt ſpecies, actus, & habitus.

SECVNDO modo obiectiue, ſicut vniuerſalia ſunt in anima per ſpecies a rebus cauſatas, vel a Deo impreſſas.

Vide auctorẽ formalitatũ in 1. articulo.

TERTIO modo pro comparatione paſſiua, qua per intellectum vnum obiectum cognitum ad aliud obiectum cognitum comparatur.

ENS rationis duobus primis modis non diſtinguitur contra ens reale, ſed ens rationis tertio modo captum, nullo modo continetur, nec continet ſub ſe ens reale, tamquam ſuperius ſuum inferius.

ENS PROHIBITVM.

Ens prohibitũ quid.

ENS prohibitum dicit rationem falſam cuius ſcilicet vna pars repugnat alteri, vt ſi dicerem: homo irrationalis, animal inſenſibile: iſta

non

non ſtant ſimul, & de iſto non eſt ſcientia: quia cum non ſit intelligibile, vel demonſtrabile, non eſt ſcibile.

ENS PER ACCIDENS DICITVR duobus modis.

ENs per accidens duobus modis poteſt accipi.

VNO modo, quod raro, & in paucioribus euenit, & non quia non euenit infra quattuor, vel centum annos. *Ens per accidens duobus modis ſumitur.*

SECVNDO quod eſt aggregatum ex rebus diuerſorum prædicamentorum.

ENS DIMINVTVM QVID SIT.

ENs diminutum eſt, quod non eſt naturaliter extra, ſicut ſubiectum Logicę: nam entia quæ non ſunt extra animam, non dicuntur entia ſimpliciter. *9. Met. contex. 7. & 5. Meta. contex. 15.*

ENS HABET DVPLICES paſsiones.

ENs habet duplices paſſiones diſiunctas, videlicet ſimplices paſſiones diſiunctas, vt ſunt neceſſarium, vel contingens, actus, vel potentia, creatum, vel increatum, cauſa, vel effectus, ſed quælibet iſtarum conuertitur cum ente. *Vide Tartaretum in 1. Met. notabili 2. Sco. lib. 1. d. 39. & in 1. Meta.*

PASSIONES ſimplices ſunt, vnum, verum, & bonum.

ORDO vero paſſionum non videtur eſſe probabilis, ſed quoddam fictitium: tamen pro hoc vide Bargium bene declarantem, prima quæſtione prologi.

ENS EST PERFECTIO ſimpliciter.

ENs eſt perfectio ſimpliciter: quia eſt melius quocunque ſibi incompoſſibili ſecundum Scotum. *Scot. 5. q. quolibet.*

ITEM ens & res prima impreſſione imprimuntur in anima noſtra ſecundum Auicennam. *1. Met. c. 5.*

ENTIS CONCEPTVS.

ENTIS conceptus per aliquid contrahitur ad ſua inferiora: & quamuis aliqui dicant quòd ſe ipſo deſcendit: tamen Scotus oppoſitum dicere videtur, & ratio ſua eſt: quia ens antequam deſcendat in prædica-

menta habet aliqua conuertibilia, vt vnum, bonum, verum, quę ſecundum Ariſtotelem, & Auerroem conueniunt enti ſecundum ſuam totam latitudinem.

4. Metaph. contex. 4.

ALIQVA autem habet non conuertibilia, vt infinitas, neceſſitas, ſiue neceſſe eſſe, actus; & potentia, quæ ſecundum Philoſophum conueniunt enti, in quantum ens.

ACTVS enim & potentia ſequuntur ens, & nullum iſtorum eſt conuertibile cum ente in ſua latitudine: quia licet omne finitum ſit ens: non tamen e conuerſo, ſcilicet omne ens eſt finitum.

ET ideo ponitur concluſio Landulphi.

ET licet ens non deſcendat ad ſua inferiora per illud quod eſt conuertibile cum eo: tamen illud quod contrahit ens eſt ſuus gradus intrinſecus. Prima pars concluſionis patet: quia conuertibilia cum ente ſunt lati æque conceptus, ſicut ipſum ens, aliter non eſſent conuertibilia. Vnde Commentator, ens, & vnum ſignificant vnum, & idem omnibus modis, aut vtrunque conuertitur cum altero, ſiue ſuper alterum, & conſequitur illud: ergo non poterit contrahere ens ad ſua inferiora.

4. Metaph. commen. 3.

SECVNDA pars patet: quia ens diuiditur ſecundo modo per finitum, & infinitum, per potentiam, & actum, &c. omnia autem iſta competunt enti antequam deſcendat in prædicamenta, & omnia iſta ſunt gradus intrinſeci entis: & ideo per infinitatem contrahitur ad eſſe in Deo, & per finitatem ad eſſe in creatura.

Vide Sc. in ſuis theorematibus.

ET licet forte Deus contineat omnem gradum entis, tamen Deus eſt vnum ſingulare, a quo abſtrahitur ens, ſicut conceptus vniuocus ſibi, & creaturæ: quia certum eſt quòd finitas, & infinitas ſunt modi intrinſeci entis, & per conſequens ens deſcendit ad inferiora per gradus qui ſunt formaliter idem cum eo, non tamen modaliter: & ideo aliter genus deſcendit, quia per differentias: & aliter ens, quia per modos intrinſecos. Vide Landulphum.

ESSE EST DVPLEX.

Quid ſit eſſe Phyſicũ. Quid ſit eſſe Metaph.

ESSE eſt duplex, ſcilicet Phyſicum, & Metaphyſicum: eſſe Phyſicum eſt illud, quod ſubeſt motui, vel eſt ens limitatum actuale exiſtens, & ſubeſt motui, & materiæ,

ESSE Metaphyſicum eſt illud, quod per ſe ineſt quidditati, & non per accidens.

Quare Sco. 1. Met. q. 9. & in prologo 1. libri ſent. q. 1. Quę qualibet ſcientia poſsit tractare de qdditatibus.

SED quærit Scotus vtrum pertineat per ſe ad Metaphyſicum tractare de quidditatibus, & dicit quòd non: quia quælibet ſcientia tractat, & nata eſt tractare quidditates ſui ſubiecti: tamen dicit, quòd tractare de quidditatibus duobus modis poteſt intelligi.

VNO modo quantum ad habitudinem ſuarum paſſionum.

ALIO modo quantum ad modum ponendi earum, vt abſtrahunt ab hac ſcientia, vel illa, & hoc eſt per accidens: primo modo quælibet ſcientia poteſt tractare de quidditatibus ſaltem ſui ſubiecti: ſecundo modo pertinet ad Metaphyſicum.

ESSE ESSENTIAE QVID.

ESSE eſſentiæ eſt eſſe per abſtractionem à motu, & à materia, quæ abſtractio habet fieri multis modis, quære littera A. dictione abſtractio.

ITEM eſſe eſſentiæ non eſt aliud à quidditate: quia eſſe eſſentiæ eſt illud de quo dicitur definitio, & indicat quid eſt eſſe rei, non indicat autem eſſe niſi quidditatiuum. Quære Franciſcum de Mayr. in primo Sententiarum diſtin. 42. quæſt. 1. in prima veritate. *Eſſe eſſentia non eſt aliud à qditate.*

ESSE ESSENTIAE EST DVPLEX.

ESSE eſſentiæ eſt duplex ſcilicet originatiue, & formaliter: ſecundo modo Filius eſt ęque neceſſe ſicut Pater: non tamen pro primo: quia Filius originatus eſt à Patre.

QVOD ſi tu dicas: Filius diuinus per te eſt neceſſarius ex ſe, formaliter, & non à ſe: Pater diuinus eſt neceſſarius ex ſe, & à ſe: ergo Pater diuinus dicitur eſſe magis neceſſarius quàm Filius. *Vide Trombetă in ſuis formalitatibus art. 1.*

AD hoc reſpondetur, quòd neceſſarium ex ſe, & à ſe eſt magis neceſſarium, eo quòd eſt ex ſe, & non à ſe, vbi habeat diſtinctam naturam, & non eandem: ſed vbi neceſſarium ex ſe, & à ſe, ſic ſit neceſſarium in eadem natura: cum ad eandem naturam ſequatur eadem neceſſitas, ſequitur, quòd iſta duo ſunt ęque neceſſaria.

EXISTENTIA QVID SIT.

EXISTENTIA actualis ſecundum Franciſcum de Mayron. q. 16. prologi, vbi dicit quòd eſt modus intrinſecus, licet non ſecundum Bonettum, & Scotum noſtrum, quoniam exiſtentia ęſt de intrinſeca ratione Dei, ſicut ſubſtantia: ſic vt non ſit modus intrinſecus in Deo, velut in creatura. *Scot. 1. q. quolib.*

ITEM perſpicuum extat in doctrina Scoti, exiſtentiam eſſe de intrinſeca ratione Dei: inquit enim, in diuinis eſt vnica exiſtentia, ſicut vnica eſſentia: ergo non eſt modus intrinſecus, quoniam modi intrinſeci multiplicantur ſaltem formaliter: pars oppoſita Scotiſtarum, quorum caput eſt Trombeta tenet quòd exiſtentia Dei eſt tantum modus intrinſecus: nam Scotus inquit infinitatem præcedere exiſtentiam in diuinis: ſed infinitas eſt modus intrinſecus in Deo, vt habet ipſe Scotus: ergo à fortiori exiſtentia erit modus intrinſecus: nam prædicata quidditatiua præcedunt prædicata modalia, quoniam quidditatiua in primo modo prædicantur, & modalia in ſecundo modo. *Scot. 4. q. quol. art. 2.* *Sc. in 1. ſen. d. 8. q. 3. ad calcem.* *Vide Sco. 5. q. quolib.*

SOLVTIO.

DICO quòd numquam Scotus dixit infinitatem præcedere exiſtentiam in diuinis, ſed aſſeruit infinitatem in diuinis præcedere heccheitatem, ac ſi dicat, non eſt Deus infinitus, quia de ſe hic: ſed eſt de ſe hic, non heccheitate ſuperaddita, quia infinitus.

EXISTENTIAM DARE EST *primus effectus.*

Exiſtentia eſt primus effectus.

EXISTENTIAM dare, eſt primus effectus, quem Deus poſſit circa producibilia dare. Nos enim dare non poſſumus exiſtentiam rei ſimpliciter, quod eſt munus ipſius Dei.

ELENCHVS ET ELECTIO *quid ſit.*

Quid elenchus. Electio q̃d. Vide Sco. in materia de Praxi, & practica Ethic. cap. 5.

ELENCHVS eſt ſyllogiſmus concludens alteram partem contradictionis.

ELECTIO ſequens iudicium ſecundum naturam rei eſt de poſſibilibus.

ELECTIO ſequens iudicium, ſequens imperium voluntatis, poteſt eſſe de impoſſibilibus: vnde componere impoſſibilia non eſt ipſius voluntatis, ſed præcipere, & imperare, ſed componere erit ipſius intellectus.

ELICERE QVID SIT.

Suppoſita diuina producta ſunt elicita præciſe

ELICERE idem eſt quod extrahere, extra ducere, inferre, extra notare, dicuntur ne iſta de diuina eſſentia? dico quòd non: ſed bene ibi ſunt duo elicita ſuppoſita: ideo eſt opinio Franciſci quòd in creaturis generatio actiua, & paſſiua ſunt elicitæ, non autem in diuinis, & hoc ideo eſt, quoniam primæ duæ ſunt dependentes in genere cauſæ efficientis.

Nota bene.

ET quando idem Franciſcus de Mayr. dicit diſtin. 4. q. 8. primi libri Sent. quòd in diuinis eſt aliquid elicitum debet ſic intelligi quòd aliquid elicitur, non elicitum, quod elicitur.

SED fiat talis inſtantia.

PATER eſt actor Filij: ergo Pater agit Filium, & per conſequens elicitur. Dicitur quòd Pater eſt actor reſpectu Filij, non reſpectu generationis Filij.

ELICI-

ELICITITIO QVID SIT.

ELICITITIO eſt quædam ratio formalis abſtrahens ab omni creatione, ſicut productio ab omni factione. Franciſcus de Mayr. diſtin. 4. q. 7. primi Sententiarum, & nota quòd aliquid dicitur elicitum quadrupliciter.

Iſti termini elicitum, & elicitiuum non fuerũt apud Sanctos, aut Philoſophos in uſu, ſed tãtum apud modernos Scholaſticos.

PRIMO modo quidditatiue, ſicut dicimus quòd creatio qua dicuntur cuncta eſſe creata, dicimus in quantum ſeipſam, ipſam eſſe creatam: quia ei conuenit in quid.

SECVNDO modo dicitur aliquid eſſe elicitum denominatiue ſicut actus intelligendi dicitur eſſe elicitus per elicititionem in eo formaliter exiſtentem ſicut eius accidens.

TERTIO modo conſtitutiue, ſicut dicimus quòd verbum noſtrum in quantum verbum eſt elicitum: nam, elicititio ipſum in eſſe verbi conſtituit, conſtituitur enim ex actu intelligendi & elicititione paſſiua.

QVARTO modo conſecutiue, ſicut paſſio dicitur elicita a ſubiecto: quia conſequitur neceſſario eius originem.

Pondera de origine paſſionis a ſubiecto.

EMANATIO QVID SIT.

EMANATIO eſt productio relatiui cum relatiuo diſtincto a perſonis: & iſto termino modicum vtitur Franciſcus, ſed eius loco vtitur productione.

Emanatio quid.

AEQVIVOCA CAVSA.

AEQVIVOCA cauſa eſt, quando producens & productum non conueniunt in forma eſſendi vt ſol reſpectu muris.

Vide Sco. in 3. q. prologi. & d. 3. q. 7. 1. ſent.

AEQVIVOCVM.

AEQVIVOCVM a caſu eſt terminus ſignificans ęque primo plura, diuerſis conceptibus, vt canis: ſed æquiuocum a conſilio eſt terminus plura ſignificans diuerſis conceptibus vnum per prius, & reliquum per poſterius: vt homo ſignificat hominem viuum, & hominem pictum, hominem viuum per prius, & hominem pictum per poſterius, & hæc eſt ſententia pariſienſium.

Vide Pariſienſ. in ante prædicamentis.

AEQVIVOCVM, & vniuocum quomodo habeant medium: vide Scotum in primo, diſtinctione octaua, quæſtione prima.

NOTANDVM DE AEQVIVOCATIONE

Regula famoſa.

PRo æquiuocatione nota, quòd iſta propoſitio eſt concedenda: Omnis homo eſt pictus, & hoc quia prædicatum reſtringit ad ſtandum ſolum pro hominibus pictis, & eſt ſenſus, vel tantum valet: Omnis homo pictus, eſt pictus, & hoc eſt per illam regulam famoſam: Talia ſunt ſubiecta, qualia eorum permittunt prædicata.

SIMILITER in iſta: Omnis canis eſt latrabilis, reſtringit iſtum terminum canis ad ſtandum præciſe pro omnibus canibus latrabilibus.

E conuerſo autem in iſta: Sidus cęleſte eſt canis: quia iſte terminus canis, prædicatum, non reſtringit ſe, nec ſubiectum, ſcilicet Sidus cęleſte: immo ſtat indifferenter pro omnibus ſuis ſignificatis, ideo eſt fallacia æquiuocationis in iſto ſyllogiſmo: Omnis canis eſt latrabilis: Sidus cęleſte eſt canis &c. ratione prædicta.

AEQVIVOCATIONIS TERMINVS *formalis*.

Nota de termino formali æquiuocationis.

AEQVIVOCATIONIS terminus formalis eſt ſemper minus perfectus quàm cauſa, ſiue principium: quia cauſa & principium æquiuocum continet virtualiter illum effectum, & per conſequens dependet talis effectus: non ſic de producto reſpectu producentis: quia non oportet quòd productum dependeat, vt in diuinis.

AEQVALE, VEL INAEQVALE QVID SIT.

Vide Tartaretum in c. de quantitate art. 2. dubio vlt.

AEQVALE, & inęquale ſunt adæquatæ paſſiones quantitatis finitę. Franciſcus de Mayr. diſt. 36. q. 5. primi libri Sententiarum: vnde ſi eſſent duæ quantitates infinitæ non eſſent æquales, nec inæquales, & ratio quia æqualia ſunt, quorum extrema non ſe excędunt, infiniti autem non ſunt extrema; vnde aduerte, quòd aliquid dici ęquale, vel inęquale, poteſt intelligi dupliciter, formaliter, & ſic æqualitate aliquid eſt ęquale; fundamentaliter, & ſic quantitate.

AEQVALE AD PONDVS AN DETVR.

Libro 2. de Gen. q. vl.

PARISIENSES tenent quòd non detur ęquale ad pondus, ſed tantum ad iuſtitiam: quia ſi daretur ęquale ad pondus, tunc motus non haberet locum naturalem: quia qua ratione locus ſurſum eſſet ſibi naturalis, eadem ratione & locus deorſum: & ſic non haberet locum naturalem, & per conſequens nec quietem: & de iſta ęqualitate ad iuſtitiam, & non ad pon-

ad pondus loquitur Ariſt. & Scotus, dum concorditer dicunt cum alijs, quòd organum conſiſtit in quadam proportione media: intelligitur de mediatione ad iuſtitiam & non ad pondus. *Primo cæli contex. 118 Sc. in 4. ſen. d. 43. q. 2. & 44. q. 3.*

AEQVALITAS quomodo ſit inter perſonas diuinas.

DVBIVM.

QVOMODO inter perſonas diuinas ſit æqualitas, cum in Patre & in Filio, & in quolibet eorum ſint duæ relationes originis, & in Spiritu ſancto ſit vna ſola relatio originis.

RESPONDET Franciſcus de Mayr. quòd hoc non eſt inconueniens: quia nulla illarum dicit aliquam perfectionem: ſufficit enim quòd æqualitas ſit inter eas perſonas diuinas in his quæ dicunt perfectionem. *Reſponſio Fräciſci de Mayr. in 1. ſent. d. 19. q. 1. in fine.*

AEQVALITAS QVOMODO *definiatur*.

AEQVALITAS definitur ab Ariſt. in concreto, & in plurali ſic: Illa ſunt eadem quorum ſubſtantia eſt vna: & illa ſunt ſimilia, quorum qualitas eſt vna: & illa ſunt æqualia quorum quantitas eſt vna. *5. Met. tex. non habëte cõmẽtum & 10. Met. & 11. textibus.*

INAEQVALITAS, VBI INVENIATVR.

INAEQVALITAS non inuenitur niſi in quantitate finita: ergo nec totum, nec pars inuenietur niſi in quantitate finita. *Vide Sc. in 1. ſent. diſt. 2. q. 3.*

AEQVALITAS QVOMODO *habeatur*.

AEQVALITAS ſemper ſequitur modum intrinſecum, vt finitatem, vel infinitatem: identitas conſequitur eſſentiam, hoc eſt ſemper eſt inter ęqualia: ſimilitudo ſemper ſequitur rationem attributalem, vt bonitas ſcientiam, & æquitatem. *Quot ſunt infinitates, tot ſunt æqualitates.*

ITEM æqualitas ſumma reperitur inter diuinas perſonas. Franciſcus de Mayr. diſtin. 20. quęſt. 1. primi libri Sententiarum. *Vide Sco. in 5. q. quolib.*

AEQVALITAS QVADRVPLEX *reperitur in rebus, ſecundum quòd quadruplex reperitur quantitas*.

PRIMVS modus quantitatis eſt ſecundum virtutem, ſecundum quam inuenitur gradus virtutis in multis perfectionibus, & ſecundum iſtam *Quãtitatis modus ſecundũ virtutem.*

quantitatem virtutis vna æqualitas attenditur, quæ eſt inter perfectiones, quæ ſunt in eodem gradu.

SECVNDVS modus quantitatis eſt ſecundum diuiſionem, & extenſionem, & ſecundum hoc eſt æqualitas, quę eſt ſecundum identitatem quantitatiuam partium integralium.

TERTIVS modus eſt ſecundum durationem: & ſic intelligitur ęqualitas eorum quæ habent eandem periodum.

QVARTVS modus quantitatis eſt ſecundum numerabilem diſtinctionem, & ex hoc attenditur æqualitas per identitatem vniuocam numeralis diuiſionis.

NOTANDVM.

Quo perſona diuina ſint æquales

ET ſecundum iſtos quattuor modos perſonæ diuinæ ſunt æquales, primo modo ſunt ſumme æquales: quia quidquid perfectionis eſt in vna, eſt in alia, & in eodem gradu: nam quælibet perſona habet omnes perfectiones, & habet eas infinitas, vnica infinitate infinitanter.

SECVNDO etiam modo ſunt &c. ſecundum quòd eis cōuenit quantitas, quæ eſt fundamentum iſtius æqualitatis, ad omnia enim ad quæ ſe extendit vna, & alia.

In perſonis diuinis eſt vna æternitas.

TERTIO etiam modo ſunt æquales, & ſicut modo primo ſunt ęquales (quia in eis eſt vna infinitas) ita iſto tertio modo ſunt æquales, quæ in eis vna eſt omnino æternitas, quę fundat iſtam ęqualitatem.

Vide Sco. 5. q. quolib.

QVARTO modo ſunt æquales: quia quidquid perfectionis eſt in vna, & totum illud eſt in alia, & omnia vniuerſaliter accepta ſunt etiam in vnaquaque, licet in numero relationum ſe excedant: tamen iſtę non dicunt perfectionem ſimpliciter: nam paternitas formaliter vt diximus non dicit perfectionem, ſed dicunt perfectionem negatiue, pro quanto excludunt imperfectionem.

AEQVALITAS EST PASSIO prædicamentalis.

Aequalitas quo non ſit in Deo.

AEQVALITAS quæ eſt paſſio prędicamentalis non eſt in Deo, quia ipſa eſt indiuiſibilis: ſed ibi eſt ęqualitas indeterminabilis dicta & tranſcendens, ſicut quantitas virtutis, quę non eſt in prędicamento.

AETERNVM QVID SIT.

Boetius in 4. lib. de cōſolatione proſa vltima.

AETERNVM eſt interminabilis vitę tota ſimul perfecta poſſeſſio, & dicitur ęternum quaſi extra terminos: quia caret terminis, ſcilicet principio, & fine, vt Dicit Albertus Magnus ſuper quartum Phyſicorum, in tractatu vltimo.

ÆTERNVM dicitur multipliciter, vno modo poſitiue pro infinita duratio-

duratione: alio modo negatiue: & ſic ęternum idem eſt quod non ex tempore. Franciſcus de Mayr. diſt. 42. q. 2. primi libri Sententiarum.

AETERNITAS QVID SIT.

AETERNITAS eſt modus intrinſecus. Franciſcus de Mayr. diſt. 9. q. 1. primi libri Sent. vnde æternitas eſt quæ ſemper durat ſine principio, & ſine fine.

Vide Sco. 6. q. quolib.

AETERNVM SECVNDVM ALIOS *quid ſit.*

AETERNVM ſecundum alios tribus modis dicitur.

VNO modo large accipiendo, quod eſt ſine fine, & ſine initio, vel quod caret fine, & initio, duratione, & tempore: & ſic dicit Philoſophus mundum æternum, nos autem non ſic: vnde quidem æternum vere ſine principio, & ſine fine.

SECVNDO modo, ęternum interminabilis vitę tota ſimul perfecta poſſeſſio: & iſto modo tantummodo Deus eſt æternus.

TERTIO modo dicitur ęternum pro indeterminato tempore, vt Scriptura ſępe dicit: Rex in ęternum viue, ideſt indeterminato tempore, vel per indeterminatum tempus.

Multa ſunt acceptiones huius nominis æternũ, vt docet Verilen in 1. ſent. diſtin. 9. & 31.

ITEM in Canone Miſſæ: *Noui, & æterni teſtamenti*, ibi ponitur pro indeterminato tempore: quia huiuſmodi oblatio Miſſę, ſiue ſacrificium non eſt determinatum, Deus ſolus nouit: certum tamen eſt, quòd poſt diem iudicij non erit celebrandum.

Deus ſcit omnia.

AETERNITAS EST MODVS *intrinſecus.*

AETERNITAS eſt modus intrinſecus menſuratiuus omnium diuinorum, tam abſolutorum, quàm relatiuorum, tam quidditatiuorum, quàm attributorum: ſic vtitur Franciſcus de Mayr. diſt. 9. q. 1. primi libri Sententiarum cum quęrit, vtrum generatio Filij ſit ęterna.

In quo differat æternitas ab infinitate, cũ infinitas cõueniat abſolutis.

EVIDENTIA QVID SIT.

EVIDENTIA eſt notitia rei, ſicut eſt ex terminis habita, vel vt ſit ex terminis deducta, & eſt quid optimum in vnoquoque; euidentia eſt duplex, abſoluta, & conditionata, ſeu ſecundum quid. Vide Paulum ſcriptorem pro hoc.

Euidentia quid. 3. diſt. 1. li. ſent. q. 4.

NOTANDVM.

VNDE nota quomodo intelligatur illa regula.

QVAECVNQVE ſunt realiter idem vni tertio, ſunt realiter inter ſe; da gloſſulam quam dat Scotus dicens: Non eſt vera illa propoſitio, quando illa duo comparantur ad tertium illimitatum, & dat duo exempla. *Scot. 1. ſen. diſt. 13.*

PRIMVM eſt: quia non valet, ego ſum cum Deo hic, & Papa eſt cum Deo Romæ, non ſequitur: ergo ego ſum ſimul cum Papa: quia Deus eſt illimitatus ſecundum preſentiam.

SECVNDVM exemplum: Ego ſum cum æternitate, Abraam eſt cum eternitate: ergo ego ſum, vel fui cum Abraam: quia æternitas eſt illimitata, & hanc met reſponſionem dat inferius: ſimiliter de eſſentia diuina & perſonis dicitur, ſi arguatur: Pater eſt eſſentia, Filius eſt eſſentia, vel Pater, & Filius ſunt idem in eſſentia: ergo ſunt idem inter ſe: negatur conſequentia, niſi intelligatur quòd ſint idem eſſentialiter: & ſic bene conceditur: ſed quòd ſint idem perſonaliter, vel ſuppoſitaliter, negatur: ſed bene ſunt idem illa identitate, qua ſunt idem tertio, ſcilicet eſſentiæ: & ſic ſunt idem eſſentialiter ſicut dictum eſt: hec ergo eſt propria reſponſio Scoti, cum in tot locis detur. *Sco. 19. diſt. 1. ſent. q. 2. & in 2. ſen. d. 2. q. 7. ſoluendo primum.* *Reſp. Scot.*

EXCLVSIVA CAVSA QVID SIT.

Cauſa excluſiua qd. EXCLVSIVA cauſa eſt, qua poſita ponitur inhærentia predicati ad ſubiectum, & ipſa circumſcripta adhuc ponetur, vt manus hominis trahens nauem eſt cauſa motionis nauis precisa excluſiua: quia ſi iſte non moueret, alter poſſet mouere: quære ſuo loco præciſe incluſiue, ſcilicet. in littera I.

EXCLVSIVA DICTIO.

Excluſiua dictio quid. EXCLVSIVA dictio non excludit illa, quæ ſunt de eſſentia eius cui additur: vt ſi dicatur, tantum homo currit, non excluditur anima, nec illa quæ ſunt de primo modo dicendi per ſe.

EXTREMA DICVNTVR DVOBVS modis.

Extrema duobus modis accipiūtur. EXTREMA dupliciter ſumuntur, vno modo vt copulantur per verbum: & ſic ſubiectum dicitur vnum extremum, & prædicatum aliud.

ALIO modo vt ſunt extrema primi principij, vt affirmatio, & negatio: & iſto modo ſumit Bonettus, amplius autem habet dubitationem de terminis, & extremis.

ITEM

Item nota quòd quot ſunt extrema, quę non ſunt Sortes, tot ſunt negationes Sortis.

Et ſi arguatur, Sortes non conuenit niſi vni: ergo nec eius negatio, non valet conſequentia: quia ſi eſſet vera, non eſſent niſi duo entia.

Et pro ſolutione nota quòd oppoſitio poteſt capi dupliciter, vel formaliter, vel ſpecifice: & ſic tantum vna vni, vt albedo nigredini, vel materialiter, & indiuidualiter: & ſic vna pluribus, & plura vni opponuntur. *Oppoſitio duobus modis ſumitur*

Nota bene de iſto termino, *extremum*, eſt ſumme aduertendum circa doctrinā Franciſci de Mayr. qui quidem ſępe ſępius ęquiuocat in illo: quandoque enim accipit extremum pro relatiuis, vt in ſecunda diſtinctione. *Nota bene.*

Qvandoqve vero pro fundamento & termino, vt in 4. diſtin. primi Sent. queſt. 5.

EXPERIENTIA QVID SIT.

Experientia eſt notitia certa ex pluribus.

Experientia fit ex memoria, multę namque memorię numero experientia vna eſt: experientia autem ex omni quieſcente vniuerſali in anima, aut vno pręter multa, quòd vtique in omnibus vnum ſit illis idem, artis eſt principium & ſcientiæ, ſi circa generationem artis eſt principium: ſi vero circa ens ſcientia. *Experiētia quid. Vide Ariſt. 2. poſt. contex. 27.*

EXPERIMENTVM QVID.

Experimentvm ſermonum verorum eſt, vt conformetur ſenſatis. Vide Auerroem. *8. Phyſic. comm. 22.*

LITTERA F.

FACTIO QVID SIT.

Factio eſt operatio tranſiens in materiam exteriorem, & reſpicit terminum, cui dat eſſe per tranſmutationem. *Factio quid.*

FALSITAS QVID SIT.

Falsitas eſt diſconuenientia rei, & ſermonis. *Quid falſitas.*

Falsitas vno modo dicitur rei mutabilitas, quę eſt in omnibus a primo.

Alio modo falſitas dicitur improprietas rerū exiſtentiū, vel non exiſtentium, conuenientium, vel diſconuenientium creditę, vel imaginatę, vt ho-

vt hominem eſſe aſinum, vel hominem non eſſe animal, & huiuſmodi, & eſt falſitas rei.

Alio modo falſitas compoſitionis, vel ſignificationis, vel enunciationis, vt cum componitur, quod non conuenit; vel ſignificatur eſſe, quod non eſt, vel enunciatur, & hoc eſt ſigni, & cauſatur a prima: quia ab eo enim quòd res eſt, vel non eſt, dicitur oratio vera, vel falſa.

Cap. de ſubſtantia, & c. de priori. Et poteſt definiri per oppoſitum, ſcilicet contra veritatem, vt falſitas eſt diſconuenientia, &c.

Alio modo dicitur falſitas, diſſimilitudo ſignificatorum in illis in quibus nulla eſt ſimilitudo: vt idolum dicitur Deus.

FALSITAS A QVO CAVSATVR.

Falſitas a quo cauſetur. Falſitas cauſatur ex deceptione facta in ſenſu, & in intellectu.

FANTASMA QVID SIT.

Quo ignis agat in ſpiritum. Vide Sc. in 4. ſen. d. 44. q. 2. Fantasma eſt obiectum in fantaſia relucens, ſicut ignis non eſt ſufficiens ad purgandum malos, niſi quia inſtrumentum diuinę iuſtitię.

Fantasma non eſt in anima ſeparata: quia fantaſma non eſt ſine organo: ideo fantaſma non mouet animam ſeparatam.

NOTANDVM DE FELICITATE.

Quare Sco. & alios 49. d. 4. lib. ſen. Felicitatem ponentes in actu intellectus, habent dicere quòd viatori non poteſt communicari notitia intuitiua Deitatis: quia dicunt quòd impoſſibile eſt ponere illud quod eſt eſſentialiter beatitudo in anima, quin ipſa ſit beata: ſed viſio Dei ſecundum iſtos eſt eſſentialiter beatitudo: ergo ipſa eſt beata: ſupponitur autem quòd maneat viator.

Opinio Sco. in 4. ſen. d. 49. q. 4. Alii autem ſunt, qui ponunt quòd felicitas pręciſe conſiſtat in actu voluntatis, & iſti habent dicere quod ſic, cuius ratio eſt: quia quando ſunt duo actus eſſentialiter ordinati, & realiter, prior poteſt poni ſine poſteriori: ſed actus intuitiuus ſe tenens ex parte intellectus eſt prior eſſentialiter actu voluntatis: ergo poterit communicari ſine alio: ſed omne illud quod communicatur viatori ſine beatitudine, non ponit viatorem extra viam: ergo &c.

Ricard. 4. ſent. d. 49. art. 1. q. 6. Alii ſunt qui dicunt, quòd beatitudo integratur ex iſtis duobus actibus, ſcilicet actu intellectus, & voluntatis, nec in aliquo eorum præciſe conſiſtit: iſti poſſunt dicere quòd ſic, cuius ratio eſt: quia totum non ponitur præciſe, dempta quacunque parte eius integrali: ſed per te beatitudo integratur ex iſtis duobus actibus: ergo non poſito actu volunta-

voluntatis, poſito tamen actu intellectus, non poneretur beatitudo: ergo &c.

Alii autem ſunt, qui dicunt quòd beatitudo eſt quoddam genus ad actum intellectus, & voluntatis, & quòd iſti duo actus ſunt ſicut duę ſpecies beatitudinis, & iſti habent dicere cum primis quòd non: quia poſita ſpecie, neceſſario ponitur genus: ergo poſito actu intellectus, neceſſario ponitur beatitudo: beatitudo autem repugnat viatori, manenti viatori: ergo &c. Franciſcus de Mayron. 17. quęſt. prologi. *Vide Sc. in 4. ſent. diſt. 49. q. 4.*

FIGMENTVM QVID SIT.

Figmentvm eſt, cui nihil correſpondet in re, nec reſpondere poteſt extra intellectum, vt mons aureus. *Vide Sco. in 4. q. vniuerſalium.*

FINIS QVID SIT.

Finis eſt ad quem omnia ordinantur, & ſunt ordinata, & propter quem omnia dicuntur, & quem omnia appetunt, & deſiderant, ſeu a fine omnia appellare iuſtum eſt. *2. de anima contex. 1 3 3*

Et ſi quæratur, lapides, plantę &c. appetunt diuinam eſſentiam? *Triplex appetitus.*

Dico quòd triplex eſt appetitus: quære in littera. A. dictione appetitus.

FILII PROPRIETAS.

Filii proprietas non generatur: quia generari eſt effectus formalis eius: ergo non denominat ipſum: Franciſcus de Mayr. diſt. 5. quęſt. 4. primi libri Sententiarum. *Proprietas filij non generatur.*

FILIVS AN SIT DE SVBSTANTIA patris.

Filivs eſt de ſubſtantia patris æternaliter genitus. Franciſcus de Mayr. diſt. 5. q. 5. primi libri Sent. *Sequitur Scotum ad litteram ipſe Franciſcus.*

Nota de generatione, quomodo Filius generetur de ſubſtantia Patris, vt *ly de*, non dicit ſolum conſubſtantialitatem: quia tunc Pater poteſt dici æque de ſubſtantia Filij, ſicut e conuerſo, nec ſuam originem: quia cum creaturę originentur a Deo, creatura eſſet de ſubſtantia Patris, ſed vtrumque dicit, ſcilicet conſubſtantialitatem, & originem: vnde quia Filius habet eandem ſubſtantiam cum Patre, & eſt ab eo, dicitur de ſubſtantia Patris, verumtamen principalius dicit conſubſtantialitatem, quàm originem: nam ſi diceret prius originem, tunc non repugnaret ſubſtantię eſſe genitam. *Vide Sco. 5. d. primi lib. ſent. q. 2.*

Filivs cum habeat illam memoriam fęcundam, vnde eſt quòd non generat alium Filium.

R E S P O N D E T V R.

Franciſ. de Mayron. 7. d. primi q. 1. & 4.

QVOD eſt duplex cauſa, ſcilicet a poſteriori, & a priori: quæ autem a poſteriori adhuc eſt triplex.

Prima quia talis actus generationis diuinę eſt ſemper ſtans.

Secvnda quia talis generatio eſt adęquata.

Tertia quia talis generatio eſt neceſſaria.

Qvae autem a priori, ſecundum Franciſcum eſt ex ratione formali ipſius memoriæ, ita quòd ſi quis videret ipſam memoriam, cognoſceret quòd ex ratione memoriæ eſt, quòd non poſſit eſſe niſi vnicus Filius.

Quolib. 6. quaſt. 1.

Ratio Henrici eſt bona a poſteriori: nam dicebat quòd Filius non poteſt generare: quia virtus eſt exhauſta, nec Doctor in hoc arguit contra eum niſi pro quanto ratio ſua non eſt neceſſaria.

Scotvs vero aſſerit, quare Filius non plurificatur.

1. ſent. diſt. 2. q. 7. & 20 q. vnica. 2. q. quolib. Artic. 2.

Respondetvr, quia eſt de ſe hic, & ita de quocunque alio dicatur, & hunc modum ponit Scotus, iſtud idem ponit in pluribus locis.

Tamen oppoſitum videtur aſſeuerare Scotus adducendo auctoritatem Auguſtini libro 1. ca. 3. contra Maximinum Hęreticum dicentis: Abſit vt ideo potentior ſit Pater Filio, quia Pater genuit Filium Creatorem: non enim non potuit, ſed non oportuit: immoderata enim eſſet generatio: ergo ſecundum Scotum (teſtimonio S. Auguſt.) Filius poteſt generare alium Filium, ſed non generat, quia non oportet: & tunc ſequitur in bona conſequentia, Filius Dei poteſt generare: ergo generat, quia in ęternis non differt eſſe a poſſe.

3. Phyſic. contex. 32.

Respondetvr quòd ſanctus Auguſtinus diſputabat contra Maximinum hęreticum, qui dicebat Filium, Patre eſſe minus potentem, & arguit ſic: Pater producit Filium, Filius non producit Filium: ergo eſt minus potens: ſanctus Auguſtinus vt excludat impotentiam Filij dicit: Nō quia non potuit, ſed quia non oportuit: & ſic vult ponere potentiam ad excludendam impotentiam, vt tollatur hęreſis.

Optima interpretatio

F O R M A Q V I D S I T.

Forma qd.

FORMA eſt aliqua eſſentia ipſam Materiam informans, ſicut lux incorporata alicui, dat ſibi quòd ſit lucidum, & actiuum.

DE FORMA SVPERNATVRALITER infuſa.

FORMA quantumcunque ſupernaturaliter infuſa, & ſupernaturaliter producta, æque naturaliter operatur ſicut aliæ. Franciſcus de Mayr. diſtin. 17. quęſt. vltima. *De forma ſupernaturali.*

FORMA MVLTIS MODIS dicitur.

FORMA dicitur multis modis. *Forma quatuor modis accipitur.*

PRIMO accipitur pro perfectione quæ non eſt pars rei, ſicut accidens dicitur eſſe perfectio.

SECVNDO modo accipitur forma pro eo quod eſt perfectio & pars rei, ſicut anima.

TERTIO accipitur pro perfectione, quæ eſt tota natura, vel totum compoſitum.

QVARTO modo accipitur pro ratione definitiua: & ſic accipit Plato.

ALIVS MODVS PONENDI.

FORMA ſecundum alium modum ponendi ſumitur tribus modis. *Forma ſumitur tribus modis.*

VNO modo pro quidditate: & ſic dicitur, quod ideæ, vniuerſalia, & quidditates, ſunt formę exemplares.

ALIO modo pro actu puro: & ſic dicitur intelligentia, forma.

TERTIO modo pro vt eſt altera pars compoſiti.

ALIQVI opinantur quòd eſſentia diuina eſt vt forma, ſed hoc improbatur: quia illud quod eſt vt forma, prǽſupponit illud in quo fundatur: ſed eſſentia diuina nihil prǽſupponit. Franciſcus de Mayron. in 5. diſtin. primi quęſtione quinta. *Hēricus in ſumma ar. 54. q. 3.*

CONDITIONES FORMÆ.

FORMA habet iſtas conditiones. *Cōditiones formæ.*

PRIMA eſt, quòd per ſe dat exiſtentiam: nam forma eſt illa quæ dat eſſe rei, & conſeruat rem in eſſe: nam forma eſt a qua res eſt, id quod eſt, non a ſubiecto. Themiſt. in 2. Phyſic.

SECVNDA conditio eſt, quòd non eſt inclinabilis, ſed terminus inclinationis: eſt enim terminus vltimus generationis. *2. Phyſ. tex. 11. idē habet in 2. de anima comm. 90.*

TERTIA eſt, quòd res habet per eam vnitatem, ab ea enim habet res quòd ſit, & quòd ſit vna: ideo forma eſt rei cauſa quantum ad eſſe: materia vero quo ad fieri. Vide Themiſtium.

QVARTA eſt, quòd habet virtutem penetratiuam in ſuum patiens: nam a forma, vel ab habente formam, eſt omnis actio.

7. Metaph. contex. 8. Vide Scotũ ſup. hoc 2. ſent. d. 12. q. 1. & 1. Phyſic. contex. 81.

ITEM nulla iſtarum conditionum conuenit materię primę: nam quia dicit Ariſtot. quòd materia ſecundum ſe, non eſt quid, neque quantitas, nec aliquid eorum quibus ens eſt determinatum: ergo non dat per ſe exiſtentiam.

NEC ſecunda: quia eſt inclinabilis ad formam: nam materia appetit formam.

NEC tertia: quia cum multis transmutationibus formarum ipſamet eadem eſſentialiter eſt.

NEC quarta: quoniam ipſa non poteſt habere virtutem penetrantem ſuum patiens, cum ipſa habeat potentiam pure paſſiuam.

FORMALITAS QVID.

Formalitas quid.

FORMALITAS eſt ratio conceptibilis ex natura rei, omnis ratio ſub qua tu concipis aliquid, eſt formalitas. Vide Franciſcum de Mayr. etiam quid ſit formalitas, octaua diſtin. q. 5. primi libri Sententiarum.

FORMALITAS DVPLEX.

Formalitas duplex.

FORMALITAS eſt duplex, vna ſimplex, & vna ſimpliciter ſimplex: ſimplex eſt illa quæ vnico actu poteſt concipi: ſimpliciter ſimplex eſt illa, quæ non eſt reſolubilis in plures conceptus.

FORMALITATES.

FORMALITATES plures poſſunt eſſe in eadem re, penitus realiter diuerſę: quia formalitas variatur ad variationem definitionum, & deſcriptionum. Franciſcus de Mayr. quęſt. prima prologi in concluſione illata ex dictis Scoti.

FORMALITAS NOSTRA.

Vide authorem formalitatum in 3. art. quomodo formalitas dicatur a forma.

FORMALITAS & realitas non ſunt idem omnibus modis: licet aliqui dicant quòd formalitas dicitur a forma, ideo dicunt, ſunt plures formalitates: ſed hæc opinio ab aliquibus non tenetur, quia eſſentiale dicitur ab eſſentia, & tamen in vna eſſentia ſtant plura eſſentialia: ergo ſtat pluralitas formalitatum cum vnitate formæ. Franciſcus diſt. 8. q. 5. primi libri Sent. etiam ponit exemplum: In perſona Patris ſunt multa perſonalia, ſcilicet Ingenitum, Paternitas, Spiratio actiua, & tamen non niſi vna

perſona

perſona: dicimus ergo formalitatem eſſe realitatem identice. Vide Franciſcum de Mayr. ibidem.

FORMALITER INESSE ALIQVID *alicui poteſt tribus modis dici.*

FORMALITER aliquid alicui ineſſe poteſt tripliciter dici, primo vt ly formaliter diſtinguitur contra accidens: exemplum, cum dicimus quòd homo formaliter eſt animal. *Exemplum*

SECVNDO modo, vt ly formaliter diſtinguitur contra formalitatem: exemplum, cum dicimus quòd Pater formaliter generat Filium.

TERTIO modo pro vt ly formaliter diſtinguitur contra virtualiter, vel eminenter: exemplum, vt ſol non eſt formaliter calidus, ſol enim efficit calorem actualiter, ignis dicitur formaliter calidus, ſol autem virtualiter. *Scot. 15. quolibet.*

FORMALITAS EST REALITAS.

FORMALITAS eſt realitas identice, & ſimpliciter, non autem formaliter, & quidditatiue: quia quæcunque ſic ſe habent, quòd vno multiplicato, reliquum non multiplicatur, illa non ſunt idem omnibus modis. Formalitas multiplicatur realitate non multiplicata: ergo non ſunt omnibus modis idem, quia, vt ait Hylarius, aliud eſt perſona, & aliud realitas eius. *Formalitas, quo ſit realitas, et quo multiplicetur.*

NOTANDVM.

NOTA quòd vbicunque ſunt plures formalitates non primo diuerſæ, ibi ſunt plures entitates: ſed quando ſunt plures diuerſæ, ſufficit vna entitas. Franciſcus de Mayr. diſtin. 8. primi Sent. quęſt. 5. in ſolutione difficultatis.

FORMALITATVM POSITIO.

FORMALITATVM poſitio fundatur in Scriptura ad Romanos cap. primo: Inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur: iſta autem inuiſibilia aut ſunt eſſentialia, & tunc habentur multa eſſentialia conſpecta, & non ficta, aut perſonalia ſunt: iſta autem ſecundum Auguſtinum, & Hylarium non conceduntur plura in neutro genere, perſonæ enim ſunt plures, & non plura.

FORMALITER ESSE IDEM.

FORMALITER eſſe idem, intelligitur quando aliqua ſic ſe habent quòd vnum eſt de eſſentiâ alterius, ſicut quod ponitur in eius definitione.

FRVI QVID SIT.

S. Bona. d. 1. art. 2. q. 1. et 1. ſent.

FRVI eſt amore inhærere alicui propter ſe: hoc modo ſolo Deo fruendum eſt, frui enim accipitur tribus modis. Vide Seraphicum Doctorem Bonauenturam.

FRVITIONIS OBIECTVM.

Vide Sco. in 1. lib. ſent. diſt. 1. q. 1. Auicēna. 9. Met. cap. 4.

FRVITIONIS obiectum non poteſt eſſe ens creatum fruitionis ordinatæ. Franciſcus de Mayr. diſtinct. 1. quæſt. 1. primi libri Sententiarum.

OPINIO aliquorum, & præcipue Auicennæ fuit, quòd animæ noſtræ non ſunt immediate creatæ a Deo, ſed ab alijs intelligentijs, & quia fruitio eſt debito modo vniri ſuo Creatori, vel principio productiuo, dixerunt quòd vltimata perfectio fruitionis eſt, quando productum attingit ad illud a quo creatum eſt, iuxta propoſitionem Proculi: Vnumquodque natum eſt conuerti ad illud a quo procedit, & in tali circuitu, ſeu reditu videtur circulus completus, & ſimiliter perfectio erit completa: quia finis vnitur principio: ergo &c. Franciſcus de Mayr. diſtin. 1. q. 1. primi libri Sent. arguit contra opinionem Auicennę: vide ibi.

FRVITIO DICITVR DVOBVS modis.

Vide Sco. in 1. lib. ſent. diſt. 1. q. 1.

FRVITIO eſt duplex, ſcilicet in communi, & ordinata, fruitio ordinata habet tantum vltimum finem pro obiecto: patet, quia ſicut aſſentiendum eſt tantum primo vero per intellectum, & propter ſe, ita tantum aſſentiendum eſt per voluntatem primo bono propter ſe.

Vide etiam Sco. ibidem.

ITEM fruitio in communi, excedit fruitionem ordinatam, patet: quia quandocunque potentia non determinatur ad actum ordinatum ex ſe, actus eius in communi vniuerſalior eſt actu eius ordinato: voluntas autem non determinatur ex ſe ad fruitionem ordinatam, quod patet; quia ſumma peruerſitas eſt in fruendo vtendis ſecundum Auguſtinum 83. q. q. 30. ergo &c.

Vide Scot. ibidem.

EST autem fruitio ordinata qualis nata eſt eſſe recta, quando ſcilicet ordinatur ſecundum circumſtantias debitas.

FRVI-

FRVITIO autem in communi eſt ſiue habeat illas circumſtantias, ſiue non. *Fruitio in cõi quid.*

FRVITIO ET DELECTATIO AN ſint idem.

FRVITIO & delectatio non ſunt idem. Franciſcus de Mayr. diſt. 1. q. 2. primi libri Senten. hoc patet in temperato, qui fruitur fine delectatione, & Dæmones fruuntur, non tamen delectantur. Quòd non delectentur hoc patet, cum in eis ſit ſumma triſtitia, quæ non ſolum expellit oppoſitam delectationem, ſed etiam contingentem. *Exemplũ.ſicut ebrioſus. qui inebriari vult*

FRVENDI ET VTENDI ACTVS AN SINT eſſentialiter diſtincti.

FRVENDI, & vtendi ſunt actus realiter diſtincti. Franciſcus de May. in primo Sent. diſt. 1. q. 3. *Fruendi & vtendi ſũt actus realiter diſtincti.*

ALIQVI ſic probant: Illi actus ſunt diſtincti, quorum vnus ſe habet circa finem, & alter circa ea quæ ſunt ad finem: ſed iſti ſunt huiuſmodi, probatio: quia fruitio eſt circa finem, vſus circa ea quæ ſunt ad finem. Sed Franciſcus hoc improbat: ideo vide ipſum.

EST POSSIBILE FRVI DIVINA ESSENTIA, & non perſona.

FRVI diuina eſſentia, & non perſona, eſt poſſibile viatori, & hoc, fruitione ordinata, patet: quia ex puris naturalibus poteſt concludi vnum ſummum bonum, & tamen ex his non poteſt haberi quòd ſit trinum: quia articulus fidei eſt: ergo &c. Vide Franciſcum de Mayr. in primo libro Sententiarum diſtin. 1. quæſt. 6. *Vide Sc. in 1. ſent. diſt. 1. q. 2.*

FRVI VNA PERSONA ORDINATE, non fruendo alia, an poſſit viator.

FRVI poteſt viator vna perſona ordinate, non fruendo alia, & tamen non eſt poſſibile frui vna perſona non fruendo eſſentia, prima pars patet: quia reſpectu trium perſonarum ſunt tres diſtincti articuli, ſecunda pars patet: quia perſona de ratione ſui includit eſſentiam. *Vide Sco. in 1. ſen. diſt. 1. q. 2.*

ET ſi dicatur contra primam partem, quòd perſonæ correlatiue ſe habent, & per conſequens vnus non poteſt vna frui, niſi fruatur altera.

DICO quòd non oportet cognoſcentem, & fruentem vno correlatiuo, *Reſponſio.*
cogno-

cognoſcere, & frui altero: quia poſſibile eſt frui Deo in quantum Creator, non fruendo creatura, quæ terminat illam relationem.

SIMILITER licet dicatur Pater relatiue ad Filium, & ideo non poſſet intelligi in quantum Pater ſine Filio, non tamen dicitur relatiue ad Spiritum ſanctum, in quantum Pater: ergo poſſibile erit concipere Patrem, vt Patrem, & frui eo, non concipiendo, neque fruendo Spiritu ſancto. Vide pro hoc etiam Franciſcum de Mayr. in primo Sententiarum diſtin. 1. q. 6.

Vide Scot. ibidem.

FRVIBILITATIS RATIONES AN PLVRES ſint in Deo.

Quæ fruitio habeat Deum pro immediato obiecto. Vide Sc. in 3. ſent. diſt. 9.

DICO quòd non, niſi vna ratio fruibilitatis, ſcilicet ipſa diuinitas, per quam habent omnia, quæ ſunt in Deo, quòd ſint fruibilia: vnde fruor Paternitate in quantum diuina ſolum, ſimiliter bonitate, in quantum diuina: & ſic de alijs, quæ ſunt in Deo. Franciſcus de Mayr. in primo libro Sent. diſtin. 1. q. 6.

FRVIBILITAS QVID SIT.

FRVIBILITAS eſt vna ratio infinita, per quam omnia quæ ſunt in Deo, ſunt fruibilia: & hęc ratio fruibilitatis eſt ipſa Deitas: tamen fruor Paternitate in quantum diuina, & ſic de alijs: nam proprietates perſonales non ſunt formaliter infinitę, niſi identice.

Vide Sco. in 3. ſent. diſt. 9. q. vnica.

FRVITIONIS ACTVS.

FRVITIONIS actus non eſt formaliter liber. Franciſcus de Mayr. in primo lib. Sent. diſt. 1. q. 5.

Actus fruitionis non eſt formaliter liber.

NOTA tamen quòd actus (vt dixi) non eſt formaliter liber, ſed voluntas quæ eligit libere: ideo actus dicitur liber, quia libere elicitus: hoc intendit Franciſcus, licet non dicat.

FRVI AN POSSIT VOLVNTAS non apprehenſo vltimo fine.

S. Thomas 1. p. q. 82.

ALIQVI dicunt, quòd voluntas non poteſt non frui vltimo fine in generali apprehenſo: & ratio huius eſt, quia finis vt ſic, habet rationem omnis boni, naturaliter autem voluntas inclinatur ad illud: ergo neceſſario tendit in illud.

CONTRA iſtam opinionem arguit Franciſcus de Mayr. in primo Sent. diſt. 1. q. 7. quadrupliciter. Vide ibi.

FRVI ESSENTIA DIVINA an ſit poſſibile.

FRVI eſſentia diuina non eſt poſſibile ſecundum aliquos non fruendo perſonis in patria, patet: quia voluntas non poteſt magis abſtrahere obiectum ſuum, quàm intellectus oſtendere: ergo ſi intellectus non poteſt oſtendere eſſentiam ſine perſona, nec perſonam vnam ſine alijs, ſequitur quòd voluntas non poterit diſtinctè frui vna ſine alia. Sed hoc videtur falſum ſecundum Scotum: nam voluntas non neceſſitatur, ſicut intellectus, ſed voluntas eſt magis abſtractiua: contra Scotum ſolet adduci illa regula quòd volens antecedens, vult conſequens ad illud. *Henricus quolib. 2. q. 7. quare et alibi, & alies. Vide Sco. in 1. ſent. diſt. 1. q. 2.*

FRVIBILE OBIECTVM EST ſolus Deus.

VIDETVR de mente Apoſtoli ad Philemonem, quòd aliud à Deo ſit obiectum fruibile, dicit enim: ò Philemon ego te fruar in Domino: vnde ſunt multę auctoritates conſimiles, ex quibus concluditur, quòd poteſt eſſe aliud obiectum fruibile ab ipſo Deo. *Quid ſit obiectū fruibile.*

RESPONDETVR.

QVÒD iſtæ duæ locutiones, frui homine, & frui homine in Deo, differunt: quia frui homine eſt falſa, ſecundo frui homine in Deo, eſt vera: quia hoc poteſt dupliciter intelligi, vno modo quòd liceat homine frui, quatenus homo repręſentat Deum: & hoc aliquando verum eſt dicere, quòd homo fruitur homine in Deo: quoniam homo repręſentat Trinitatem: eſt enim factus ad imaginem Dei, notanter dico ad imaginem, & non per veſtigium: quia omnes creaturæ habent veſtigium Trinitatis, homo vero habet cum hoc etiam imaginem, quod eſt quid nobilius: ideo &c. *Aliud eſt frui hoīe, et frui hoīe in Deo. Oēs creatura habent veſtigium.*

ALIO modo poteſt intelligi, quòd verum ſit frui homine in Deo, propter inhabitantem Deum in ipſo per gratiam: & ſic debet intelligi Paulus.

QVANTVM ergo ſpectat ad hoc quæſitum, numquid ſit aliud obiectum fruibile a Deo. Reſpondetur, vt dixi.

AVT dicendum eſt, quemadmodum dicit ipſe Richardus quòd ſenſus eſt ſecundum gloſſam: Ego te fruar in Domino, ideſt gaudebo de te, in regno Dei, ſi feceris quod rogo: hoc eſt dictu, gaudebo de fructu tuo. Simile dicitur ad Romanos vbi Apoſtolus: *Si vobis primum ex parte fruitus ero*, vel quod exponens gloſſa dicit, ideſt de fructu veſtro lętatus. *1. ſent. d. 1. q. 3. art. 2. Rom. 15.*

FRVI-

FRVIBILE OBIECTVM HABET tres conditiones.

Obiectum fruibile tres cōditiones habet. HOC obiectum fruibile debet habere tres conditiones. PRIMO, quòd in eo ſit ratio quietatiua ex natura rei, & ſimpliciter, ex natura rei, propter finem pręfixum: qui non eſt ex natura rei, licet ſit quietatiuus, ſecundum pręfixionem fruentis: dicitur ſimpliciter, quia totaliter habet quietare fruentis potentiam.

Opinio Sco. TERTIO quòd ſit infinitum formaliter: quoniam ſecundum Scotiſtas, in diuinis quædam ſunt infinita formaliter, quædam vero tantum identice, vt omnes relationes notionales, eſſentia vero diuina eſt infinita formaliter.

TERTIA conditio eſt.

Obiectum fruibile habet rationē vltimi finis OBIECTVM fruibile habet rationem vltimi finis, tamen principalis ratio eſt, quòd obiectum dicatur fruibile, vere eſt Deitas ac diuina eſſentia, quæ dicitur obiectum liberum: quia iſtud obiectum eſt fruibile a natura creata, quantum vult frui, & non quantum fruibile eſt.

Fruitio creata eſt finita. HAEC fruitio creata eſt finita: quia terminatur ſecundum quòd placet obiecto ipſi fruibili, & hic eſt locus vbi collocantur diuerſæ manſiones in cælo, vt dicitur apud Ioannem: quæ quidem manſiones ſunt gradus ipſius fruitionis.

LITTERA G.

DE GENERATIONE.

Quid generatio. GENERATIO eſt productio ſibi ſimilis in ſubſtantia.

Vide Sco. in 2. ſent. diſt. 12. q. 1. ITEM generatio eſt mutatio totius in totum, nullo ſenſibili remanente: vide Scotum perpulchre declarantem, in multis locis.

ITEM generatio eſt proceſſus de non eſſe, ad eſſe.

ITEM generatio eſt reſpectus intrinſecus adueniens, terminatus ad productum: generans enim & genitum, & producens, & productum ad inuicem diſtinguuntur.

Sco. 2. ſent. ITEM generatio, & mutatio diſtinguuntur realiter, licet ſe concomitentur in creaturis, in Deo non eſt mutatio.

diſt. 1. q. 2. ITEM generatio non eſt actio de genere actionis, ſed diſtinguuntur realiter, licet ſe concomitentur.

GENE-

GENERATIO AN SIT VERA in diuinis.

GEneratio vera eſt in diuinis. Quod probatur auctoritate, & ratione. Auctoritate ſic: Tecum principium. Et poſt: Ante luciferum genui te, ratione ſic. *Pſal. 109.*

VBI eſt potentia eiuſdem rationis, poteſt eſſe actus eiuſdem rationis: ſed memoria fęcunda cum dicat perfectionem ſimpliciter, eſt ibi eiuſdem rationis: ſed ipſa ſecundum Auguſtinum eſt potentia Verbi generatiua: ergo videtur cum ibi non ſit potentia ſine actu, quòd ibi generatio erit. *11. de Tri.*

SED CONTRA PRAEDICTA INSTATVR.

MAGIS eſt neceſſe eſſe a ſe, quàm neceſſe eſſe ab alio: ſi igitur Filius eſt ab alio, erit neceſſe eſſe ab alio: & ſic minus neceſſe quàm Pater, quod eſt inconueniens: ergo illud ex quo ſequitur, ſcilicet quòd ſit ab alio.

SECVNDO: Quod accipit eſſe ab alio non habet eſſe a ſe, ſed Filius habet eſſe a generante: ergo non habet eſſe a ſe. *Vnica neceſſitas eſſendi eſt in diuinis.*

AD primum dico, quòd vnica eſt neceſſitas Patris, & Filij in diuinis: ideo vna perſona non eſt magis neceſſaria quàm alia, ſed ęque neceſſe eſſe eſt in vtroque.

AD ſecundum dico, quòd Filius licet non habeat a ſe eſſe, tamen de ſe non competit ei non eſſe: quia ex natura ſua habet eſſe, licet eam accipiat ab alio. *Vide Sco. in 1. ſent. diſt. 2. q. 2.*

GENERATIO DIVINA AN SIT æterna.

PROBO generationem in diuinis eſſe æternam.

PRIMO ſic: Id quod agit ſufficienter, independenter, ſine motu, & per modum naturæ, neceſſario habet ſuam operationem ſibi coęuam: Sed Pater reſpectu generationis Filij eſt producens ſufficienter, independenter, ſine motu per modum naturę, & eſt ęternum: ergo habet generationem Filij coęuam. Maior probatur: quia ſi aliquod agens non habet ſuam operationem ſibi coęuam, hoc prouenit ex vno horum quattuor. *Sco. in 1. d. 9. q. vnica.*

AVT quia eſt agens inſufficiens, & propter hoc intellectus non habet intellectionem ſuam ſibi coęuam: & vnde hoc, niſi quia intellectus eſt cauſa inſufficiens intellectionis: quia ad intellectionem concurrit obiectum, & quia obiectum non eſt ęternum, ideo intellectus non habet operationem ſuam ſibi coęuam.

SECVNDO poteſt prouenire ab eo quod ab alio dependet, & hæc eſt ratio quare ignis in fornace nō habuit actionem ſuam, cointrinſecam in *Nota & bene.*

 agendo:

agendo: quia ignis dependet ab alio, & ideo quia in fornace ſuprema cau ſa non cooperabatur, ideo non potuit comburere illos tres pueros: ratione ergo huius dependentię agens non dicitur habere operationem ſuam ſibi coęuam.

Tertio hoc poteſt prouenire: quia agens agit cum motu, motus habet eſſe ſucceſſiuum: ideo quę fiunt per motum non poſſunt eſſe æterna agenti.

Qvarto dicitur per modum naturę: quia ſi aliquod agens non habet actionem ſuam ſibi coęuam, hoc poteſt prouenire, quia eſt agens voluntarium, & habet ſuam actionem in ſua poteſtate, ideo poteſt non agere: maior ergo eſt vera.

Minor habet quinque partes.

Prima eſt, Pater reſpectu generationis Filij eſt agens ſufficiens, patet: quia habet quo ſcilicet memoriam fęcundam, & eſt quod ſcilicet ipſe Pater: ergo eſt agens ſufficiens.

Secvnda dicitur independens: quia Pater a ſe non ab alio habet quòd generet.

Tertia ſine motu: quia ibi non eſt ſucceſſio temporis.

Qvarta per modum naturæ, probatur: quia per modum intellectus.

Qvinta & eſt Pater ęternus: quia nuſquam incępit, nec deſinet: ſequitur ergo quòd generatio Filij ſit æterna.

SED POSSET ALIQVIS dicere.

Generatio Filij ex hoc, quòd eſt æterna, poteſt ne dici inenarrabilis?

RESPONDETVR.

Qvòd generatio eſt duplex, æterna & temporalis: generatio Filij ęterna eſt ineffabilis, & effabilis: eſt ineffabilis innitendo rationi naturali: ſed eſt effabilis innitẽdo lumini fidei: ſimiliter generatio Filij temporalis, eſt effabilis ratione corporis aſſumpti ex carne Virginis: eſt autẽ ineffabilis quatenus illa generatio terminatur ad vnionem duarum naturarum in infinitum a ſe inuicem diſtantium in vnitate ſuppoſiti diuini: & ſic eſt vtraque generatio Filij effabilis, & ineffabilis: concludamus ergo generationem Filij eſſe æternam.

GENERATIO DIVINA AN SIT ſemper in fieri, vel ſemper in facto eſſe.

Videndvm eſt de veritate harum propoſitionum, quæ nam ſit verior, Filius in diuinis ſemper producitur vel ſemper eſt productus.

San-

SANCTUS Gregorius loquens de hoc, ait: Filius Dei eſt natus ante tempora: quia generatio Filij non habuit principium, nec habebit finem, ſubdit: verius tamen eſt dicere: Filius Dei ſemper eſt natus, ratio eſt: quia ly *ſemper* dicit æternitatem, ly *eſt natus* dicit natiuitatis, & generationis perfectionem: quia ſi diceretur naſcitur, videretur ſemper eſſe in termino, quod quidem eſt imperfectionis. *Lib. 29. moralium c. 1. in principio*

CONFORMITER ad hoc dicit ſanctus Auguſtinus exponens Pſalm: Ego hodie genui te, dicit quòd per ly *hodie* debemus exponere æternitatem, & hoc ratione præſentialitatis: quia omnia ſunt præſentia æternitati: dicit *genui* non *genero* propter æternitatem generationis, ne generatio videatur aliquando incepiſſe: & ſic videtur, quod verior ſit propoſitio de pręterito quàm de præſenti. *Pſalm. 2.*

ORIGENES, ad hoc propoſitum dicit quòd de generatione diuina debemus loqui in præſenti, & dicere: Filius Dei ſemper naſcitur: nam ita ſe habet Filius ad Patrem, ſicut ſplendor ad lumen: ſed ſemper exiſtente lumine, ſemper ſplendor emanat ab illo, ſic ſemper exiſtente Patre ſemper emanat Filius, & Pater ſemper eſt: ergo Filius ſemper naſcitur: & nota quòd hoc dicitur propter æternitatem, & hoc maxime a parte poſt: quia ſi non diceretur ſemper naſcitur, videretur quòd generatio Filij habuiſſet finem, ideo videtur controuerſia inter Doctores de hac re. *Homilia 6. in Hierem. in fine. to. 2*

RESPONDETVR.

AMBAS propoſitiones eſſe veras iudicaui.

PRIMA eſt vera in tempore præſenti propter rationem adductam. *Vide Scotū in 1. ſent. diſt. 9.*

SECVNDA de tempore præterito, vt exprimatur eius perfectio, & ne videatur aliquando incœpiſſe: ſed prima videtur congruentior, & verior. *Vide Ricardum in 1. ſent. diſt. 9.*

SED CONTRA ARGVITVR SIC.

QVOD fit nondum eſt, ſed generatio diuina ſemper fit: ergo nondum eſt.

RESPONDETVR.

QVÒD Ariſtot. loquitur de his in quibus eſt ſucceſſio, mutatio & tranſitus de non eſſe, ad eſſe: ſed iſte locus non facit ad propoſitum: quia in generatione diuina non eſt tranſitus, nec mutatio: præterea habito termino, ceſſat motus. In hac propoſitione, Filius eſt natus, terminus eſt habitus: ergo ceſſat generatio: ergo generatio non eſt æterna.

RESPONDETVR.

DICO quòd vera eſt propoſitio Ariſt. de ente poſſibili, non autem de ente quod eſt neceſſe eſſe, vt eſt generatio diuina quæ eſt neceſſe eſſe: ideo habito termino, ideſt nato Filio, non ceſſat generatio: & ſic generatio diuina eſt ſemper in fieri, & in facto eſſe.

GRADVS Beatorum ſunt ſolum quattuor. Vide Scotum in tertio libro Sententiarum diſtin. 18.

GENERATIO VNIVS EST CORRVPTIO *alterius, quomodo propoſitio iſta ſit vera.*

1. de gene. contex. 17. & circiter, idē 2. Met. contex. 7.

FRANCISCVS de Mayr. diſt. 4. primi libri Sent. q. 2. inquit, quòd in creaturis illa non eſt vera formaliter. Generatio vnius eſt corruptio alterius: quia vnum eſt priuatiuum, & reliquum poſitiuum: ſed hæc eſt vera ſolum concomitanter, ſicut dicitur, quòd dies eſt ſolis auectio ſuper terram, cum tamen dies formaliter non ſit motus localis, ſic eſt in propoſito: quia in creaturis communiter concomitatur corruptio generationem, & e conuerſo: non tamen in quantum generatio eſt, ſed in quantum talis generatio eſt, puta creata.

GENERATIO VNIVOCA EST *in diuinis.*

Sco. 7. diſt. 1. lib. ſent. q. vnica.

VTRVM in diuinis ſit generatio vniuoca: dicitur communiter ab omnibus quòd ſic.

VBICVNQVE enim producens, & productum habent naturam eandem ſpecificam, vel quaſi ſpecificam, productio inter illa eſt vniuoca: ſed ita eſt in diuinis: ergo &c.

SECVNDO ſic. Vbicunque principium productiuum, & formalis terminus ſunt eiuſdem rationis, ibi eſt productio vniuoca, ita eſt in diuinis: nam eſſentia, quæ ponitur formalis terminus, eſt principium productiuum: ergo &c. Franciſcus de Mayron. primo libro Sententiarum diſtin. 4. quæſt. 5.

Eſſentia eſt principium productiuū

GENERATIO OBIECTIVA.

Potentia obiectiua duplex.

GENERATIO obiectiua non eſt in Deo. Franciſcus de Mayron. in primo libro Sent. diſt. 4. q. 6.

HIC ſciendum quòd potentia obiectiua poteſt accipi duobus modis.

VNO modo vt ipſa diſtinguitur contra potentiam ſubiectiuam.

ALIO modo pro eſſe obiectiuali, vel eſſe cognito: de potentia obiectiua

ctiua facit mentionem Scotus in multis locis: nam ipſe non fuit primus inuentor huius vocabuli.

GENERATIO ACTIVA IN CREATVRIS quid ſit.

GENERATIO actiua in creaturis eſt actus elicitus: quia omne quòd cauſatur, elicitur: ſed generatio actiua cauſatur à ſuo fundamento in genere cauſæ materialis: ergo &c. *Omne quòd cauſatur, elicitur.*

FILIVS SOLVS EST GENITVS.

ITEM ſolus Filius a Patre eſt genitus, vt quod: alia ſunt a Patre in Filio vt quo, ſcilicet eſſentia & relatio: eſſentia enim eſt in Filio vt quo, & ratio eſſendi ſimpliciter: ſed Filiatio eſt in Filio, non ratio eſſendi ſimpliciter, ſed eſſendi Filium, & ideo vtrumque eſt quo, ſolus autem Filius eſt quod. Franciſcus de Mayr. in primo Sententiarum diſtinctione quinta, quæſt. 6. *Nota quid, vt quo, eſt in Filio a Patre generante.*

VTRVM IN DIVINIS ſit aliquid elicitum.

DICO quòd nullus actus eſſentialis, nec etiam notionalis actus, cuiuſmodi ſunt generare, & ſpirare, intelligere, & velle, ſunt elicita: quia ſunt idem cum principijs: ergo &c. *Nullus actus notionalis eſt elicitus quomodo.*

SVNT tamen ibi duo ſuppoſita elicita, hoc probatur ſic: vbicumque eſt aliquid vere productum, ibi eſt aliquid vere elicitum, hoc tenet per locum a parte ſubiectiua: ſed in diuinis ſunt duo producta, ſcilicet Filius, & Spiritus ſanctus: ergo &c.

NIHIL elicitum eſt in diuinis niſi Filius, & Spiritus ſanctus: iſta autem ſunt elicita, tertio modo ſcilicet conſtitutiue: ipſa enim elicititio, ſiue productio paſſiua eſt illud, quo Filius conſtituitur in eſſe perſonali, & ſimiliter Spiritus ſanctus in eſſe perſonali. Franciſcus de Mayr. in primo libro Sententiarum diſt. 4. q. 8.

GENITVS EST AETERNALITER Filius de ſubſtantia Patris.

ALIQVI dicunt quòd in generatione Filij eſſentia habet modum materiæ, & probãt: Illud quod eſt commune vtrique termino generationis habet modum materiæ, ſed eſſentia eſt huiuſmodi: nam ipſa eadem ſtat ſub Paternitate, & Filiatione, quæ ſunt conſtitutiua perſonarum, & terminorum. *Hēricus in ſumma ar. 54. q. 3. & in quolibet 8. q. 9.*

ALI-

Aliqvi dicunt, quòd ſe habet ſicut forma: quia illud, quod formaliter terminat generationem, illud ſe habet, vt forma in illa generatione: ſed eſſentia diuina eſt formalis terminus generationis diuinæ: ergo &c.

Opinio aliorum de ipſa eſſentia. Alii dicunt quòd ſe habet ad modum compoſiti: nam ſicut materia, & forma conſtituunt vnam totam naturam, & illa eſt compoſitum: ita tota natura, quę communicatur in diuinis, eſt eſſentia diuina: & ideo habet modum compoſiti.

Aliqvi dicunt, quòd ſe habet per modum qualitatis ſymbolicæ: quia ſicut qualitas illa eadem manet in generato, & corrupto: ita eſſentia eſt ſic communis Patri, & Filio, non eſt autem, nec vt terminus, nec principium generationis.

Vide ꝑ hoc Sc. in 1. ſen. diſt. 5. q. 2. Sed contra iſtos arguit Magiſter.

Illvd quod conſtituit quidditatiuè totalẽ terminum generationis non ſe habet ſicut qualitas ſymbolica: quia ipſa habet modum adiacentis: ſed eſſentia diuina conſtituit quidditatiuè totalem terminum generationis, ſcilicet Filium: ergo &c.

De vnica, & diſcreta Theo. Item eſſentia diuina ſe habet ad modum ſimplicis naturę, quę habet modum communicandi reſpectu ſui ipſius, licet non inueniamus in creaturis ſimile, ſicut dicit Dionyſius, quòd eſſentię rerum creatarum excedũtur incomparabiliter a diuinis.

GENERATIO NON EST ACTVS *eſſentiæ.*

Eſſentia eſt fundamentũ omnis actualitatis. Generatio non eſt actus eſſentiæ: quia ex ſe eſſentia eſt actualizata, & omnis actualitatis fundamentum. Franciſcus de Mayr. in 1. libro Sent. diſt. 5. q. 5.

GENERATIO ET PATERNITAS *in Patre, an ſint vna relatio.*

Nota de generatione in Paternitate. Generatio & Paternitas in Patre ſunt vna relatio realis: habent tamen diſtinctionem formalem. Franciſcus de Mayr. in primo libro Sententiarum diſtinct. 26. quæſt. 4.

GENERATIO DVPLEX.

Generatio vniuoca quid. Generatio eſt duplex, ſcilicet vniuoca, & ęquiuoca: generatio vniuoca eſt, quando generans, & genitum ſunt eiuſdem ſpeciei, quæ ab Auerroe appellatur generatio non ceſſabilis, vt homo hominem generat, equus equum, ignis ignem.

Et hæc eſt multiplex.

Qvaedam eſt generatio ſimplex, quæ fit per circulationem, vt

vt generatio elementorum, vt ex terra aqua, & ex aqua aer, & ex aere ignis, per ſubtiliationem; quia ex vno pugillo terrę generatur aqua: & ſic de alijs, & generatur ſimile a ſimili: quia agens imprimit ſuam formam in patiens. *Generatio vniuoca multiplex.*

Alia eſt generatio vniuoca, quę fit per propagationem identitatis formę, & ſpeciei, vt planta ex planta. *Alia generatio vniuoca.*

Alia eſt generatio, quæ fit per ſeminis deciſionem, vt animal ex animali generatur per ſeminis deciſionem a maſculo, & receptionem in fœmina.

Alia eſt generatio vniuoca, quæ fit per tranſubiectionem: & ſic in vegetabili generatur caro animalis ex cibo, per cibi tranſubiectionem: & ſic a carne caro propagatione per virtutem agentis.

GENERATIO AEQVIVOCA *quid ſit.*

Generatio æquiuoca eſt quando generans & genitum non ſunt eiuſdem rationis, vt muſca genita a ſole ex materia putri: generatio æquiuoca eſt multiplex; quædam eſt per diuerſarum ſpecierum particularium commixtionem: vt aſini, & equæ ad muli generationem. *Generatio æquiuoca quid.*

Alia per agentis principia particularia incorporatione: vt generatio ex putrefactis, ex quibus generantur muſcæ, & vermes, vnde in generatione iſtorum calor ſolis eſt principium agens, qui incorporatur materiæ putrefactæ, & congregat partes ſubtiles materiæ, in quibus eſt virtus animæ, & fit particulare agens, eo quòd incorporatur materiæ particulari, & fit inde anima ſenſibilis infuſiue, & ita generatur. *Calor ſolis quomodo ſit principium agens.*

Nota quòd in generatione elementorum forma ignis agit in actu, & præparat materiam & diſponit, & introducitur forma ignita, & ipſa præparata, & diſpoſita: & ſic generatur ſimile a ſimili. *Forma ignis agit in actu.*

GENVS QVID SIT.

Genus eſt, quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quid. *1. Topic. c. 4. & 5. Met. contex. 38.*

Item genus eſt, quod prædicatur in quid de aliquibus, & in plus ſe habet.

GENVS EST MVLTIPLEX.

Item genus eſt multiplex, quoddam dicitur generaliſſimum, & hoc ſe extendit ad decem prima principia rerum, & hoc eſt ſuperius: & dicitur generaliſſimum, ſuper quo non eſt aliud ſuperueniens genus, vel cum ſit genus, non poteſt eſſe ſpecies, vt ſubſtantia, quantitas, &c. *Genus multiplex.*

Genus ſubalternum quid. ALIVD eſt genus ſubalternum, quod eſt genus reſpectu inferiorum, ſpecies tamen reſpectu ſuperiorum, & illud diuiditur per genus proximum & remotum.

GENVS REMOTVM QVID SIT.

Genus remotũ, quid. GENVS remotum prædicatur de talibus ſpeciebus quæ adhuc poſſunt eſſe genera, & dico genus proximum, & remotum idem ſpeciei ſpecialiſſimæ.

GENVS VNDE DICATVR.

Genus quinque modis poteſt ſumi. GENVS dicitur a gigno, gignis, vel a genos, quod eſt natum, & poteſt accipi quinque modis vt patet per hos verſus.

VNIVERSALE genus, genus eſt diſcretio ſexus.

PROPRIETASQ. rei, ſoboles genitorq. minorum.

GENERA NON SVNT SVBSTANTIA.

Genus1. q̃d. Genera ſubalterna q̃d. GENVS primum eſt ſubſtantia.

ITEM genera ſubalterna ſunt illa quorum vnum accidit, & eſt extraneum alteri.

GENVS DICITVR QVATTVOR modis.

Genusquattuor modis dicitur. GENVS dicitur quattuor modis, ſcilicet Logicum, Phyſicum, Morale, & Metaphyſicum: quære litteram C. dictione corruptibilitas, ſuper illud dictum corruptible, & incorruptibile pluſquam genere differunt.

GRATIA QVID SIT.

Sc. in 2. ſen. diſt. 27. GRATIA eſt, qua Deus habet aliquem gratum, ita quòd ipſa reſpicit Deum acceptantem, ſiue diligentem, non autem dilectum.

GRATIAE ET CHARITATIS diſtinctio.

Ioan. ca. 4. 1. Can. CHARITAS eſt perfectio ſimpliciter, aliter enim non formaliter competeret Deo, qui ſecundum Ioannem eſt charitas; gratia autem non

non eſt perfectio ſimpliciter, nec formaliter ponitur in Deo? gratia, & charitas ſunt idem realiter, ſed formaliter diſtinguuntur.

Nota etiam quòd licet gratia, & charitas differant formaliter, non tamen differunt in forma, vel ſecundum formam, ſic quòd ſint duæ formæ, ſed vna tantum, ſicut in voluntate eſt ratio vnde elicit actus, & eſt ratio vnde recipit illos, & ſunt rationes formaliter diſtinctę in eadem voluntate, & in eadem forma. Scotus dat exemplum de ſapientia in Deo, & de ſapientia ipſius Sortis. *Quò gratia & charitas differant.*

Item ſequitur: Gratia igitur charitas, ſed non e contra: quia eſt charitas in Deo, & tamen ibi nulla eſt ratio gratiæ. Vide pro hoc Scotum, & Franciſcum in 2. Sent. diſt. 39. *Sc. in 2. ſen. diſt. 27.*

GRATIA AN PONATVR *in aliqua potentia.*

Dico quòd in voluntate: quia eſt nobiliſſima potentia, nullus etiam eſt gratus Deo actus, niſi actus voluntatis. Franciſcus de Mayr. in 2. Sententiarum diſt. 27. *Gratia eſt in voluntate.*

AN DEVS POSSIT ACCEPTARE *aliquem ſine gratia.*

Dico quòd ſic, ad vitam æternam ſine aliquo abſoluto. Franciſcus de Mayr. ibidem. *Scot. in 2. ſent. di. 37. q. vnica.*

Gratia eſt a ſolo Deo per creationem, & ab eo ſolo conſeruatur.

GRATIA DVPLEX.

Gratia operans præparat hominis voluntatem, vt velit bonum, & præuenit voluntatem bonam. *Gratia operans quid.*

Gratia cooperans adiuuat, ne fruſtra velit, & ſequatur voluntatem iam bonam. *Gratia cooperãs quid.*

GRADVS QVID SINT.

Gradus ſunt partes formarum intenſibilium, & remiſſibilium: vnde gradus ſunt partes homogeneæ formæ ſimplicis. Franciſcus de Mayr. in 1. Sent. diſtin. 18. q. 2. *Quid ſint gradus.*

GRADVS PRIMITATIS ORIGINIS quid ſit.

Gradus primitatis originis quid. GRADVS primitatis originis dicitur tribus modis.

PRIMVS eſt a quo aliqua ſunt effectiue, & ſic enti conuenit.

SECVNDVS eſt, quando duo effectus ſunt ab vna cauſa: & ſic conuenit enti.

TERTIVS gradus quando aliquid eſt a ſe ipſo, & non ab alio: & ſic conuenit enti primitas, quando ens a nullo dependet, & multa ab eo dependent.

GRADVS DVPLICITER DICVNTVR.

Gradus duobus modis dicuntur. GRADVS duobus modis attenduntur, vel ſecundum quidditatem: & ſic accipit Bonettus, vel penes differentias indiuiduales. Franciſcus de Mayr. in primo Sent. diſt. 18. q. 2.

LITTERA H.

Scot. in 2. ſent. diſtin. 3. q. 9. HABITVS eſt quædam qualitas derelicta in intellectu ex actibus frequentatis generata, quæ non faciliter remouetur: ſubiectiue eſt in anima, vt accidens in ſuo ſubiecto.

Accidentia animæ. ACCIDENTIA animæ ſunt actus, habitus, & ſpecies, quæ ſunt in anima non extenſiue, ſed intenſiue: quia ſi extenſiue ſequeretur, quòd poſſent extendi, vel partiri ad extenſionem ſui ſubiecti, quod eſt falſum: quia anima cũ ſit ſimplex non extenditur, bene autem compoſitum poteſt extendi, partiri, & dilatari: vel ſi poſſet extendi, extenderetur per ſe, & in ſe, quod eſt falſum: quia actus non extenditur niſi ad extenſionem ſui ſubiecti.

HABITVS QVOTVPLEX.

Vide Sco. in 3. ſen. d. 33. HABITVS moralis eſt duplex, ſcilicet intellectiuus vt prudentia, & talis habitus non eſt virtus moralis.

HABITVS immediate cauſatur ab actibus ſæpe elicitis: ſed mediate cauſatur ab obiecto, & intellectu: quòd immediate ab actu, patet per Ariſtot. 2. Ethic. vbi dici, quòd habitus ad ſimiles actus inclinat ex quibus generatur: nam quattuor conditiones attribuimus habenti habitum, ſcilicet operari delectabiliter, faciliter, expedite, & prompte. *2. Ethic. c. 3* *Vide Sco. in 1. ſen. d. 9.*

HABI-

HABITVS NON EST CAVSA totalis actus.

HABITVS eſt cauſa partialis actus. *Vide Sc. in 1. ſent. diſt. 17. q. 2.*

HABITVS non eſt cauſa partialis principalis, ſed ſecundaria & minus principalis.

HIC vero loquimur de habitu, & actu pro ſubſtracto, ſeu pro ſubſtantia, & non pro formali.

HABITVS QVOMODO SIT actiuus.

HABITVS quomodo in via Scoti ſit actiuus reſpectu actus: nam aſſerit quòd habitus non datur potentiæ, vt recipiat, ſed vt agat, ſed tamen notat Scotus in quarto, vbi dicit quòd habitus facilitat potentiam, habet veritatem de habitu acquiſito, & non de habitu infuſo: habitus enim infuſus non dat facilitatem ad actum, vt patet de nouiter conuerſo cui non eſt facile poſt conuerſionem, actus bonos elicere, ſed difficile quouſque ex frequentia actuum bonorum acquirat aliquam virtutem acquiſitam. *Sc. in 1. ſen. diſt. 3. q. 7. 4. ſent. diſt. 6. q. 10.*

FRANCISCVS de Mayr. tenet habitum eſſe in potentia in ratione actiui, & non in ratione paſſiui. *In 1. diſtin. 17. q. 1.*

SI DICES SIC: CONTRA.

SVBSTANTIA non poteſt recipere qualitatem niſi mediante quantitate: ergo videtur quòd quantitas iuuet ſubſtantiam in ratione paſſiui, & non in ratione actiui: nam quantitas non eſt de genere actiuorum: ergo tantum iuuat ſubſtantiam vt recipiat & non vt agat. *4. ſen. d. 12. q. 2. & 3.*

RESPONDETVR.

QVÒD dictum Scoti habet veritatem comparando potentiam ad actum immediate receptum in ea, nunc autem qualitas non recipitur immediate in ſubſtantia, ſed tantum mediate.

HABITVS diuiſio ponitur a Scoto valde egregia, & nobilis in 3. Sent. diſtin. 34.

HABITVS SVPERNATVRALES

HABITVS ſupernaturales ſunt quattuor. *Habitus ſupernaturales quattuor.*

FIDES infuſa.

SPES infuſa.

LVMEN gloriæ.
ET charitas.
HOC vltimum habetur in patria, & in via.
TERTIVM tantum in patria.
PRIMVM & ſecundum tantum in via.
ET his quattuor poteſt addi character, qui infunditur in baptiſmo: & qui infunditur in ordine ſacro.

HABITVS A QVIBVS, ET QVOMODO cauſetur.

ACTVS eſt generatiuus habitus, non vt actio. Vide Scotum 1. Sent. diſtin. 17.

SED vt forma, & non vt actio de genere actionis: Vide Scotum in 1. diſtin. 3. quæſt. 9.

HABITVS QVOT MODIS ſumatur.

HABITVS multipliciter ſumitur.

VNO modo, vt eſt vnum prædicamentum, & tunc ſic definitur a Gilberto porretano: Habitus eſt eorum, quæ ſunt circa corpus adiacentia: & ſic habitus ſolum dicit reſpectum extrinſecus aduenientem.

SECVNDO modo capitur vt eſt qualitas de difficili mobilis: & ſic capitur habitus in prima ſpecie qualitatis.

Sc. in 1. ſen. diſt. 3. q. 6. TERTIO modo capitur pro repræſentatiuo alicuius rei: & ſic a Scoto ſpecies intelligibilis dicitur habitus.

2. ſent. diſt. 3. q. 9. QVARTO modo capitur vt eſt qualitas quædã qua mediante ſumus prompti ad exeundum in opus cum voluerimus: & ſic definitur a Scoto quòd habitus eſt qualitas derelicta ex actibus: & etiam de iſto dicit Scotus, quòd habitus eſt quo quis vti poteſt cum voluerit, & eſt dictum Ariſtotelis.

AN habitus practicus ſit actiuus.

RESPONDETVR.

6. Metaph. contex. 2. QVòD ſic: nam Ariſtot. diuidit ſcientiam practicam in actiuam, & factiuam.

SED DICES.

QVOMODO habitus practicus eſt actiuus, cum practicus dicat duplicem reſpectum, & reſpectus non eſt ratio agendi alicui.

RE-

RESPONDETVR.

QVòd notitia effectiuè eſt practica ab obiecto, formaliter, intrinſece, & a priori eſt practica a ſua differentia nobis ignota.

HABITVS GENERATVR EX *actibus*.

ISTA auctoritas ſic exponitur a Franciſco de Mayr. in primo Sententiarum diſtin. 17. quæſt. 3. quòd ly *ex*, debet exponi per prius, ſicut dicimus quòd ex aurora fit dies, ita ex actibus fit habitus, ideſt poſt actus fit habitus: actus enim ſunt actiones immanentes, & ideo non habent producere, ſed ſunt fines, & per conſequens non poſſunt cauſare habitum, nec aliquid aliud. *Expoſitio notabilis. Vide 2. & 5. Met.*

DIFFICVLTAS.

QVAE iſtarum cauſarum eſt principalior reſpectu actus: vel potentia, vel habitus. *Potentia eſt cauſa prima.*

DICO quòd potentia, tum quia eſt cauſa prima, & vniuerſalis, habitus autem particularis, tum etiam quia habitus non neceſſitat potentiam ad operandum, ſed potentia habitum. Franciſcus de Mayr. in primo Sent. diſtin. 17. q. 3. *Habitus eſt cauſa particularis.*

HABITVS QVID SIT SECVNDVM *ſanctum Auguſtinum*.

HABITVS eſt quo poſſumus in actum exire quando volumus. *Idē 2. Ethic. & alibi.*

HABITVS generalis in qualibet ſcientia diuiditur per habitus particulares quadrupliciter. *Habitus generalis diuiditur.*

PRIMO per partes integrales: vt Grammatica, Logica, &c.

SECVNDO per partes ſubiectiuas, vt in Philoſophia naturali.

TERTIO per proprietates, & paſſiones, vt in Geometria.

QVARTO per attributionem ad ſubſtantiam: & ſic diuiditur habitus Theologiæ, in habitus particulares ad ipſum Deum per attributionem.

HABITVI QVATTVOR PROPRIETATES *attribuuntur*.

PRIMA eſt, quòd habitus eſt, quo velociter operamur, homines enim habituati dicuntur prompti. *Proprietates habitus.*

& habitua ti ſunt quadruplices, quæ conueniunt in agēdo potius, quàm in recipiendo.

SECVNDA quia per habitum faciliter operamur: nam virtuoſus cum difficultate non operatur.

TERTIA quia per ipſum operamur delectabiliter, quia habituatus circa opera ſua non triſtatur.

QVARTA quia per ipſum operamur efficaciter, & firmiter, quia actus fortiores ſunt in habentibus habitum.

HABITVS IN BRVTIS POSSVNT aggenerari.

Habitus ſimiles humanis in Brutis aggenerari poſsũt.

NOTANDVM quòd in brutis poſſunt aggenerari habitus correſpondentes illis habitibus, quos habent homines in parte ſenſitiua, vel imaginatiua, ſicut videtur in brutis ioculatorum, & in auibus loquentibus, & conſimilibus. Franciſcus de Mayr. in tertio Sent. diſtin. 33.

HABITVS AD QVID PONATVR IN voluntate.

Quare habitus in voluntate noſtra ponatur.

RESPONDEO, quòd quia voluntas eſt coniuncta appetitui ſenſitiuo, ſemper ad generationem habitus in voluntate ſequitur generatio habitus proportionalis in appetitu ſenſitiuo. Franciſcus de Mayr. in primo Sent. diſt. 1. q. 8.

HABITVS PROPTER QVATTVOR datur.

Habitus datur potiſsimū propter quattuor.

PRIMVM eſt propter perfectionem actus.

SECVNDVM eſt propter delectationem: nam perfectiorem actum ſequitur maior delectatio, iſta duo inueniuntur in potentijs ſeparatis: ſed alia duo quæ ſunt operari faciliter, & velociter, ſiue prompte facit habitus in potentijs organicis coniunctis: in potentijs autem ſeparatis nihil eſt difficile, vel tardum, ſed operantur in inſtanti.

HABITVS PROPRIE NON EST in Deo.

Habitus proprie non eſt in Deo.

HABITVS proprie non eſt in Deo: eſt tamen ibi aliquid a nobis intellectum per modum habitus, vt ſcientia, & ſapientia, quæ videntur in Deo formaliter diſtincta, vt ſcilicet ſapientia ſit ad intra, ſcientia autem

autem ſit ad extra: quia reſpectu diuinorum videtur ſapientia, reſpectu autem creatorum dicitur ſcientia ſecundum S. Auguſtinum 14. de Trin. Franciſcus de Mayr. in primo Sent. diſt. 36. q. 5. *Cap. 1. & 13. ca. 19. 10. 3.*

HABERE DICITVR MVLTIS *modis.*

HABERE dicitur multis modis. *Habere quot modis dicatur.*

PRIMO modo habere ſcientiam, vel qualitatem.

SECVNDO modo quantitatem, vt bicubitum, & tricubitum.

TERTIO modo habere ornamentum, vt veſtimentum, vel annulum.

QVARTO modo membrum, vt manum, vel pedem.

QVINTO modo locus locatum, vt lagena habet vinum.

SEXTO modo poſſeſſionem, vt domum, vel agrum.

SEPTIMO modo habere vxorem, & hunc modum dicit Ariſto. eſſe alieniſſimum, eo quòd qui habet, habetur.

DEINDE ſe excuſat Ariſtot. ab enunciatione aliorum modorum habere, dicens quod forte ſunt alij modi habere, quàm illi, qui dicti ſunt, tamen modi magis conſueti ſunt enumerati.

HIRARCHIA QVOTVPLEX.

HIERARCHIAE Angelorum tres.

IN prima Hierarchia ſunt Cherubin, Seraphin, & Troni. *In elementario c. 12.*

IN ſecunda ſunt Dominationes, Principatus, & Poteſtates.

IN tertia ſunt virtutes, Archangeli, & Angeli: dicit Damaſcenus, quòd in vnoquoque ordine diuerſas hypoſtaſes condidit.

HOMO AN SIT PERFECTIVS *animal quàm equus.*

SCOTVS in vniuerſalibus dicit quòd intenſiue totum animal eſt in homine, & ita in alijs ſpeciebus: ergo videtur quòd homo non ſit perfectius animal, quàm equus. *Scot. 16.*

DICO quòd non eſt perfectius animal in ratione animalis: ſed bene in ratione vltimæ differentiæ contrahentis ipſum animal.

HOMO EST ANIMALITAS *an ſit vera.*

RESPONDEO, multæ propoſitiones ſunt veræ phyſice: quæ tamen Logice falſitatem ſapiunt, exemplum: Sortes eſt humanitas: homo eſt animalitas, equidem propoſitiones phyſice veræ ſunt, quoniam Sortes eſt humanitas realiter, & formaliter ipſam includens, ſimiliter homo *Vide Paduanum Baro-*

lità in ſuis cõtradictio-nibus. mo animalitatem: ſed quoniam ſubiectum, & prædicatum ſumuntur ſub diuerſis modis ſignificandi, idcirco dicimus eas eſſe falſas, logice loquentes.

HVMANITAS QVID SIT.

Humanitas quid. HVMANITAS eſt natura ex corpore, & anima intellectiua conſtitúta, abſtracta ab omni indiuiduo.

LITTERA I.

IDEA QVID SIT.

q. 46. AVGVSTINVS 83. quæſtionum aſſerit, quòd illud nomen, *idea* fuit a Platone inuentum, & eſt idem quod forma: hanc ideam vocauit Noym, vt refert Macrobius in libro de ſomnio Scipionis, mediantibus quibus creauit vniuerſa, vt patet in Timeo: vnde Boetius dicit:

3. de conſolatione metro. 9. *MVNDVM mente gerens ſimiliq. in imagine formans.*

IDEST gerens in mente mundum exemplarem, & ad eius imaginem mundum creans ſenſibilem.

ET ideo non poſuit ideas realiter diſtingui a Deo: vnde Franciſcus de Mayr. in 1. Sent. diſt. 47. q. 3. dicit Platonem recte de ideis ſenſiſſe, & Ariſt. ex inuidia impugnaſſe: nam poſuit ideas ad modum Theologorum in mente diuina, eo modo quo dicit Scotus. *Scot. in 1. ſen. diſt. 35.*

PRO declaratione definitionis ideæ, notandum eſt, quòd Alexander Alenſis dicit, quòd idea dicitur ab ὕδωρ quod eſt aqua, ſicut enim in aqua repræſentantur variæ imagines, ſic in Deo variæ res repræſentantur per huiuſmodi ideas.

1. ſen. d. 36. art. 2. q. 1. RICHARDVS de media Villa dicit quòd ideæ ſunt formæ, ideſt ſimilitudines intelligibilium in intellectu, dicuntur ideæ ab idos, quòd eſt forma.

IDEA QVID SIT SECVNDVM SCOTVM, & alios Scotiſtas.

Sc. in 1. ſen. diſt. 35. IDEA eſt res cognita: iſti etiam habent ponere infinitas ideas in Deo, & quòd ideæ ſint in Deo obiectiue, & non ſubiectiue. Franciſcus de Mayr. in primo Sententiarum diſtin. 47. quæſt. 1. tenet contra Scotum, quòd idea nullo pacto ſit res cognita.

IDEAE DEFINITIO.

IDEA eſt forma intellectualis exemplaris: quòd autem ſit forma, patet per ſanctum Auguſtinum, vbi dicit quòd transferendo nomen ex nomine Idea eſt forma: nam Idea Græce, eſt forma Latine: quòd autem ſit intellectualis, patet ibidem: vbi dicitur, quòd Idea ſi dicatur ratio, non erit proprie tranſlatio verbi, ex verbo tamen a veritate non diſceditur: quia Idea eſt forma intellectualis: quòd autem ſit exemplaris, probatur: non enim quocunque modo forma, quæ eſt in intellectu dicitur exemplaris: immo illa forma dicitur exemplaris, quæ eſt intellectualis, & productiua rei ad extra: ſed Idea eſt huiuſmodi: ergo Idea eſt forma intellectualis exemplaris.

83.q.q.46. Vide Alexã drũ Aléſem q̃d ſit Idea 2.parte ſũma loquẽdo de Ideis.

IDEAE INFINITAE AN IN Deo ſint.

RESPONDETVR quòd cum in via Scoti Idea ſit eſſe cognitum, & infinita obiecta ſunt cognita a Deo, ideo infinitæ ideæ: Vnica tamen eſt idea in mente Dei formaliter, obiectiue plures: nam quot ſunt obiecta, tot enim & ideæ.

Sc.in 1.ſen. diſt. 35.

CIRCA IDEARVM POSITIONEM, quænam fuerit mens Platonis.

RESPONDET Scotus quòd intentio Platonis fuit ponere ideas in mente diuina ad modum ſibi impoſitum ab Auguſtino, & non vt ſibi impoſuit Ariſt. vnde patet Ariſt. ſibi falſum impoſuiſſe: & ſi quæras rationem huius, cur Ariſt. ſibi impoſuit iſtud falſum. Reſpondet Franciſcus de Mayr. quòd hoc fecit ex inuidia, & ſecundo, quia Ariſt. fuit optimus phyſicus, & peſſimus Metaphyſicus: & ideo neſciuit abſtrahere.

1.ſen.d.35 In 1. ſent. d. 47.q. 1.

POSSVNT tamen conciliari.

QVÒD Plato per ideas intellexit naturas rerum, ſiue ſpecies præciſas, & ſecundum ſe conſideratas per abſtractionem intellectus a ſingularibus: eodem modo, quo Auicenna dicebat, quòd equinitas eſt tantum equinitas: ſic ſi intellexit, nõ eſt arguendus, nec rationes Ariſt. valent contra eum, & hoc concilium eſt Gabrielis Zerbi.

5. Met.c.1.

IDEAE AN SINT OMNIVM SINGVLARIVM in mente diuina.

SCOTVS arguit contra S. Bonau. & expreſſe ponit, quòd etiam ſingularia, quæ nunquam exiſtunt, habent propriam ideam in mente diuina, ſicut & ſingularia, quæ exiſtunt.

Sc.in 1.ſen. diſt.39.

IDEAE AN SINT PONENDAE ſeparatæ.

7. Metaph. contex. 21. & inde copioſe.

ARIST. imponit Platoni ſeparationem realem, & attribuit ideis quatuor conditiones, quas videtur negaſſe Plato.

PRIMA eſt ſingularitas: quoniam Plato poſuit vnum indiuiduum ſingulare eſſe commune pluribus.

SECVNDA quod eſſet ens actu exiſtens.

TERTIA quòd eſſet ſeparata localiter, ſcilicet in aere.

QVARTA quòd menſuraretur tempore, vel aliqua alia menſura, ſicut exiſtentia.

PLATO autem videtur illas conditiones omnes negaſſe ab eis.

DE prima apparet: quia ponit ideam eſſe idem quod vniuerſale, quod eſt commune pluribus.

DE ſecunda etiam apparet: quia non ponit eam actu exiſtentem, ſed quòd abſtrahit ab actu, & potentia.

TERTIAM etiam non ponit, ſcilicet quòd eſſet in loco: quia ponit ideam & vniuerſale idem: ſed vniuerſale nuſquam eſt.

SED ABSTRAHIT AB OMNI loco.

SIMILITER de quarta apparet: quia ponit quòd abſtrahit ab omni duratione: & ſic ab exiſtentia.

OPINIO PLATONIS DE IDEIS.

Opinio Platonis de Ideis.

VVLT autem Plato vna cum Theologis in mente diuina eſſe ideas ſingulorum hominum, nō autem ideas ſpecierum, vt ſibi aſcribit Ariſt. duo enim falſo ſibi aſcribit.

PRIMO quòd teneat ideas ſeparatas extra intellectum.

SECVNDO quòd poſuerat ideas ſpecierum, vtrumque enim eſt falſum ſecundum Platonem, qui non ponebat ideas ſpecierum: ſed tantum indiuiduorum, & has ideas non ponebat ſeparatas, per ſe exiſtentes, ſed volebat eas eſſe in mente diuina, quæ ideæ nihil aliud ſunt, quàm eſſe cognitum.

IDEAE AN SINT RELATIVORVM.

Relatiuorū nō ſūt Ideæ

SECVNDVM hanc opinionem relatiuorum non ſunt ideæ: quia Deus ea cognoſcit per ideas fundamentaliter.

NEQVE priuationum ſunt ideę, quomodo ergo cognoſcit peccatum: dico quòd peccatum eſt difformitas in actu, videns igitur Deus actum difformem, cognoſcit peccatum per ſcientiam actu.

IDEAE

IDEAE NON SVNT COMPLEXORVM; *vt propoſitiones.*

SED ea cognoſcuntur ex idea extremorum.

IN mente diuina impoſſibilia non habent ideas, niſi ſecundum partes.

Complexorũ non ſunt Ideæ.

SED hic notandum eſt, quòd licet Deus cognoſcat omnia per ideas, cognoſcit tamen Deus omnia per ſuam eſſentiam: vnde idea non eſt ratio formalis cognoſcenda, ſed eſt ratio ſine qua non: nam eſſentia eſt illa, quæ mouet intellectum diuinum ad cognitionem omnium: ideo eſt eſſe cognitum, non ratio formalis.

IDEAE SECVNDVM PLATONEM *quomodo dentur.*

SECVNDVM Platonem dantur ideæ hoc modo, quòd in mente diuina ſunt ideæ omninm ſingularium, quæ ſpecies & ideæ conſtituunt mundum intelligibilem: ſecundum has ideas operatur Deus.

Quõ dẽtur Ideæ ſecundum Platonem.

SI quis primo diceret, idea mei in mente diuina eſt ne adoranda?

RESPONSIO.

DICO quòd formaliter non eſt adoranda: ſed materialiter, quia materialiter eſt idem quod Deus.

Quõ idea ſit adoranda.

SECVNDO inter has ideas in mente diuina, eſt ne aliquis ordo?

ALIA RESPONSIO.

QVòD eſt: quia idea hominis eſt perfectior idea equi, quia homo eſt perfectior equo: immo ordo horum inferiorum dependet ab ordine idearum in ſuperioribus.

Idea hominis eſt perfectior Idea equi.

INCLVDENS DVOBVS MODIS *ſumi poteſt.*

INCLVDENS duobus modis ſumi poteſt.

VNO modo materialiter, ſicut totum includit partes, vt domus, tectum, parietem.

Quõ totum includant partes.

ALIO modo virtualiter, ſicut ſubiectum ſuas paſſiones.

INDIVIDVVM AN SIT PERFECTIVS alio.

3. Met. contex. 11. INDIVIDVVM vnum non eſt perfectius alio in eſſentiali perfectione, bene vnum eſt perfectius alio, perfectione accidentali, vnus homo eſt doctior alio, pulchrior, ditior.

INDIVIDVVM SIGNATVM, & vagum quid.

Indiuiduũ ſignatũ qd. INDIVIDVVM ſignatum, vt iſte homo currit, iſte homo ambulat: & ſic de ſingulis.

Indiuiduũ vagũ quid. INDIVIDVVM vagum, vt aliquis homo currit, aliquis homo legit, aliquis homo dormit: & ſic de ſingulis.

INFINITVM QVID SIT.

3. Phyſic. contex. 63. Scot. in 5. q. quolibet. 4. lib. ſent. d. 44. q. 4. INFINITVM ſic definitur ab Ariſt. Infinitum eſt cuius quantitatem accipientibus ſemper eſt aliquid accipere extra, & ibi definiuit infinitum in potentia, & non infinitum in actu, vt vult Scotus: & ſimiliter omnes expoſitores excepto Sueſſano, & Gregorio Ariminenſi, qui in iſto paſſu negant Philoſophum: hoc idem volunt omnes expoſitores.

INFINITVM vno modo dicitur a parte poſt, & hoc modo ſubſtantias ſeparatas, & ſpirituales, vel corporales perpetuas, dicimus infinitas.

INFINITVM AN A NOBIS SIT cognoſcibile.

Antonius Andreas in 2. Met. q. 5. INFINITVM contrarie intenſiue, ſeu in magnitudine virtutis eſt a nobis cognoſcibile, patet: quia tale infinitum eſt Deus, & tamen cognoſcitur a nobis: & Franciſcus de Mayron. in primo Sententiarum diſtin. 2. q. 5. probat quòd infinitum cognoſcatur a nobis: quia illud quod demonſtratur, cognoſcitur: ſed infinitum ſaltem a poſteriori demonſtratur, vel ſaltem probabiliter probatur a nobis de Deo: ergo a nobis cognoſcitur: nam demonſtrare eſſet impoſſibile, niſi termini conciperentur.

SECVNDO ſic: Omne creditum eſt aliquo modo notum: ſed nos credimus quòd Deus eſt infinitus, immenſus: ergo &c.

IN-

INFINITVM NEGATIVE AN poſſit intelligi a nobis.

INFINITVM negatiue poteſt intelligi a nobis, hoc patet: quia punctus, vel vnitas poteſt intelligi a nobis. *Quæ ſint infinita negatiue.*

SED ipſa ſunt infinita negatiue: ergo infinitum negatiue poteſt intelligi a nobis.

INFINITVM IN POTENTIA quid ſit.

INFINITVM in potentia eſt cui ſemper poteſt fieri attractio, ablatio, vel diuiſio, ita quòd ſi continuaretur talis diuiſio, vel ablatio in infinitum, impoſſibile eſſet venire ad finem. *Infinitum in potentia quid.*

INGENITVM, ET INNASCIBILE quid.

INGENITVM, & innaſcibile ſunt proprietates Patris. Franciſcus de May. in primo Sent. diſt. 28. q. 1. *Vide Sco. 4. q. quolib.*

DICVNT aliqui quòd ingenitum dicit plenitudinem fecunditatis, & fontalitatis, ſed hoc improbat Franciſcus: nam plenitudo fontalitatis, & fecunditatis eſt perfectio ſimpliciter, & per conſequens omnibus perſonis communis: ergo &c.

SECVNDO ſic: Omnis plenitudo eſt infinita: quia quidquid eſt in Deo quantum, eſt infinitum: ſed omne infinitum eſt commune tribus: ergo &c.

DICIT tamen Franciſcus, quòd ingenitum & innaſcibile, nihil poſitiuum dicunt in Patre: nam in Patre non eſt niſi eſſentia, & relatio, certum eſt quòd ingenitum non eſt eſſentia: quia tunc eſſet in Filio, nec relatio quia non Paternitas: nam ſecundum Auguſtinum ſi, Pater non generaſſet, nihil prohiberet ipſum eſſe ingenitum, nec eſt Spiratio actiua: quia illa eſt in Filio: & ſic ingenitum eſſet in Filio: relinquitur ergo quòd ſit ratio negatiua, ſicut incorruptibile dicit negationem corruptionis: ita innaſcibile dicit negationem natiuitatis, & generationis paſſiuæ. *Ingenitum, & innaſcibile quid dicant in Patre. 5. de Trin. cap. 6.*

SED CONTRA ISTA INSTATVR.

NVLLA imperfectio debet poni in diuinis, ſed omnis priuatio dicit imperfectionem: ergo nulla priuatio debet poni in diuinis, *In diuinis non eſt imperfectio.*

SOLVTIO.

Priuatio quadruplex

PRIVATIO eſt quadruplex.

QVAEDAM ſunt priuationes, quæ priuant perfectiones, ſicut ignorantia, & neſcientia: & iſta dicunt imperfectionem.

ALIAE ſunt quæ priuant imperfectionem, ſicut incorruptibilitas quę corruptionem priuat, & iſtæ dicunt perfectionem, &c.

PONVNTVR in Deo eo quòd dicitur immortalis, & ſimilia.

Animatum quomodo dicat perfectionem.

ALIAE ſunt quæ priuant non perfectionem ſimpliciter, ſed perfectionem ſecundum quid ſolum, ſicut inanimatum: eſſe enim animatum licet dicat perfectionem, *in*.tamen dicit perfectionem ſecundum quid: & ideo eius priuatio dicit imperfectionem talem.

ALIAE ſunt, quæ priuant illa quæ neque perfectionem, neque imperfectionem dicunt, huiuſmodi eſt ingenitum, quod priuat generationem, quæ nec perfectionem, nec imperfectionem dicit, & talis bene poteſt poni in diuinis. Franciſcus de Mayr. in primo Sententiarum diſtinct. 28. quæſt. 1.

INGENITVM, ET INNASCIBILE an ſint proprietates Patris conſtitutiuæ.

Quære ſanctum Bona. & S. Thom. & alios hic.

VNA opinio dicit, quòd ſic: quia proprietas incommunicabilis, quæ primo aduenit primo ſuppoſito, ipſum conſtituit: ſed innaſcibilitas eſt huiuſmodi: ergo &c. minor patet: quia omne quod eſt ad aliud, prius eſt aliquid ad ſe, quàm ſit ad aliud, ingenitum autem eſt ad ſe.

CONCLVSIO RESPONSIVA negatiua.

Ingenitum non conſtituit Patrē.

INGENITVM non conſtituit Patrem: nam nullum reale poſitiuum poteſt fundari in priuatione, vel negatione: ſed diſtinctio Patris a Filio eſt realis, & poſitiua: ergo non poteſt fundari in ingenito, quod eſt priuatiuum. Franciſcus de Mayr. in 1. Sent. diſt. 28. q. 2.

Vide Sco. in 4 q. quolib. & in 1. ſen. diſt. 28. q. 2.

ETIAM Scotus noſter arguit: Nulla negatio eſt primo incommunicabilis: ſed formale conſtitutiuum Patris eſt incommunicabile primo: ergo ingenitum non eſt formale conſtitutiuum.

INGENITVM QVALITER INTELLIGATVR eſſe ad ſe.

5. de Trin.

AVGVSTINVS vocat ibi ad ſe omne illud quod non eſt poſitiue ad aliud: & quia ingenitum non ſic eſt ad aliud, ſcilicet poſitiue: dicit

dicit quòd eſt ad ſe, tamen videtur expreſſe concedere quòd non exit genus relationis.

INGENITUM AN PRAECEDAT Patrem.

RESPONDETUR quòd ingenitum improprie accipiendo præcedit Patrem, ſed tamen illud conuenit eſſentiæ,& illud non eſt incommunicabile, ſed accipiendo proprie ingenitum, illud eſt proprium Patri, & ſequitur Paternitatem. *Ingenitum duplex, uno modo præcedit Paternitatem, alio modo ſequitur.*

ILLUD enim eſt incommunicabile: ſed quia fundatur in primitate originis, quæ præſupponit Patrem, hinc eſt quòd non conſtituit: & de tali dico quòd impoſſibile eſt eſſe ſine Patre, licet ingenitum quod conuenit eſſentiæ poſſit.

INTELLECTUS QUID SIT.

INTELLECTUS eſt notitia principiorum demonſtrabilium per ſe notorum.

ITEM intellectus eſt potentia ſpiritualis apprehenſiua omnium intentionaliter. *Intellectus eſt potentia ſpiritualis.*

INTELLECTUS eſt natura ſpiritualis habens habitudinem intelligendi: & ſic de voluntate, videlicet voluntas eſt natura ſpiritualis habens habitudinem volendi.

ET nota quòd iſtæ potentiæ non ſunt idem quod eſſentia animæ formaliter: quia intellectus eſt potentia, non autem eſſentia.

ITEM intellectus, & voluntas diſtinguuntur: quia intellectus intelligit, & voluntas vult: & intellectus non vult, nec voluntas intelligit.

OPINIONES ALIQUORUM.

ALIQUI enim dicunt, quòd intellectus eſt potentia paſſiua, quæ non operatur, nec agit, niſi moueatur ab extrinſeco, hoc eſt ab obiecto: quia obiectum mouet potentiam, conceditur: ſed tamen non omnis operatio intellectus, vel actus eſt ab extrinſeco, ſed ab ipſis ſpeciebus ſibi innatis, vel a ſpeciebus obiectorum receptis in memoria, quæ ſunt ſibi vere intrinſecæ. *Vide Mauritium. s. q. vniuerſalium.*

CONTRA.

NON mouetur etiam ab ipſis ſpeciebus obiectorum intrinſecorum, niſi in ratione obiecti extrinſeci: poſſet dici quòd immo: quia ſpecies ſic recepta quando mouet intellectum, & potentiam intellectiuam

primo

primo mouet ipſum in ratione ſui ipſius, antequam feratur intellectus ſuper obiectum.

Ideo etiam ſi non ab illis ſpeciebus, niſi in ratione obiecti extrinſeci, adhuc poteſt moueri a ſpiritibus ſibi innatis: & ſic intrinſece, & non ab extrinſeco: certum eſt quòd ipſe intellectus eſt potentia actiua: & ſic poteſt ceſſari, & etiam moueri ab extrinſeco, & ab intrinſeco, ſecundum diuerſos reſpectus.

Intellectus eſt potentia actiua.

DE INTELLECTV AGENTE, *& poſsibili.*

9. Metaph. contex. 11. & inde. Scot. 15. q. quolibet.

INTELLECTVS eſt duplex, ſcilicet agens, & poſſibilis: agens eſt, qui poteſt omnia facere, vt vult Philoſophus, poteſt facere omnes quidditates eſſe intelligibiles, hæc eſt prima eius operatio.

SECVNDA eſt facere illas cum ſpecie intelligibili actu intellectas.

INTELLECTVS poſſibilis eſt omnia fieri: debet ſic exponi, ideſt recipere ſpecies omnium.

Vide S. in 1 q. prologi. Sco. in q. 7. ſuarum collationum.

ITEM iſti duo intellectus differunt ſicut duæ habitudines eiuſdem ſpeciei, puta diſciplinabilitas, & riſibilitas quæ ſunt idem realiter, non tamen formaliter, & inter ſe, ſic iſti duo intellectus: nam inquantum intellectus producit ſpecies intelligibiles dicitur agens, inquantum verò recipit, dicitur poſſibilis: quia talem recipit intellectionem, tamen ſecundum opinionem iſtam omnis actiuitas datur intellectui agenti. Franciſcus de Mayr. in primo diſtin. 3. q. 6. tamen Scotus tenet oppoſitum, quòd intellectus poſſibilis cauſat intellectionem.

INTELLECTVS AGENS.

9. de Trin. cap. 5.

INTELLECTVS agens, & poſſibilis diſtinguuntur formaliter, non tamen realiter, nec eſſentialiter: nam omnes potentiæ animæ ſecundum Auguſtinum ſunt neceſſario vnius eſſentiæ, quòd diſtinguantur formaliter, patet: quia cadunt ſub diuerſis oppoſitis differentijs diuidentibus aliquod commune, ſicut ſub actiuo, & paſſiuo: quia principium diſtinguitur formaliter per actiuum & paſſiuum, quæ ſunt differentiæ oppoſitæ.

INTELLECTVS AGENS AN SIT *nobilior poſſibili.*

Sc. in 15. q. quolibet. Vide Gadiñ Bononienſi in 15. quæſt. quolibet.

SCOTVS in 15. q. quolib. reſpondit, quòd ſe habent ſicut excedens & exceſſum: quoniam intellectus agens eſt nobilior poſſibili præciſe, vt reſpicit obiecta ſenſibilia: quia præciſe reſpectu illorum eſt agens impoſſibile, vt autem ſit comparatio ad actum intelligendi, intellectus poſſibilis longe nobilior eſt agente, ad plura enim & nobiliora ſe actiue extendit notitiam illorum in ſe producendo.

VEL

VEL dicas quòd intellectus agens, vel poſſibilis poſſunt comparari ad inuicem duobus modis.

VNO modo in rationibus agentis, & patientis: & ſic intellectus agens eſt nobilior, & perfectior intellectu poſſibili: quia ratio formalis agendi eſt nobilior & perfectior ratione formali patiendi. *Scot. in 1. ſent. d. 17.*

ALIO modo poſſunt comparari ſecundum ſuos actus, & ſecundum ſuos fines: & ſic intellectus poſſibilis eſt nobilior intellectu agente: quia intellectus poſſibilis poteſt habere vnum actum perfectiorem omni actu intellectus agentis: etiam intellectus poſſibilis poteſt virtualiter attingere obiectum perfectum, & hoc non poteſt facere intellectus agens.

ITEM potentia beatificabilis eſt honorabilior non beatificabili: ſic eſt de intellectu poſſibili reſpectu intellectus agentis: ergo &c.

INTELLECTVS AGENS PROPTER quattuor ponitur in creaturis.

PRIMO ad cauſandum ſpeciem intelligibilem. *Intellectus agẽs increaturis ꝓpter quattuor ponitur.*

SECVNDO eſt ſolum ad cauſandum per ſe cum obiecto ſine alio præuio cauſato, ſicut in cognitione intuitiua.

TERTIO eſt ad immutandum intellectum poſſibilem, ei aliquid imprimendo, & per hoc dicitur agens: quia imprimere eſt quoddam agere.

QVARTA eſt ad producendum verbum, prout productio abſtrahit a factione. Franciſcus de Mayr. in primo Sent. diſt. 26. q. 1.

INTELLECTVS POSSIBILIS in creaturis propter quattuor ponitur.

PRIMO, vt eſt paſſiuus: & vt ſic reſpicit intellectum agentem. *Intellectus poſſibilis in creaturis ꝓpter quattuor ponitur.*

SECVNDO vt eſt receptiuus: & vt ſic comparatur ad ſpecies, actus, & habitus, vt ſibi inhærentes.

TERTIO in quantum eſt operatiuus: & vt ſic reſpicit actum, non vt ſubiectum, ſed vt fundamentum, ſecundum quòd ratio fundamenti abſtrahit a ratione ſubiecti: vnde intelligere per accidens eſt recipere, ſed per ſe ſibi competit, ſcilicet ei quod intelligit fundare. *Opinio Sco.*

QVARTO conſideratur vt fundatiuus tantum, non vt operatiuus: iſto modo reſpicit virtutes intellectuales, ſcilicet ſapientiam, & talia.

DVAE habitudines conueniunt intellectui poſſibili creato inquantum limitatus eſt, cum pati & recipere ſint ſigna imperfectionis. *In diuinis propter duo tantum ponitur intellectus poſſibilis.*

ALIAE verò duæ conueniunt ſibi in quantum eſt talis potentia, ſcilicet inquantum eſt intellectus poſſibilis.

ET ideo vt ſic, ſcilicet ſecundum illam duplicem habitudinem ponitur in Deo: dicitur enim operare, vel intelligere, ex eo quòd intellectus eius habet in ſe formaliter intellectionem: & dicitur ſapiens, quia habet in ſe formaliter ſapientiam.

QVOMODO IN ANGELIS SIT intellectus agens, & poſsibilis.

Officia intellectus poſſibilis. 1. eſt productiuus. 2. paſſiuus. 3. receptiuus.

DICO quòd reſpectu rerum creatarum in Angelis eſt intellectus agẽs, & intellectus poſſibilis: eſt intellectus agens quatenus abſtrahit res ab eſſe ſenſibili, ad eſſe intellectuale: eſt intellectus poſſibilis quatenus eſt ſpecierum receptiuus.

ALII autem ponunt eum in Angelis, eo quòd intellectus talis ſit principium productiuum actus intelligendi: & quia hoc dicit perfectionem, hinc eſt quòd debet poni in Angelis.

INTELLECTVS DIVINVS intelligit omnia.

Scot. 15. q. quol. art. 2. INTELLECTVS diuinus intelligit omnia. Franciſcus de Mayr. in primo Sent. diſt. 36. q. 4.

Auerr. 12. Met. com. 51 ALIQVI enim dicebant quòd non intelligit niſi ſeipſum: quia aliter vileſceret eius intellectus.

ALII autem dicunt quòd Deus omnia incommutabilia cognoſcit: nam hoc nullam perfectionem arguit, ſed non commutabilia: quia hoc in eo eſſet mutatio, quod eſt inconueniens.

1. Cor. ca. 9. ALII dicunt quòd ſolum principalia intelligit ſicut homines: quia ei non eſt cura de bobus.

ALII dicunt vere, & catholice, quòd omnia intelligit, bona ſcilicet & mala, commutabilia, & incommutabilia principaliã, & non principalia.

Math. 10. HIC modus confirmatur per ſacram Scripturam, numquid duo paſſeres veneunt aſſe venæunt &c.

in cap. 10. Math. ET per illud S. Hieronymi: ne minimum quidem folium cadens in terram cadit ſine nutu Dei.

RATIONE confirmatur ſic.

Deus eminenter continet creaturas. QVANDOCVMQVE aliquid continetur eminenter in aliquo, impoſſibile eſt quòd cognoſcatur perfecte continens, vt continens, niſi cognoſcatur contentum: ſed Deus continet eminenter creaturas, & cognoſcit ſe perfecte, & vt continens: ergo &c.

CONFIRMATVR, quandocumque aliquis intellectus cognoſcit aliquid perfecte, cognoſcit omne illud quod in eo continetur: ſed intellectus diuinus cognoſcit eſſentiam ſuam perfectiſſime, in qua eminenter continetur omnis creatura: ergo &c.

Quo Deus intelligat ſe ſecũdum Auerroem. 12. Meta. comm. 14. PRO dilucidatione veritatis, dicendum eſt, quòd Auerroes ipſe arbitratur Deum intelligendo ſe intelligere omnia pro quanto eminenter continentur in ipſo Deo: ſic quòd intellectio eius terminatur ad eſſentiam ſuam tantum, & intelligendo eſſentiam ſuam ſic intelligit omnia: quia illa eſſentia eſt omnia eminenter, velut habens aureum, habet marcellos Venetos: & ſic intelligit omnia in vniuerſali, & non in particulari, quod

falſum

falſum eſt: quia ſcire in vniuerſali eſt ſcire in potentia. Scotus vero tenet Deum intelligere ſe, & omnia in ſe, ſic quòd non mouetur a rebus: quia vileſceret intellectus eius, ſi minima naturæ attenderet motiue, & intellectio eius terminatur ad eſſentiam ſuam primo, ſecundario ad entia illa: & ſic intelligit in particulari, in ſe tamen, non extra ſe: quia moueretur a rebus, mouetur tantum a ſua diuina eſſentia, & ad eam terminatur: & ita terminatur ad res, non vt ſunt extra, ſed vt habent eſſe intra, videlicet in eſſentia diuina. *Scot. 15. q. quolibet.*

ET ideo reſpondetur cum Scoto: vileſceret intellectus Dei quidem ſi minima naturæ attenderet motiue, & cum tædio, & labore, ſicut & nos. Apoſtolus enim ad Hebræos dicit: omnia nuda, & aperta ſunt oculis Domini, quod gloſſandum ducimus in ſe: quia ſecundum ſuum eſſe omnia relucent in eſſentia Dei. *Hebr. ca. 4.*

INTELLECTVS DEI AN INTELLIGAT infinita.

INTELLECTVS diuinus intelligit infinita. Franciſcus de Mayr. in 1. Sent. diſt. 36. q. 5. *Vide Sco. in 3. q. prologi*

VBI ab ipſo ponuntur quattuor præambula.

PRIMVM eſt iſtud, quòd quæcumque Deus cognoſcit per obiectum vnum primum, ſcilicet per eſſentiam ſuam cognoſcit: quia ipſa continet, & repræſentat ſupereminenter omnia.

SECVNDVM eſt, quòd Deus omnia cognoſcit per vnum actum indiuiſibilem: quia tanta eſt illimitatio actus infiniti, ſicut potentiæ infinitæ, nos autem eadem potentia omnia cognoſcimus ſicut Deus eodem actu: vnde Auguſt. de Trinitate dicit, quòd Deus vna, & æterna, & innumerabili viſione complectitur cuncta quæ videt. *Lib. 13. & 15. & alibi ſæpe.*

TERTIVM eſt quòd Deus non cognoſcit omnia per vnum quaſi habitum: quia licet in Deo non ſit proprie habitus, eſt tamen ibi aliquid a nobis intellectum per modum habitus: vt ſcientia, & ſapientia, quæ videntur in Deo formaliter diſtincta, vt ſcilicet ſapientia ſit ad intra, ſcientia autem ſit ad extra: quia reſpectu diuinorum, videtur ſapientia, reſpectu creatorum dicitur ſcientia, ſecundum Auguſtinum 14. de Trinitate. *Lib. 1. et 13 Trin. c. 19.*

QVARTVM præambulum eſt quòd Deus non cognoſcit omnia per vnicum repræſentatiuum: quia habet in ſe formaliter plures ideas, ſicut dicit Auguſtinus, & per illas cognoſcit creaturas diſtincte: vnde dicit quòd alia ratione conditus eſt homo, & alia equus. *83. q. q. 46.*

QVOMODO INTELLECTVS DISTINGVATVR cum obiecto ab actu intelligendi.

INTELLECTVS cum obiecto diſtinguitur realiter ab actu intelligendi. *Eſſentia diuina nō eſt producta.*

ITEM intellectus non eſt productus, ſed eſt ſub actu intelligendi: Si-

cut in diuinis eſſentia diuina non eſt producta, ſed Filius conſtitutus ex eſſentia, & relatione eſt productus.

INTENTIO PRIMA QVID SIT.

Sc. in 1. ſen. diſt. 23. q. 1

INTENTIO prima eſt res cognita, vel cognoſcibilis, non cauſata per actum comparatiuum noſtri intellectus, ſed comparata ad aliud.

INTENTIO SECVNDA quid ſit.

Secũda intentio quid ſit.

SECVNDA intentio eſt reſpectus rationis cauſatus per actum comparatiuum noſtri intellectus, vel per actum alterius potentiæ collatiuæ.

INTEGRITAS QVOT MODIS accipiatur.

Quid integritas phyſica.

INTEGRITAS dupliciter ſumitur, aut Phyſice, aut Metaphyſice: ſi Phyſice ſic non eſt in Deo, ſed Metaphyſice bene.

INTEGRITAS phyſica eſt, vt appropriatur toti, vt dicimus, totus Sortes tota eſt domus.

Quid integritas Metaphyſ.

INTEGRITAS Metaphyſica eſt quædam collectio omnium perfectionum, & talis ponitur ſine totalitate.

INHAERENTIA QVID SIT.

Quid inhærentia.

INHAERENTIA eſt habitudo accidentis ad ſubiectum, ſecundum quòd in eo exiſtit.

ILLVMINATIO ANGELICA quid ſit.

Sc. in 2. ſen. diſt. 9. q. 1.

ILLVMINATIO Angelica eſt de proprijs conceptibus: quia ſuperior Angelus poteſt manifeſtare inferioribus ſuos conceptus ſibi naturaliter notis illis.

NOTA DE IMPERFECTIONE.

An ens ſit perfectum.

IMPERFECTIO poteſt capi poſitiue: & ſic ens nullo modo eſt perfectum, nec tales res quæ ſcilicet habent eſſe poſitiuum: vel poteſt capi priuatiue, & negatiue: & ſic poteſt dici imperfectum, hoc eſt quod

quod non eſt perfectum, vel non æque perfectum, vel ita perfecta res ſicut ſuum poſterius.

LITTERA L.

LIBERTAS QVOT MODIS DICATVR.

LIBERTAS aliquando ſumitur contra neceſſitatem: & ſic nulla libertas eſt in diuinis, eo quòd neceſſitas eſt modus intrinſecus omnium diuinorum. *Libertas quot modis ſumatur.*

ALIQVANDO ſumitur, vt diſtinguitur contra coactionem: & ſic omnes potentię animæ liberę dicuntur, eo quòd nulla ad actionem ſuam cogitur. *Potētiæ aīæ q̄ꝰ liberæ dicantur.*

ALIQVANDO accipitur, vt diſtinguitur contra ſubordinatum, ſicut vna ſcientia alteri ſubordinatur: & ideo Metaphyſica dicitur libera reſpectu aliarum ſcientiarum quia non ſubordinatur alijs.

ALIQVANDO, vt diſtinguitur contra naturale: & ſic principium Natiuitatis dicitur naturale: nam natura eſt principium natiuitatis. Franciſcus 1. Sent. diſt. 10. q. 1. *Natura eſt principium natiuitatis*

LIBERTAS AN SIT DE ESSENTIA voluntatis.

LIBERTAS eſt de eſſentia voluntatis, quod valde expreſſe habet Scotus in 2. Sent. diſtin. 4. & 5. q. 2.

LIBERTAS QVOTVPLEX.

LIBERTAS duplex, complacentiæ, & contingentiæ: prima libertas ſtat cum neceſſitate, & de tali libertate loquitur Scotus in primo Sent. vbi docet quomodo libere, & tamen neceſſario producatur Spiritus ſanctus. Alia eſt libertas contingentiæ, & iſta non ſtat cum neceſſitate, quæ eſt reſpectu factibilium. *1. ſen. d. 10*

LIBERVM ARBITRIVM QVID SIT.

MAGISTER Sententiarum ſic deſcribit liberum Arbitrium. *2. ſen. d. 24*

LIBERVM Arbitrium eſt facultas rationis, & voluntatis qua bonum eligitur cum gratia, & malum ſine gratia: & dicitur liberum quo ad voluntatem: & dicitur Arbitrium quo ad rationem ad quam ſpectat potentia diſcernendi: & dicitur facultas voluntatis & rationis eo quòd tam ad voluntatem, quàm ad rationem ſpectat.

DE

DE LOCO.

Locus duobus modis conſideratur.

LOCVS poteſt conſiderari vel inquantum locus, & ſub ratione loci: & ſic Angelus non eſt in loco.

ITEM locus ſub ratione loci dicit extenſionem reſpectu ſui ſubiecti, & clauſionem quandam reſpectu locati.

LOCVS SECVNDVM ARIST. quid ſit.

4. phyſic. contex. 41.

LOCVS eſt vltimum corporis continentis immobile primum: intelligitur de loco materialiter ſumpto: nam locus poteſt accipi duobus modis.

Scot. in 2. ſen. d. 2. q. 5

PRIMO pro corpore locante, vt aer eſt locus aquæ, vel pro ſuperficie vltima illius corporis, vt hic definitur: Angelus vero non ſic eſt in loco cum non habeat dimenſionem, ſed eſt in loco definitiue præſens hic, & non alibi.

LOCVS ALITER DICITVR.

LOCVS dicitur vno modo ſicut vas: & ita eſt vltimum continens rem.

Locus aliquando eſt ſitus.

ALIQVANDO locus eſt ſitus, ſiue poſitio, & tunc ſumitur proprie: quia quòd locus ſit continens accidit ſibi: quia locus ſecundo modo ſumptus habet conditiones loci.

NOTANDVM eſt, quòd quattuor modis aliquid dicitur eſſe in loco, vno modo aliquid dicitur eſſe in loco, quod eſt continens omnem locum, & præſens omni loco præſentialitate loci ad ipſum: & ſic eſt ſolus Deus, & tale non metitur loco.

Scot. in 2. ſen. d. 2. q. 5

SECVNDO modo aliquid eſt in loco definitiue, non replendo, nec circumſcribendo locum: vt anima ſeparata, & intelligentiæ.

4. lib. ſent. d. 10. q. 1.

TERTIO modò aliquid dicitur eſſe in loco circumſcriptiue: circumſcriptiue eſſe in loco, idem eſt quod eſſe commenſuratiue, ita vt totum locatum ſit in toto loco, & partes eius in partibus loci diſtanter: Vide Gabrielem Bielem in quarto Sententiarum, & in canone, lectione. 43.

QVARTO modo aliquid dicitur eſſe in loco confuſe, confundendo ſibi quodlibet totum, vt vniuerſale dicitur eſſe vbicumque eſt ſuum particulare: & tale dicitur eſſe in loco per accidens: particulare eſt in loco per ſe: anima eſt in loco per accidens, quia per corpus.

LOCVS CONTRADICTIONIS.

LOCVS contradictionis non tenet in modificatis. Franciſcus in ſecundo Sententiarum diſtin. 1. quæſt. 1. accipio compoſitum ex materia, & forma: ſunt ergo idem compoſitaliter materia & forma, aliquid tamen conuenit materiæ compoſitaliter, quod non conuenit formæ compoſitaliter: quia materia perficitur compoſitaliter, forma vero non. *Contradictio modificata non tenet.*

SIMILITER proprietas indiuidualis, & natura ſunt idem in tertio, & tamen proprietas indiuidualis diſtinguitur materialiter, non autem ipſa natura: & hoc eſt, quia extrema contradictionis non applicantur materiæ, ſed illis extremis.

LVMEN MAIVS QVOMODO dicatur offuſcare minus.

RESPONDETVR, quòd prohibet non multiplicationem radiorum: ſed tantum prohibet ne percipiatur talis multiplicatio.

LVX AETERNA AN SIT INTELLECTVI noſtro ratio cognoſcendi.

LVx æterna non eſt ratio cognoſcendi intellectui noſtro. Franciſcus de Mayr. in 1. Sent. diſt. 3. q. 5. *Vide Sco. in 1. d. 3. q. 4.*

QVIDAM dixerunt quòd Auguſtinus intellexit per lucem æternam intellectum agentem.

INTELLECTVS enim agens eſt quædam lux in qua proſpicimus veritates cognoſcibiles in nobis. *Quid ſit intellectus agens.*

SED iſtud dictũ ſtare non poteſt, non enim vt ait ipſe Franciſcus, eſt veriſimile quòd tantus Doctor vellet ponere vnum intellectum agentem in omnibus, ſicut ille Sarracenus Auerroes fecit: poſito autem illo dicto illud ſequitur: nam Auguſtinus illam lucem, vnam numero in omnibus ponit, vt videtur: igitur idem intellectus.

SCOTVS volens ſaluare Auguſtinum dicit, quòd Auguſtinus intelligit, quòd Deus qui eſt lux concurrit vt cauſa vniuerſalis ad cauſandum actum cognoſcendi in intellectu, cum intellectu vt cauſa particulari: aut dicendum eſt quòd ipſe Auguſtinus loquitur inquirendo, non autem determinando, ſicut dicit Franciſcus. *Sc. in 1. ſen. diſt. 3. q. 4.*

LITTE-

LITTERAM M.

MALVM eſt triplex, naturæ, pœnæ, & culpæ: duo prima Deus poteſt velle directè: ſed tertium tantum vult indirectè: nota tamen quòd ad duo prima licet concurrat directè, non tamen concurrit poſitiuè, cum talia pro formali ſint ſolum negationes: ex Baſſolo primo Sententiarum.

1. ſen. d. 47

MATERIA AN SIT COGNOSCIBILIS a nobis.

Sc. in 2. ſen. d. 12. q. 1. MATERIA an ſit a nobis cognoſcibilis. Scotus aſſerit quòd materia de facto non cognoſcitur a nobis, niſi per analogiam ad formam, tamen in ſe, ratione ſui, & ſecundum ſuam eſſentiam cognoſcibilis eſt, ſed *2. Met. q. 1.* non a nobis: ex hoc habes id quod habet Scotus, quòd difficultas cognoſcendi ſit ex parte noſtri, & non ex parte rerum, vt multi tenent: ideo nota, ſi iſta eſt per ſe, materia eſt ens, iſta erit per ſe: materia eſt intelli- *7. Metaph. contex. 35. & phyſ. 69.* gibilis, quidquid dicat Zimara in primo Theoremate: Nec valet: materia de ſe eſt ignota, ideo non cognoſcibilis. Reſpondetur ſecundum Scotiſtas, ideſt materia non eſt prima ratio cognoſcendi compoſitum:

MATERIA DVPLEX.

Materia duplex. MATERIA duplex, ſcilicet compoſitionis, & alterationis.

MATERIA compoſitionis eſt quæ remanet vna in generato, & corrupto.

MATERIA alterationis eſt ipſum corrumpendum, de cuius corruptione ipſum generandum generatur: vt panis in generatione ſanguinis, & ſtuppa in generatione ignis.

MATERIA TRIPLEX.

q. 33. & in 2. ſen. d. 23 MATERIA triplex eſt, vt docet ſubtiliſſimus Doctor in vniuerſalibus, ex qua, in qua, & circa quam.

MATERIA DIVERSIS NOMINIBVS nominatur.

Vide Achillinum Bononienſem in 1. phyſic.

MATERIAE, ſunt hæc nomina.

HYLE, quia receptiua.

SVBIECTVM, quia ſubſtat formæ.

MASSA, ſecundum quòd ea accipitur pars pro compoſito.

MA-

MATERIA, ſecundum quòd in ipſam reſoluuntur compoſita.
ORIGO, ſecundum quòd motibus præſupponitur.
ELEMENTVM, ſecundum quòd ipſa eſt compoſitione primum.
SILVA, ſecundum quod eſt interminata, terminabilis.
MATER, ſecundum quòd in ipſa eſt forma de ea extracta.
FEMINA, ſecundum quòd ipſa indiget agente.
TVRPE, ſecundum quòd eſt priuata.
FRAVS, ſecundum quòd tranſmutabilis.
LATENS in tenebris ſecundum quòd potentia eſt.

MATERIA ET FORMA AN SINT eiuſdem naturæ.

NOTA materiam & formam eſſe eiuſdem naturæ, poteſt intelligi duobus modis.

VNO modo eſſe eiuſdem naturæ in ſe, & hoc non eſt verum.

VEL eſſe eiuſdem naturæ, reſpectu compoſiti ex ipſis conſtituti: & ſic concedimus.

NOTANDVM.

QVÒD materia & forma ſunt ens quidditatiue: immo ens prædicatur vniuoce de materia, & forma. *Sc. in 1. ſen. diſt. 3. q. 1.*

QVAMVIS totum oppoſitum teneat Scotus in ſecundo Sententiarum quòd materia, & forma ſunt primo diuerſa. *Sc. in 2. ſen. diſt. 12. q. 1*

SOLVTIO.

MATERIA & forma non ſunt primo diuerſa in conceptu entis: ſed ſunt diuerſa in realitate.

MATERIA AN POSSIT INTELLIGI ſine forma.

DICO quòd ſi accipias vt relatiue ſumitur in ratione perficientis, & perfectibilis, quòd non: ſi vero ſumitur quantum ad entitates abſolutas, ſic non videtur quin poſſit intelligi: quia rationes determinatæ ſunt obiectiuæ, ſecundum ſententiam Auer. qui videtur dicere, quòd forma non eſt ſeparabilis ſecundum eſſe, ſed ſecundum rationem, quia alia eſt formæ definitio, & alia materiæ, eo modo, quo talia definitiones haberi dicuntur, ſed non poſſunt ſeparari in eſſe: quia materia nón poteſt exiſtere ſine forma, neque forma poteſt exiſtere extra materiam: noluit *2. lib. phyſ. contex. 12. Alia eſt definitio materia alia forma.*

tamen Commentator dicere formam ſeparari definitione a materia: quia ſine materia definiri poſſet: ſed modo quo diximus. An materia poſſit ſeparari a forma. Vide Scotum in ſecundo Sententiarum.

Sc. in 2. ſen. d. 12. q. 2.

MATERIA HORVM INFERIORVM an ſit eiuſdem rationis cum materia corporum cæleſtium.

Hic diſcordãt Phyloſophi a Theologis.

Aliqvi dicunt, quòd materia habet aliam naturam in corporibus cæleſtibus, & elementaribus, cum dicunt corpora cæleſtia occupare ſuam totam materiam: nam ſi intelligerent de materia eorundem in numero, ſimiliter quodlibet corpus occuparet totam ſuam materiam numeralem.

Aliqvi etiam dicunt, quòd quæ agunt non patiendo, non communicant in materia cum agentibus patiendo.

Sco. 2. ſen. d. 14. q. 1.

9. Metaph. tex. 17.

Scotvs in ſecundo libro Sententiarum loquendo, vt Theologus, poſuit materiam eſſe eiuſdem rationis iſtorum inferiorum cum ſuperioribus, vt Philoſophus minime, & hoc affirmat nonnullis rationibus: In cælo non eſt potentia contradictionis: ergo in eo non eſt materia, quæ eſt pure potentia, antecedens patet ex 9. Metaph. conſequentia probatur: Potentia pura eſt ſecundum ſe ad eſſe, & non eſſe, & confirmatur hoc motiuum: quia pura potentia prius natura habet priuationem, quàm formam: probatur quia priuationem habet ex ſe, formam ab alio, ſicut aer ſe habet ad tenebras, & ad lumen. Et confirmatur: quia materia eſt, propter quam res poteſt eſſe, & non eſſe, & materia primo phyſicorum eſt principium, vnum ſubiecto, & duo ſecundum rationem, propter priuationem: ergo &c.

Contra Scotum.

Secvndo Scotus arguit: Non dantur duo primi fines, nec duo prima agentia: ergo nec dantur primæ materiæ duæ, quidquid dicat Ioannes de Baſſolis in 14. diſt. 2. lib. Sent. & Caietanus in prima parte ſummæ q. 66. art. 2. quòd non ſit par ratio de cauſis intrinſecis, & extrinſecis, quoniam iſtæ ſunt partes rei, & intrant compoſitionem rerum, ac per hoc oportet eſſe varias iuxta rerum varietates, extrinſecæ autem non.

Defenſio Scoti.

Respondetvr ad hoc argumentum Caietani, contra Scotum, quòd eſt par ratio de cauſis intrinſecis, & extrinſecis, in hoc: quia hæ quattuor cauſæ concurrunt ad conſtitutionem compoſiti: nam materia & forma intrant compoſitum, cauſa efficiens autem eſt, quæ cauſat compoſitum, finalis vero eſt, ad quam ordinatur compoſitum, & hæ duæ non intrant compoſitum, ideo ſunt extra.

RESPONSIO AD QVAESITVM directe.

1. p. ſumma q. 66. art. 2.

Qvod materia corporum corruptibilium, & incorruptibilium non eſt eadem niſi analogice, vt aſſerit Caietanus, & etiam eſt opinio Alexan-

Alexandri, tamen diuerſo modo: nam oportet ſcire, & conſiderare, quid ſibi vult per analogice Alexander, quoniam materia non dicitur analogice de materia cæli, neque per prius, neque per poſterius, nec ullo modo dicitur de materia cæli: ſed intentio Alexandri per ly analogice eſt, quòd conditiones quas Ariſt. tribuit materiæ primæ, illæ conditiones conueniunt ſecundum partem materiæ cæli, vt puta materiæ primæ conuenit eſſe ſubiectum, & hoc conuenit materiæ cæli, & ideo ſecundum partem aliquæ conditiones conueniunt primæ materiæ, quæ conueniunt materiæ cæli, vt eſſe ſubiectum: ſecundo non eſt ex quo fit aliquid materia cæli: quia forma cæli non dat eſſe cælo, & hoc dico propter opinionem tenentium dare eſſe, non ergo conuenit materiæ cæli eſſe illud ex quo fit aliquid, ſed ipſi materiæ cæli conuenit eſſe ſubiectum recipiens motum. Vltimo vult Alexander, quòd iſtud nomen materiæ primo prædicetur de materia prima: quia eſt vera materia, & verũ elementum: quia habet omnes conditiones materiæ, videlicet eſſe ſubiectum, & eſſe illud ex quo fit aliquid, ſecundario vero & per accidens conuenit materiæ cæli: & ſic vult dicere Alexander, quòd materia analogice ſecundum aliquam partem conuenit materiæ cæli, ſcilicet vt eſt ſubiectum recipiens motum: & ideo Scotus noſter laudat Auerroem, qui in libro de ſubſtantia orbis poſuit materiam cæli vocari ſubiectum, aut materiam ad vbi. Vide Ægidium Romanum, qui corporum ſuperiorum, & inferiorum eandem eſſe materiam affirmat, & diffuſe pertractat.

Intelligentia aſſiſtit orbi.

Vide Sco. in 2. ſen. diſt. 14. q. 1.

Sc. in 14. ſecundi ſent. c. 2. de ſubſtantia orbis.

In q. de materia cæli.

MATRIS FALSITATES SVNT duæ.

SECVNDVM Auguſt. matris falſitates ſunt duæ, vna eſt ſimilitudo: quia propter ſimilitudinem non poſſumus diſcernere vnum ab alio: ideo vnum iudicamus eſſe aliud. *10. de Tri.*

SECVNDA eſt coniunctio: quia propter coniunctionem, vnum ſæpe non poteſt diſtingui ab alio, ſicut patet de actu phantaſiandi, & intelligendi, inter quos propter coniunctionem diſcernere neſcimus, & propter hoc ſæpe attribuimus, non attribuenda.

MEDIVM AN COMPONATVR ex extremis.

SCOTVS inquit, quòd duplex eſt medium, quoddam eſt medium per participationem vtriuſque extremi, ſicut fuſcum quod eſt medium inter album & nigrum, quod eſt medium ex natura rei, & de tali verum eſt, quòd eſt in eodem genere cum extremis, ſicut dicit Ariſtoteles.

Et 1. ſent. diſt. 6. Scot. in 2. ſen. d. 15. q. vnica.

ALIVD eſt medium aliquo alio modo accidentaliter ſumptum, ſicut operatio inter operans & terminum: iſtud non oportet eſſe eiuſdem generis cum extremis: quia quando anima intelligit ſe, intellectio eius eſt qualitas, & tamen operans & obiectum ſunt ſubſtantiæ.

MEMORIA FOECUNDA EST PRINCIPIUM formale generandi filium.

Sco. 7. diſt. 1. ſent. MEMORIA fęcunda eſt principium generandi Filium, vt Scotus ait, & voluntas fœcunda eſt principium formale ſpirandi Spiritum paraclitum.

Scot. 11. d. 1. ſent. HIC notandum, quòd Franciſcus de Mayr. in 7. diſt. 1. q. 3. & 4. aſſignat duplicem rationem, quare

Filius cum habeat memoriã, cur non producat. FILIUS cum habeat memoriam non producat: & eſt duplex cauſa, ſcilicet a poſteriori, & a priori: quæ autem a poſteriori, adhuc eſt triplex.

PRIMA, quia talis actus generationis diuinæ eſt ſemper ſtans.

SECUNDA, quia talis generatio eſt adæquata.

TERTIA, quia talis generatio eſt neceſſaria.

QUAE autem a priori ſecundum Franciſcum, eſt ex ratione formali ipſius memoriæ, ita quòd ſi quis videret ipſam memoriam, cognoſceret quòd ex ratione memoriæ eſt, quòd non poſſit eſſe niſi vnicus Filius.

Sco. 7. diſt. 1. ſent. IN Filio eſt potentia generandi: ſed non ſub ratione potentiæ, quia non in ſuppoſito conuenienti. Vnde ſecundum Scotum, potentia generandi poteſt duobus modis accipi, ſcilicet vno modo præciſe, alio modo cum omnibus concurrentibus: hoc ſecundo modo non eſt niſi in Patre.

MODUS INTRINSECUS QUID SIT.

Sco. in 1. ſen. diſt. 8. q. 4. EST autem modus intrinſecus ſecundum Scotum, qui additus alteri, non variat rationem formalem conſtituti per ipſum, vel remotus ab illo, ideſt qui de ſe nullam rationem formalem dicit: modus enim intrinſecus eſt inconceptibilis per ſe: quia non concipitur niſi cum illo, cuius eſt modus.

MODI INTRINSECI IN DEO & in creaturis.

Vide Sco. in 5. q. quolib. MODI intrinſeci in diuinis ſunt infinitas, neceſſitas, æternitas, exiſtentia non eſt modus intrinſecus: nam eſſe exiſtere, videtur eſſe de conceptu formali Dei, & quidditatiue, in primo modo dicendi per ſe, & *Sco. in 2. q. d. 1. ſent.* de Deo prædicatur in primo modo dicendi per ſe, ſecundum Scotum, licet non ſecundum Franciſcum de Mayr.

IN creaturis ſunt modi intrinſeci, actus, & potentia, contingentia, intentio, & remiſſio, exiſtentia: & ſic de alijs.

IN QVO GENERE REPONANTVR *modi intrinſeci.*

DICITVR quòd directe, & proprie non reponuntur in aliquo genere, cum ſint primo diuerſi, ſed tamen bene reductiue in illo genere reponuntur, in quo reponitur ſubiectum. *Modi Itrinſeci non reponūtur in aliquo genere.*

QVARE DIFFERENTIA NON SIT *modus intrinſecus.*

DICO quòd licet differentia non variet rationem formalem generis, variat tamen formaliter rationem conſtituti ex genere, & differentia, & ideo ponitur formalitas: quia non faceret differre formaliter, niſi eſſet formalitas. Franciſcus de Mayr. in 1. Sent. diſt. 8. q. 5.

MOTVS QVID SIT.

MOTVS eſt actus entis in potentia, ſecundum quòd in potentia, hoc eſt quantum ad acquiſitionem, vel deperditionem. *3. Metaph. contex. 28.*

ITEM motus non eſt proceſſus in infinitum in mouentibus, & motis. Franciſcus de Mayr. in 1. Sent. diſt. 9. q. 3.

MOTVS DIVISIO.

MOTVS diuiditur, vno modo penes cauſam efficientem: & ſic omnis motus, aut eſt naturalis, aut violentus, aut animalis.

DE MVTATIONE IN SIGNIS *ſucceſſiuis.*

MVTATIO non eſt niſi in ſignis ſucceſſiuis, non autem in permanentibus, cuiuſmodi ſunt ſigna originis, & naturæ. Exemplum, ſubiectum eſt prius paſſione, nunquam tamen mutatur ad eam: quia prius, & poſterius permanentia ſunt. Franciſcus de Mayr. in primo Sententiarum diſtin. 9. quæſt. 2. *In quibus ſignis fiat mutatio, & in quib. nõ.*

MVTATIO QVOD NON SIT *in Deo.*

MVTATIO nunquam eſt in Deo, ſed bene in creatura, non enim dicitur Deus nunc creare, & prius non, propter aliquid quod ſit in Deo, *Vide Sco. in 2. ſent. d. 1. q. 2. & alibi*

in Deo, quod prius non erat, ſed propter nouitatem in termino: quia creatura nunc incipit. Franciſcus de Mayr. in primo Sententiarum diſt. 9. quæſt. 2.

MVTATIO REALIS QVID SIT.

Quid mutatio realis.

MVTATIO realis eſt quando agens imprimit in paſſum talem formam, qualem habet in ſe formaliter, vel virtualiter, vt ignis qui habet formam caloris imprimit in inferiora virtualiter, tamen formaliter non eſt calidus.

MVTATIO INTENTIONALIS quid ſit.

Quid mutatio intentionalis.

MVTATIO intentionalis eſt illa ſecundum quam aliquid perceptibiliter immutatur.

ITEM mutatio nunquam fit in æquiuocis ſecundum æquiuoca.

DE IMMVTABILITATE DEI.

Rationes aliorum ſatis apparētes, quare Sco. 8. diſt. huius.

DEVS eſt immutabilis. Franciſcus de Mayr. 1. Sent. diſt. 9. q. 2. hæc veritas a diuerſis quadrupliciter probatur.

PRIMO ſic, nullum ens perfectiſſimum poteſt mutari: ſed Deus eſt ens perfectiſſimum: ergo &c.

SECVNDO nullum ens quod eſt purus actus poteſt mutari: ſed Deus eſt huiuſmodi, ergo &c. maior patet: quia illud quod eſt mutabile vt ſic, eſt in potentia: ei autem quod eſt in potentia, repugnat quòd ſit actus purus.

TERTIO nullum ſumme ſimplex eſt mutabile, Deus eſt huiuſmodi, ergo &c. maior probatur quia illud, quod eſt mutabile, neceſſario poteſt recipere terminum: & ſic compoſitionem, ſumme autem ſimplex non poteſt cum alio componi.

QVARTO nullum neceſſe eſſe eſt mutabile, Deus eſt huiuſmodi: ergo &c. maior probatur; quia illud quod eſt neceſſe eſſe non poteſt aliquid in ſe habere.

LITTE-

LITTERA N.

NATVRA, vt ponit Boetius, quadrupliciter ſumitur. *In libro de duab. naturis, & vna ꝑſona Chriſti. art. 8.*

PRIMO, natura eſt eorum, quæ cum ſint, poſſunt intelligi ab intellectu: & ſic dicitur de omni eo quod dicit perfectionem, & eſt quid poſitiuum, & ſignanter ponitur eorum, quæ cum ſint ad differentiam priuationum, quæ licet non ſint in re, intelliguntur tamen ab intellectu, hoc tamen non naturaliter accipiendo ſic naturam.

SECVNDO modo dicitur natura de omni eo quod poteſt agere, & non pati, cuiuſmodi eſt ipſe Deus.

VEL dicitur quòd poteſt pati, & non agere, vt materia prima.

VEL quòd poteſt agere & pati ſimul, ſicut omnia mobilia inter primam materiam, & Deum.

TERTIO modo dicitur natura ſecundum Philoſophum principium motus, & quietis eius in quo eſt: & modo natura diſtinguitur contra artem. *2. Phyſico. contex. 8.*

QVARTO modo dicitur natura pro vt eſt informãs vnumquodque indiuiduum differentia ſpecifica, vt naturale eſt homini quòd ſit riſibilis, & rationalis.

NATVRALE QVOT MODIS accipiatur.

NATVRALE poteſt dici quattuor modis.

PRIMO accipitur vt diſtinguitur contra ſupernaturale: & iſto modo generatio diuina non eſt naturalis, ſed ſupernaturalis ſecundum Dionyſium. *De diuinis nominibus.*

SECVNDO modo, vt diſtinguitur contra violentum: & iſto modo eſt naturalis, quia nullum violentum proprie eſt in diuinis, eo modo quo nullum violentum eſt perpetuum. *3. cæli contex. 10.*

TERTIO modo, vt diſtinguitur contra artificiale: & iſto modo etiam eſt naturalis, quia licet verbum ſit ars Patris ſecundum Auguſtinum, non tamen producitur per artem, quia ars non reſpicit æternum, ſed factibile. *6. de Trin. vlti.*

QVARTO modo, vt diſtinguitur contra liberum: & iſto modo dicitur quòd natura gignit Filium, eo quòd ſola productio Spiritus ſancti in diuinis libera dicitur ſecundum Auguſtinum.

VERVM aliqui volunt dicere, quòd productio Spiritus ſancti eſt æquę naturalis, ſicut productio Filij.

SED contra, quia dicit Auguſtinus: Filius procedit quomodo natus, non quomodo datus, & Spiritus ſanctus quomodo datus, non quomodo natus. *5. de Trin. cap. 14.*

HYLA-

Hylarivs etiam dicit, quòd natura eſt principium generandi: ideo ſi Spiritus ſanctus procederet per modum naturæ, Spiritus ſanctus eſſet vere generatus.

Praeterea natura eſt principium natiuitatis: ergo ſi procederet per modum naturæ, eſſet & diceretur natus: tamen non eſt hoc tutum dicere, quia videtur eſſe contra auctoritates ſanctorum.

Vide Sc. 13 diſt. 1. ſent. & alibi.

Ideo alij tenentes, vt Scotus noſter ponit, vt ſi naturalis ponit cauſam naturalitatis: quia productio Filij eſt prima, ſicut in naturalibus illa eſt naturalis, quæ eſt prima: & quia dicere præcedit ſpirare, dicere erit naturale.

Franciscvs de Mayr. in primo Sententiarum diſtin. 6. quæſt. quarta aſſerit quòd productio Verbi eſt naturalis: quia a principio naturali eſt, ſcilicet a memoria fœcunda, quæ continet eſſentiam cum intellectu, quorum vtrumque principiat naturaliter.

DVBITATIO.

Productio Spiritus ſãcti cur magis dicatur libera, quã naturalis.

Sed hic mouetur dubium, cum in productione Spiritus ſancti concurrat eſſentia cum voluntate, cur magis dicitur libera, quàm naturalis?

Respondetvr quòd modus agendi determinatur a cauſa particulari, licet enim voluntas diuina concurrat ad actum generationis creaturæ, & libere, tamen generatio dicitur naturalis propter principium determinatum.

Nota optime, quare productio Spiritus ſã cti eſt libera

Aliter dicitur & melius: quia quandocumque duo principia concurrunt ad aliquid producendum, ſi vnum eorum contingens eſt, tota productio ſimul & productum erit contingens, ſicut ex altera contingenti, & altera neceſſaria, eſt concluſio contingens ſimpliciter: ſimiliter in compoſito materia eſt incorruptibilis, forma eſt corruptibilis, totum compoſitum eſt corruptibile: nam ſic eſt in omnibus quòd tam productio, quàm productum ſemper ſequitur debiliorem partem, liberum autem & naturale ſic ſe habent quòd ſi mille neceſſariæ cauſæ concurrant ad vnum effectum, & vna ſit libera, totum productum erit liberum: licet ergo eſſentia in productione Spiritus ſancti concurrat, tamen quia voluntas quæ concurrit, eſt libera, hinc eſt quòd totum habet eſſe liberum.

NATVRA NATVRATA ET NATVRANS quid ſint.

Natura naturata qd.

Natvra naturata eſt natura limitata, & natura naturans eſt principium illius naturæ: ſumus enim nos compoſitum naturatum, non natura, licet in aliquibus operibus ſimus agentia naturalia, vt in cibi digeſtione, & nutricatione.

NATVRARVM ABSTRACTIO.

NATVRA intellectualis, & natura viuens, & natura in vniuerſali abſtrahunt a ſe inuicem, & ſe habent ſecundum ſub & ſupra, omnis enim natura intellectualis eſt viuens, non autem e conuerſo, vt patet de boue, qui eſt viuens, non tamen intellectualis, & omnis natura viuens eſt ſubſtantialis, non tamen e contra, vt patet de igne, & ſole, qui ſunt ſubſtantiales, non tamen viuentes, & omnis natura in vniuerſali non eſt ſubſtantialis, tamen bene e contra, vt patet de accidente: & ſic iſta abſtrahunt a ſe inuicem, ſicut productiones conuenientes abſtrahunt. Nam productio in natura intellectuali eſt dicere, in natura autem viuente eſt naſci: & ſicut natura viuens abſtrahit a natura intellectuali, ita natiuitas abſtrahit a productione: in natura ſubſtantiali eſt generatio, in natura vniuerſali eſt productio.

NECESSITAS MVLTIPLEX.

NECESSITAS ſecundum Ariſtotelem multipliciter ſumitur. *Quattuor modos neceſſitatis ponit Ariſt. in 5. Met. contex. 6.*

VNO modo, ſine quo non poteſt aliquid bene fieri, vt prædicabilia ſunt neceſſaria ad intelligendum prædicamenta.

SECVNDO modo pro illo quod eſt ineuitabile: & iſto modo mors eſt neceſſaria.

TERTIO modo quod eſt immutabile: & iſto modo loquitur Franciſcus in primo Sent. diſt. 6. q. 3. art. 1. vbi quærit vtrum Pater producat Filium neceſſitate.

QVARTO modo accipitur neceſſitas indigentię, vt: De neceſſitatibus meis libera me Domine. *Neceſſitas nil aliud eſt, quàm exiſtentia per ſe.*

QVINTO modo eſt neceſſitas violentiæ, vt cum aliquid naturale extrahitur extra ſuum locum naturalem, neceſſario, ſi non habeat impedimentum, inclinatur ad illum.

SEXTO modo eſt neceſſitas exigentiæ: & ita bene ponitur in diuinis.

SEPTIMO eſt neceſſitas exigentiæ, ſecundum quam aliquid melius fit, vt Logicus exigit, ideſt requirit grammaticam: ita Pater ex perfecta & abundanti fœcunditate coexigit Filium.

NECESSARIVM SECVNDVM ARIST. *quot modis dicatur.* *5. Metaph. contex. 6.*

NECESSARIVM ſecundum Ariſtotelem multis modis dicitur. *Neceſſarium multis modis dicitur.*

PRIMO dicitur neceſſarium, quod non poteſt, nec potuit, nec poterit aliter ſe habere, vt Deum eſſe.

SECVNDO modo, quia non poteſt, nec potuit, nec poterit aliter ſe habere, vt hominem non eſſe.

Tertio modo dicitur neceſſarium, ſine quo res non poteſt eſſe, vt animal ſine cibo.

Qvarto modo neceſſarium dicitur, ſine quo res non poteſt bene eſſe, vt homo ſine veſtimento, & tale neceſſarium dicitur vtile.

Qvinto modo dicitur neceſſarium compulſionis, vel violentiæ, vt cum dicitur: neceſſitas me compellit.

NECESSE POTEST DVOBVS MODIS intelligi.

Neceſſe duplex.

Necesse poteſt dupliciter intelligi: vno modo poſitiue: & ſic ſolis diuinis conuenit.

Alio modo negatiue, ſcilicet pro non poſſibili aliter ſe habere: & ſic neceſſitas eſt de ſcientijs, & propoſitionibus neceſſarijs.

NOTANDVM.

Quõ duæ negationes faciant vnã affirmationem.

Dvae negationes faciunt vnam affirmationem, hæc regula intelligitur de negationibus, quæ cadunt ſuper compoſitionem, exemplum, vt non homo non eſt animal: ergo homo eſt animal.

Sed quando vna eſt negatiua, altera priuatiua, tunc non faciunt affirmatiuam, vt non iſte lapis non eſt videns: ergo eſt videns, non ſequitur: & hoc eſt verum tam de priuatione implicita, quàm explicita negatiua, & hæc tenetur ratione formalitatis: quia aliquotiens bene ſequitur ad negatiuam de prædicato priuato, affirmatiua de vtroque finito, vt homo non eſt iuſtus: ergo eſt iniuſtus, & hoc ratione conſtantiæ ſubiecti.

NEGATIO MVLTIPLEX.

Negatio dicitur multis modis.

Negatio negans quid.

Qvaedam eſt negatio negans, negatio nihil ponit, vt cum dicitur, Cæſar non eſt homo, nec ſubiectum, nec forma ponitur.

Negatio priuans.

Alia eſt negatio priuans, vt cum ponitur ſubiectum in eſſe, & priuatur forma ab eo, vt lapis non eſt homo.

Sc. in 1. ſen. d. 23. & 28. quæſt. 2.

Sed poteſt habere duos ſenſus, quia nec lapis nullus eſt homo, & ſic eſt negans: vel lapis eſt, & tamen non eſt homo: & ſic eſt priuans: prima dicitur negatio extra genus, ſecunda in genere, vt aſſerit Scotus.

Negatio infinitans.

Alia eſt negatio infinitans, quæ fit, quando negatio componitur nomini, nomen dicitur infinitum, vt non homo, & dicitur verbum infinitum, vt non currit: vnde cum dicitur non homo, ita poteſt de qualibet re dici ab homine, & non currit de quolibet alio a curſu.

Dvae primæ habent fieri in compoſitione, actus diſtans cum ſub-

ſtantia vltima in compoſitione qualitatis, cum ſubſtantia quantum ad nomen infinitum, vel quantum in compoſitione actus vniti, ſubſtantia intra quantum ad verbum infinitum, vel melius priuat actum ſpecialem: & ideo non componitur affirmatio, cum oratio in qua ipſa ponitur dicatur affirmatiua de ſubiecto, vel de prædicato infinito.

VNDE differentia inter negationem infinitantem, & priuantem: quia negatio infinitans ſimpliciter negat terminum non cum aptitudine ad aliquem actum, & vocatur ſecundum Scotum negatio extra genus. *Sc. in 1. ſen. d. 28. q. 2.*

SED negatio priuans negat terminum cum aptitudine ad actum, vt cæcitas negat viſum, cum aptitudine ad ſubiectum, & vocatur per Scotum negatio in genere. *Scot. in 1. ſent. d. 21. & 28. q. 2.*

NOTANDVM.

ET breuiter omnis negatio aut eſt negans, & eſt illa, quæ quidquid inuenit deſtruit, & eius oppoſitum inducit, & talis cadit ſupra copulam, vt non homo currit, ſi ly, *non*, ſumatur infinitaliter, ſenſus eſt quòd aliqua res, quæ non eſt homo, currit, & eſt propoſitio affirmatiua, cum copula principalis non negetur: ſi vero ſumatur negatiue, ſenſus eſt quòd nullus homo currit: & ſic propoſitio eſt negatiua. *Quid negatio negans.*

NEGATIO priuans eſt illa, quæ negat actum, & ponit aptitudinem in ſubiecto, vt cæcus eſt ille qui non videt, eſt tamen aptus videre. *Quid negatio priuans*

NEGATIO infinitans eſt illa, quæ cadit ſolum ſupra terminum quem infinitat, vt nō homo: vnde ex tali negatione & dictione ſuper quam cadit, fit vna dictio tantum, quæ poteſt ſumi pro omni re alia ab homine: poteſt etiam dici de non ente, vt chimera eſt non homo, eſt enim chimera ens compoſitum ex impoſſibilibus componi. *Quid negatio infinitans.* *Quid ſit chimera.*

AN EX NIHILO ALIQVID fiat.

PRO intelligentia huius, dicendum eſt, quòd duplex eſt productio naturalis, quæ fit in virtute agentis naturalis, vt generatio & corruptio. *Duplex productio naturalis.*

ALIA eſt ſupernaturalis, quæ tantum fit in virtute agentis ſupernaturalis, vt creatio, & annihilatio.

HIS ſuppoſitis dicitur primo, quòd accipiendo nihil vt opponitur contradictorie omni poſitiuo, ſic ex nihilo nihil fit, nec potentia naturali, nec ſupernaturali, quia in omni factione neceſſe eſt quòd paſſum vel aliquid ſui ante ſui factionem habeat aliquod eſſe poſitiuum, vel reale, vel cognitum. *Quo ex nihilo nihil fiat.*

DICITVR ſecundo, quòd accipiendo nihil vt opponitur actuali exiſtentiæ, ſic ex nihilo aliquid fit factione ſupernaturali.

DICERET aliquis, an Philoſophi conceſſiſſent aliquid fieri de nihilo.

Sc. in 2. ſen. 1. diſt. q. 2. De, accipitur multis modis. Vide Anſelmum mono. ca. 8. 6. Met.

Respondet Scotus, quòd aliquid produci de nihilo poteſt intelligi dupliciter: vno modo, vt ly, *de*, dicit ordinem durationis, ita quòd ſecundum tempus habuerit prius non eſſe: & ſic nunquam concederent Philoſophi: quia ſaltem in omni factione, vbi non eſſe, duratione præcedit eſſe, dicerent requiri neceſſario materiam, ſiue ſubiectum factionis.

Alio modo vt ly, *de*, dicit ordinem naturæ: & ſic concederent, quòd ex omnino nihil aliquid fieret: nam Auicenna concedit quòd prima intelligentia producit ſecundam, & ſecunda tertiam: & ſic deinceps, & in tali productione nihil ipſius producti præexiſtebat quod eſſet aliquid eius tanquam ſubiectum, vel tanquam pars: ideo ponunt ipſi hoc modo aliquid fieri de nihilo, puta quando illa propoſitio, *de*, dicit ordinem naturæ, & non ordinem durationis.

EX NIHILO ALIQVID FIERI POTEST etiam intelligi tripliciter.

S. Bonau. in 2. ſen. d. 1. q. 1. & Alexan. Aliſis 1. par. q. 42 membro 4. art. 2.

Aut materialiter, vt ex ferro gladius: aut cauſaliter, vt ex Patre Filius: aut ordinaliter, vt de mane fit meridies, primis duobus modis verum eſt ex nihilo nihil fieri.

Tertio modo verum eſt ſecundum naturam, ſed falſum ſupra naturam, per virtutem enim infinitam, quæ non indiget fulcimento materię: ita faciliter poteſt aliquid produci ex nihilo, ſicut de aliquo, alioquin non eſſet virtus primi principij infinita, ſed egeret materiæ fundamento: & ideo illi virtuti ſoli hoc attribuendum eſt neceſſario.

NOMINA NOTIONALIA quæ ſint.

Notionalia appellantur, quia ipſa noſcuntur perſonæ.

Notionalia nomina ſunt illa, quæ per ſe diſtinguuntur, & ſunt quinque, ſcilicet Innaſcibilitas, Paternitas, Filiatio, communis Spiratio, & proceſſio.

Item nullum verbum proprium notionale vni perſonæ, vel commune duabus, de aliquo nomine eſſentiali verificatur proprie, exemplum, hæc eſt falſa prædicatio: eſſentia generat, ſimiliter Deitas.

Item omne nomen notionale eſt relatiuum, relatio autem indiuiduas reſpicit perſonas, eſſentiale vero non refertur.

NOMINA QVAE SVNT PVRE abſtracta.

Nomina quædam ſunt pure abſtracta, vt eſſentia, Deitas, diuinitas.

Qvaedam pure concreta, vt eſſe hominem, eſſe album.

Alia

Alia medio modo ſe habentia, vt iuſtitia, ſapientia, quæ ſunt communicabiles: nam iuſtitia eſt reddere vnicuique quod ſuum eſt. *Iuſtitia quid.*

Item iſta nomina ſunt Deo attribuenda.

Notitia confuſa, & notitia diſtincta, obſcura, & clara: & ſic de alijs, quid ſint. Vide litteram C. dictione, cognitio.

NVMERI SPECIES IN DIVINIS *quadruplex*.

Intelligendvm tamen, quòd reſpectu diuerſorum quattuor ſpecies numeri ponuntur in diuinis. *An in Deo ſit numerus. Vide Scot. in 1. ſen.diſt.24. & quare in reportatis.*

Ponitvr primo dualitas emanationum, quarum vna eſt per modum intellectus, & alia per modum voluntatis.

Secvndo ponitur Trinitas perſonarum realiter diſtinctarum.

Tertio ponitur quaternitas proprietatum relatiuarum, ſcilicet generatio actiua, & Spiratio actiua, generatio paſſiua, & Spiratio paſſiua.

Qvarto ponitur ibi quinarius notionum, communiter ſecundum Doctores, hæc patent in libro Sententiarum.

SED CONTRA ISTA INSTATVR.

Primo ſic: Vbicumque eſt numerus, ibi eſt compoſitio: ſed in Deo nulla eſt compoſitio: ergo &c. minor eſt nota, maior probatur dupliciter, primo quia vt dicitur numerus eſt forma accidentalis, ſecundo quia numerus componitur ex vnitatibus tanquam ex partibus integralibus. Secundo ſic: Vbicumque eſt numerus, ibi eſt totum, & pars: ſed in Deo non eſt totalitas, neque partialitas: ergo &c. maior patet, quia numerus conſtat ex vnitatibus, ſicut ex partibus ſuis integralibus: minor patet, quia partialitas dicit imperfectionem. *Inſtantia. An numerus ſit in Deo.*

RESPONDETVR.

Dico quòd pluralitas non ſemper facit compoſitionem, niſi vnum illorũ ſit in potentia reſpectu alterius. Dico ergo quòd licet numerus ſit in Deo, & per conſequens ſit ibi pluralitas, tamen quia illa plura ſunt ibi diſtincta in vltimata actualitate, hinc eſt quòd non componunt: nam ſicut relatio, & eſſentia conſtituũt perſonam, & non componunt: ita vnitates numerum. *Reſponſio. Vnitates cõſtituunt, & non componunt numerum in diuinis.*

Ad probationem primam maioris dico, quòd numerus qui eſt in Deo, non eſt forma accidentalis: quia non eſt numerus qui eſt in genere, ſed tranſcendens.

NV-

NVMERVS IN DEO QVINAM SIT.

Numerus in Deo eſt tranſcendens.

NVMERVS qui eſt in Deo eſt tranſcendens, & non eſt in genere: & ideo numerus proprie non debet poni in Deo, ſed ſemper cum determinatione, vt numerus perſonarum.

NOTANDVM.

QVOD numerus eſt accidens illis, quorum vnum poteſt eſſe ſine altero.

NVMERVS AN SVSCIPIAT MAGIS, & minus.

Vide Sco. in 2. d. 3. q. 7.

NVMERVS non ſuſcipit magis & minus, ſic etiam nec ſubſtantia, ſeu quidditas ipſa non habet magis nec minus.

NVMERVS ELECTORVM AN POSSIT AVGERI, & minui: & ſimiliter numerus damnatorũ an poſsit augeri, & minui.

In 1. ſent. diſt. 41.

RESPONDET Gabriel Biel, quòd iſtæ propoſitiones: Numerus dãnatorum poteſt augeri, & minui, ſunt veræ in ſenſu diuiſo, & non in ſenſu compoſito, & hoc eſt verum quia eſt idem iudicium, ſicut de iſta, prædeſtinatus poteſt damnari.

NOTAT tamen Gabriel, & bene quòd iſtæ propoſitiones affirmatiuæ, ſcilicet prædeſtinatus poteſt damnari, & præſcitus ſaluari, ſunt veræ in ſenſu diuiſo, & falſæ in ſenſu compoſito.

Bene notabis quoniã perpulchrũ eſt.

SED negatiuæ iſtarum vt puta iſtæ: Prædeſtinatus non poteſt damnari, & præſcitus non poteſt ſaluari oppoſito modo ſe habent, quoniam ſunt veræ in ſenſu compoſito, & falſæ in ſenſu diuiſo.

NVMERVS QVOTVPLEX.

1. ſen. d. 24 q. vnica.

NVMERVS triplex, formalis, mathematicus, & ſenſibilis.

FORMALIS eſt numerus tranſcendens.

MATHEMATICVS eſt numerus prædicamentalis.

SENSIBILIS ſunt ipſæ res numeratæ, ſeu ipſa anima numerans.

Vide Sco. in 4. diſt. 22.

NVMERVS eſt vnus ſua vnitate formali, & non eſt vnus ab vltima vnitate materiali.

NVMERI DIVISIO.

TRIPLEX eſt numerus.

NVMERVS numerans, eſt anima numerans ipſas res.

NV-

Nvmervs numeratus, ſunt res numeratæ.

Et numerus quo numeramus, eſt quantitas diſcreta: omnis numerus vt habet eſſe in anima eſt accidens, ſed vt habet eſſe extra animam non ſem
per eſt accidens, ſed quandoque accidens, & quandoque ſubſtantia, vt di- *1.ſent.diſt.*
cit Richardus de media Villa. *24.art.2.*

Gvilielmvs Rubion dicit, quòd in Deo eſt verus numerus, *1.ſen.d.24*
qui nihil eſt niſi ipſæ res numeratæ, ille tamen numerus in Deo eſt vnicum ens, ſed in creaturis tenendo quòd numerus ſit ipſæ res numeratæ, ipſe talis numerus non eſt vnicum ens ſicut eſt in Deo.

Qvomodo in vniuerſo ſit ſolum vnus numerus, vel duo ad plus docet Scotus 5. Metaph. q. 9.

NVMERI DESCRIPTIONES.

Prima eſt Boetij dicentis, quòd numerus eſt multitudo ex vnitatibus aggregata.

Secvnda eſt Ariſt. dicentis, quòd numerus eſt multitudo men- *10.Meta.*
ſuratorum per vnum.

Tertia eſt Damaſceni dicentis, quòd numerus eſt eorum, quæ *Lib.3.ca.8.*
differunt differentia.

LITTERA O.

Notandvm eſt, quòd obiectum intellectus, aliud eſt *Obiectũ ter*
terminatiuum: & ſic eſt ens in ſua maxima communitate, *minatiuũ*
& analogia. *quid.*

Alivd eſt motiuum, & hoc vel naturale, vel volun- *Obiectũ mo*
tarium, ſeu ſupernaturale: primo modo adhuc eſt duplex, *tiuũ quid.*
quia vel ex natura potentiæ, vel pro iſto ſtatu: primo modo eſt ens finitum, abſolutum, vel ſi reſpectiuum, ad finitum tamen terminum: ſecundo modo eſt quidditas rei ſenſibilis, & hoc vel formaliter in *Scot. 14. q.*
ſe, vel in ſuo inferiori, vel virtualiter. Motiuum autem ſupernaturale eſt *quol.art.2.*
Deus: quid autem ſit ponendum, hoc reſolutius habetur in quolib. vbi triplex obiectum aſſignatur intellectui, in alio, & alio ſtatu.

SED HIC EST VNA DIFFICVLTAS de intellectu, & voluntate, ſi habeant diuerſa obiecta, cum ſint diuerſæ potentiæ: diſtinctarum autem potentiarum diſtincta ſunt obiecta.

Dico ad hoc, quòd diſtinctarum potentiarum diſparatarum, ſunt bene diſtincta obiecta, ſed diſtinctarum ſubordinatarum non eſt verum: immo habent idem obiectum ſub eadem ratione formali: ſub eadem enim ratione qua ſenſus ſentit obiectum ſuum, intellectus intel-

ligere

ligere poteſt ipſum intelligendo, de ratione ſe tenente ex parte obiecti.

Idē & ſub eadem ratione formali, eſt obiectum intellectus, & voluntatis

ISTO modo ſe habent intellectus & voluntas, potentiæ enim ſubordinatæ ſunt: & ſic habent idem obiectum, & ſub eadem ratione formali, quod probo.

QVIA tunc ſequeretur, quòd voluntas poſſet habere actum circa aliquid ſub ratione aliqua formali, ſub qua intellectus non intelligeret: & ſic incognita diligeret, quod eſt impoſſibile. Dico ergo, quòd idem obiectum habent: ſed quomodo diſtinguuntur potentiæ habentes idem obiectum? dico quòd diſtinguuntur ſuis rationibus formalibus.

DVBIVM.

Quō verū ſit obiectum adæquatū intellectus.

QVALITER verum, & bonum ſe habeant ad obiectum intellectus, & voluntatis.

NAM communiter dicitur, quòd verum eſt obiectum adæquatum intellectus noſtri.

DICO quòd verum eſt paſſio conſequens obiectum intellectus noſtri, ſcilicet ipſa intelligibilitas, quæ eſt naturalis aptitudo in obiecto, vt dicit S. Auguſtinus de veritate, vbi ponit veritatem eſſe rectitudinem obiecti ad intellectum: eodem modo de bono reſpectu voluntatis. Franciſcus de Mayr. in primo Sent. diſt. 3. q. 2.

Quare Aegidium, & Henricum.

EXCLVDITVR etiam illa opinio, quæ ponit obiectum intellectus eſſe ens in actu: quia obiectum mouet potentiam, nihil autem poteſt mouere niſi ſit ens in actu: ergo obiectum adæquatum intellectus noſtri eſt ens in actu.

SED illud non poteſt ſtare, quia multa in potentia intelligimus: ergo ens in actu non eſt obiectum adæquatum: ſimiliter ratio eorum non mouet, quia multa intelligimus, quæ non mouent, ſcilicet ſubſtantias ſeparatas: ſufficit enim quòd terminent.

Obiectū mouere intellectum, nil aliud eſt, niſi partialiter, & effectiue cauſare actū intelligendi.

NAM aliqua ſe habent ad potentiam in ratione mouentis tantum, & non terminantis, ſicut ſpecies intelligibilis: quia quamuis ipſa moueat intellectum noſtrum ad intelligendum obiectum abſtractiue, ipſa tamen non intelligitur a nobis niſi arguitiue poſt actum ab ea cauſatum.

ALIA autem ſunt quæ ſe habent ad potentiam in ratione mouentis, & terminantis, ſicut in notitia intuitiua obiectum præſens cauſat & terminat.

ALIA ſunt, quæ tantum terminant, nec mouere poſſunt ſicut entia in potentia obiectiua, & materia prima, quidquid dicat doctiſſimus Zimara in 1. Theoremate, Scotiza.

ALIA ſunt, quæ nec mouent, nec terminant, ſicut entia prohibita: & ita patet, quòd cum multa ſint terminantia, quæ non poſſunt mouere, ratio mouentis diſtinguitur a ratione terminantis in quocumque ſint.

OMNI-

OMNIPOTENTIA DEI AN SIT RESPECTV eorum, quæ ſunt præter naturam.

PRo quo eſt notandum, quòd iſta quattuor differunt ad inuicem.

Facere aliquid ſupra naturam. *Nota, & bene.*

Praeter naturam.

Praeter ordinem naturæ.

Et contra naturam.

Primo ſupra naturã aliquid facere, eſt quod non poteſt facere, aut cauſare natura ipſa, vt mortuos reſurgere, & glorificare corpora, quę ſunt ſupra naturam: quia ab ipſa non poſſunt fieri: tunc dicimus quòd Deus poteſt facere hoc primo modo ſupra naturam.

Secvndo facere aliquid præter naturam eſt aliquid producere præter intentionem naturæ, vt ſi natura intenderet in aliquo agente ſuum effectum, & produceret aliquid aliud diuerſum, ſic Deus poteſt facere, quòd mulier paritura hominem, pariat canem.

Tertio facere aliquid præter ordinem naturæ eſt cauſare effectum naturalem, ſed non ſeruato ordine naturæ, & hoc modo Deus ex ſua omnipotentia poteſt aliquid facere præter ordinem naturæ, vt Deus ſanabit infirmos, illa ſanitas eſt effectus producibilis a natura, non tamen Deus ſeruat in hoc ordinem naturę: quia non vtitur medicina, vnde dicit: Surge & ambula. *Ioan. cap. 5*

Qvarto facere aliquid contra naturam eſt ex vna natura vel forma cauſare, vel producere aliam naturam, vel formam ſiue contrariam, ſiue diuerſam, manente illa prima, vt aliquod faceret contra naturam, ſi ex natura aquæ manente in ſui natura, produceret ignem, hoc pacto Deus nec ſua omnipotentia poteſt quid producere contra naturam, & hoc non ex ſui impotentia, ſed ex impoſſibilitate rei, ſcilicet aqua manens, & ignis manens.

OMNIPOTENTIA QVOT MODIS ſumatur.

OMnipotentia capitur dupliciter.

Vno modo vt idem eſt, quòd omnis potentia: & ſic omnipotentia non eſt in Deo, quia in Deo non eſt potentia currendi, potentiã comedendi, & ſic de ſimilibus. *Speculare.*

Secvndo modo capitur vt ly, *omnis*, ſe habet per modum termini, & tunc eſt ſenſus: omnipotentia, ideſt potentia omnia potens: & ſic omnipotentia eſt in Deo, & ſic adhuc capitur dupliciter ſcilicet intenſiue, & extenſiue: vt valde clare hoc declarat Scotus. *Scot. in 1. ſen. d. 20. q. vnica.*

OMNIPOTENTIA DEI AN SIT reſpectu impoſsibilium.

OMNIPOTENTIA Dei eſt reſpectu impoſſibilium eorum quæ ſunt præter naturam, reſpectu futurorum, reſpectu præſentium, reſpectu præteritorum, reſpectu infiniti, & tandem reſpectu cauſarum ſecundarum.

OMNIPOTENTIA SVA AN DEVS poſſit cauſare impoſſibilia.

Impoſſibile ſumitur tripliciter.

IMPOSSIBILE ſumitur tribus modis apud Theologos.

PRIMO pro eo quod a nulla potẽtia ſimpliciter eſt factibile: quod à Theologis apellatur impoſſibile ſimpliciter, & ens prohibitum ſimpliciter: hoc ſtante, omnipotentia Dei non eſt horum impoſſibilium, quòd homo ſit irrationalis non poteſt facere Deus: quia creatura ex parte ſui non eſt capax: quod tamen non arguit impoſſibilitatem in Deo.

SECVNDO modo capitur impoſſibile pro eo quod non eſt naturaliter factibile: & hic modus pertinet ad omnipotentiam Dei, quia Deus poteſt facere id quod non poteſt natura, vt quòd Virgo parturiat, & aqua vertatur in vinum.

TERTIO modo capitur impoſſibile pro eo quod à noſtra intelligentia non eſt naturaliter conceptibile vel intelligibile, vt non eſt perceptibile naturaliter, quòd duo corpora ſint ſimul & ſemel in eodem loco: & hoc impoſſibile ſpectat ad diuinam omnipotentiam: quia poteſt plus Deus facere, quàm poſſit noſter intellectus percipere.

ORDO NATVRAE QVID SIT.

ORDO naturæ, vt aſſerit Scotus, eſt ille qui conſequitur extrema ex rationibus ſuis formalibus: & quia rationes formales multorum ſcire non poſſumus, hinc eſt quòd Scotus dat vnam regulam, quæ eſt talis:

Regula Sc. ex 5. Met. q. 5. Vide q. 5. quolibet.

QVOD quandocumque aliqua ſic ſe habent, quòd vnum poteſt eſſe ſine altero, & non econuerſo, talia habent ordinem naturæ, ita quòd ſeparabile eſt prius, & reliquum non ſeparabile, ſcilicet poſterius. Franciſcus de Mayr. in primo Sent. diſt. 13. q. 1.

SED CONTRA ISTAM RATIONEM inſtatur.

Subiectum quo ſit pri⁹ paſſione.

NAM ſubiectum ordine naturæ eſt prius paſſione, & tamen ſubiectum non poteſt ab ipſa paſſione ſeparari: quia tunc concluſio demonſtrationis eſſet contingens.

RE-

RESPONDETVR.

DICO de ſubiecto, & paſſione, quòd non repugnat ſubiecto ex ratione formali eſſe ſine paſſione, ſed ſolum accidit hoc propter identitatem realem.

ORDO NATVRAE SECVNDVM *auctorem formalitatum, quid ſit.*

ORDO naturæ eſt, quando prius quantum eſt de ſe, non habet repugnantiã, vt ſit ſine poſteriori, licet quandoque hoc ſibi repugnet propter identitatem realem, vel propter aliquod extrinſecum.

ALII tamen Scotiſtæ ſic eum definiunt, (vt ibi citat auctor formalitatum) eſt præſuppoſitio huius ab hoc, & manifeſtum eſt, quòd ſecundum iſtas definitiones ordo naturæ eſt in Deo.

ORDO NATVRAE AN SIT INTER *operationes diuinas.*

DICO quòd eſt dare quattuor ſigna, ſecundum quæ operationes diuinæ ordinantur.

IN primo ſigno ſunt operationes immanentes ad intra.

IN ſecundo operationes tranſeuntes ad intra.

IN tertio operationes immanentes ad extra.

IN quarto operationes tranſeuntes ad extra.

OPERATIONES autem immanentes ad intra, ſunt intelligere, & velle, & iſtæ totaliter præcedunt: quia ſunt perfectiones ſimpliciter, & communes tribus. *Quæ ſint operationes immanentes ad intra.*

OPERATIONES autem tranſeuntes ad intra, ſunt dicere, & ſpirare.

OPERATIONES immanentes ad extra, ſunt creaturas intelligere, & eas diligere.

OPERATIONES autem tranſeuntes ad extra, ſunt creare, & conſeruare.

ORDO ORIGINIS QVID SIT.

NOTANDVM eſt, quòd Scotus mentionem fecit de iſto ordine originis principaliter in quattuor locis, ſed in quolibetis dat ſuam definitionem, quæ talis eſt: *Sc. in 1. ſen. diſt. 10.*

PRIORITAS originis eſt, ſecundum quam quælibet perſona eſt ab ipſa, & ipſa a nulla: & breuius, dat hanc definitionem in primo Sententia-

Prioritas originis qd rum,& Auctor formalitatum,vbi ſupra ſic eam definit: Prioritas originis eſt qua, quis intelligitur a ſe,& a quo alius.

ET poſt definit poſterius origine dicens: Poſterioritas originis eſt qua quis intelligitur a ſe, & a quo alius.

ET poſt definit poſterius origine dicens: Poſterioritas originis eſt qua quis intelligitur eſſe ab alio, & poſt citat Franciſcum de Mayr. in prologo q. 1. dicentem, quòd primum ſignum originis eſt eſſe a ſe, & ſecundum ſignum originis eſt eſſe ab alio.

Quid ſit primum ſignũ originis. *Quid ſecũdum ſignũ originis.*

VNDE nota, quòd ad prius origine non ſufficit, quòd ſit a ſe, ſed requiritur quòd ſit a ſe,& quòd ſit aliud ab eo,vnde iſtorum duorum vnum ſine alio non valet.

OPINIO IOANNIS BACCONITANI, *de ordine originis.*

IOANNES Bacconitanus apertiſſime tenet in diuinis prius & poſterius origine, & dicit, quòd in iſto ordine dantur ſolum ſigna a quibus, & non in quibus, & optime probat talem ordinem eſſe in Deo, vna auctoritate Auguſtini, ſic dicentis: In beata viſione videbimus duas præceſſiones, quo modo Pater præcedit Filium, origine, non tempore, & multis alijs auctoritatibus, & rationibus hanc ſuam opinionem, in qua conuenit cum Doctore, probat: alij vero Doctores tractant hanc materiam in diſtinctione nona, ipſe vero in diſtinctione ſexta eiuſdem primi.

In libro de gaudijs electorum.

OPINIO GREGORII ARIMINENSIS *de ordine originis.*

1. ſen. diſt. 9. q. vnica. *Gregorius eſt cum Sc.*

GREGORIVS tenet cum Scoto quòd Pater eſt prior origine Filio, & ponit ſigna à quibus, & negat ſigna in quibus: & ita in hoc conuenit cum doctore, licet impugnet eum, quantum ad multa dicta in hac materia.

OPINIO GVLIELMI OCHAM *de ordine originis.*

1. ſen. diſt. 9. q. 3. *Ochã eſt cũ Sc. in 1. ſen. diſt. 9. q. 3.*

GVLIELMVS Ocham tenet cum Scoto, quòd Pater eſt prior origine Filio: quia Filius accepit eſſe a Patre, & aſſerit quòd iſta diſceptatio eſt tantum verbalis. Franciſcus de Mayron. in primo Sententiarum diſtinctione decima tertia, quæſtione prima, dicit quòd ordo originis poteſt eſſe inter ea, quæ ſunt eiuſdem rationis, vt homo generat hominem.

Opinio Sco. TAMEN nos cum Scotiſtis dicimus, quòd poteſt eſſe inter ea quæ ſunt alterius rationis, vt patet in productione æquiuoca.

VNDE

VNDE notandum eſt, quòd per diſtinctionem de ſignis originis in quibus, & a quibus ſoluuntur omnia argumenta Alphonſi Tholetani, quę facit contra Doctorem ſubtilem, in hac materia in primo Sententiarum: ipſe enim imponit Scoto, quòd voluerit Patrem eſſe prius origine in quo: quod certe, vt vides, eſt falſum. *Alphonſi Tholetani opin. 1. ſen. d. 9.*

OPINIO QVID SIT.

OPINIO eſt habitus, ratione probabili alicui aſſentiens cum formidine de oppoſito. *Opinio qd.*

LITTERA P.

PER, quandoque dicit medium diſtantiæ, vel tranſitus, vt per viam itur ad eccleſiam. *Per, quid dicat.*

QVANDOQVE dicit modum temporis, vt per viginti dies.

QVANDOQVE dicit habitudinem cauſæ efficientis, vt per manus Apoſtolorum fiebant ſigna, & prodigia. *Act. cap. 5.*

ALIQVANDO dicit affirmationem alicuius effectus, vt cum dicitur, per Deum, dabo tibi equum.

PRO, DICIT HABITVDINEM.

PRO quandoque dicit habitudinem cauſæ finalis, vt ego faciam pro te. *Pro, quid dicat.*

QVANDOQVE dicit viciſſitudinem, vt mortuus eſt Dauid, & regnauit Salomon pro eo. *3. Reg. 2.*

QVANDOQVE dicit habitudinem cauſæ finalis, vt, hoc faciam pro Deo: & ſic de ſingulis alijs.

PASSIO QVID SIT.

PASSIO eſt habitudo conueniens alicui naturæ, & hæc communiſſime dicitur in omnibus poſitiuis, per rationem propriam, & non ſolum per rationem eis communem, vt ſunt identitas, diuerſitas, intelligibilitas, bonitas, entitas. *Paſſio quid.*

PASSIO NON DIFFERT REALITER a ſuo ſubiecto.

PASSIO non differt realiter a ſuo ſubiecto, nec tamen eſt omnibus modis idem cũ eo: quia differt formaliter, non tamen differt realiter: quia in eſſentialiter ordinatis, & realiter diſtinctis prius poteſt eſſe ſine ſuo *Sc. in 1. ſen. diſt. 3. q. 7. & diſt. 13.*

ſuo inferiori, ſed ſubiectum non poteſt eſſe ſine paſſione. Franciſcus de Mayr. in 1. Sent. diſt. 2. q. 2.

ET SI DICERES.

Sco. in vniuerſalibus. q. 34.

SCOTVS in vniuerſalibus collocat riſibile in genere qualitatis: & ſic homo, & riſibilitas diſtinguuntur realiter.

RESPONDETVR, vt dicit Bargius, quòd in Logica ſemper fuit inſequutus communem opinionem.

Gadius in quolib. q. 4.

ALITER dicitur, & ſit reſponſio Gadij Bononienſis, in quæſtionibus quolibet. quòd riſibilitas poteſt accipi duobus modis, vno modo pro quadam facilitate ad ridendum, ſicut ſunt quidam qui de omni minima re prorumpunt in riſum, & tunc dicimus: iſte eſt valde riſibilis.

SECVNDO poteſt accipi pro inclinatione quadam ad ridendum, & naturali aptitudine.

RISIBILITAS primo modo ſumpta, eſt qualitas de ſecunda ſpecie qualitatis.

Sco. & in 2. ſent. diſt. 5.

RISIBILITAS ſecundo modo eſt de prædicamento ſubſtantiæ: quia identificatur realiter homini, licet formaliter diſtinguatur: ideo hoc modo eſt error ponere eam in ſecunda ſpecie qualitatis: quia illa ſuſcipit magis & minus, vt patet de curſore, & pugillatore: paſſio autem non.

PATER GENVIT FILIVM voluntate, quomodo ſit verum, multi, & varij dicendi modi.

1. ſen. d. 6. q. vnica.

SCOTVS tenet quòd Pater non generat Filium voluntate, vt principio eliciente, ſeu elicitiuo: ſed Pater generat Filium voluntate antecedente, & voluntate conſequente.

1. ſen. d. 6. q. vnica.

FRANCISCVS de Mayr. ponit quattuor concluſiones.

PRIMA eſt, quòd Pater genuit Filium voluntate antecedente.

SECVNDA, Pater producit Filium, voluntate concomitante.

TERTIA, Pater non generat Filium voluntate conſequente: quia voluntas, nec natura, nec origine conſequitur productionem.

QVARTA, Pater non generat Filium voluntate eliciente.

1. ſent. d. 9.

SANCTVS Bonauentura dicit, quòd Pater generat Filium natura, & voluntate, ſed natura, vt principio: & voluntate, vt concomitante: & producit Spiritum ſanctum voluntate, vt principio: & natura vt concomitante, & dicit quòd in Deo tantum eſt voluntas antecedens reſpectu creaturarum, & non reſpectu ipſius Dei: ſed hoc eſt falſum, loquendo de anteceſſione originis, & naturæ, vt patet in 3. diſtin. 1. q. 1. & clarius diſtin. 12. quæſt. 2.

1. ſent. diſt. 6. q. 2.

RICHARDVS de media Villa dicit quòd non genuit voluntate antecedente, nec conſequente, nec eliciente: ſed tantum voluntate approbante,

probante, & concomitante: Richardus tenetur quò ad omnia, excepto hoc, quòd negat voluntatem antecedentem.

PATER ET FILIVS QVOMODO *ſpirent vt vnum principium.*

SANCTVS Thomas prima parte ſummæ q. 36. artic. 4. dicit quòd principium non habet determinatam ſuppoſitionem, ſed cõfuſam pro duabus perſonis ſimul.

SED CONTRA HOC INSTATVR.

QVIA nullum ponitur ſignum, quod confundat ly, *principium*, ergo non ſtat confuſe.

SECVNDO ſic, ſi vt dicit principium, ſupponit pro duabus perſonis: ergo ſicut dicimus, Pater, & Filius ſunt perſonæ, ita poſſumus dicere, Pater, & Filius ſunt principia.

VLTIMA opinio eſt Scoti: dicit enim, quòd talis propoſitio eſt vera ratione vnitatis principij formalis, ſeu vis ſpiratiuæ, quæ eſt ipſa voluntas fœcunda, quæ vnica eſt in Patre, & Filio: hanc opinionem inſequitur S. Bonau. Ioannes Baſſolus, Vorilon, Marſilius, Petrus de Tarantaſio, & Thomas de Argenrina. *1. ſen. d. 12 q. 1. in ſolutione vltimi principalis.*

PATER ET FILIVS QVOMODO *ſint vnum principium Spiritus ſancti.*

PATER & Filius ſunt vnum principium Spiritus ſancti: omnes enim Doctores conueniunt in hoc, quod Pater, & Filius ſpirant, vt vnum principium, ſed quomodo hæc propoſitio ſit vera, diuerſi diuerſa ſentiunt: quia ſi ly, *principium*, ſupponat pro perſona, falſum eſt, quòd ſint vnum principium, cum ſint duæ perſonæ: nec pro eſſentia, in quantum ſunt vnum in eſſentia: quia ſic conuenirent tribus. *Q̃uo Pater, & Fili⁹ ſint principiũ.*

SANCTVS Thomas dicit, quòd ly, *principium*, non habet determinatam ſuppoſitionem: ſed confuſam pro duabus perſonis ſimul. *1. p. ſumma q. 36. ar. 4.*

SED contra hoc arguunt aliqui ex Scotiſtis: nam nullum ponitur ſignum, quod confundat ly, *principium*: ergo non ſtat confuſe.

SECVNDO ſic, ſi vt dicit ſanctus Thomas principium ſupponit pro duabus perſonis: ergo ſicut dicimus, Pater, & Filius ſunt perſonæ, ita poſſumus dicere: Pater, & Filius ſunt principia.

GRE-

GREGORII ARIMINENSIS opinio.

1. ſen. d. 12 q. vnica. GREGORIVS Ariminenſis dicit, quòd licet illa propoſitio ſit vera, & communiter conceſſa, non tamen eſt accipienda in ſua proprietate, nec in ſenſu, quem primo facit, & de virtute ſermonis, ſed in ſenſu quem intendebant ſancti illam ſcribentes, & eſt iſte ſenſus: Pater, & Filius ſunt vnum principium ſpirans Spiritum ſanctum, ideſt Pater, & Filius eodem modo & ſimul tanquam vnum principium ſpirant Spiritum ſanctum. *Pulchra interpretatio*

Sc. in 1. ſen. d. 12. q. 1. VLTIMA opinio eſt noſtri Doctoris in ſolutione vltimi principalis huius quæſtionis, quòd videlicet talis propoſitio eſt vera ratione vnitatis principij formalis, ſeu vis ſpiratiuæ, quæ eſt ipſa voluntas fœcunda, quæ vnica eſt in Patre, & Filio, & ita dicendum eſt, quòd inquantum ſunt vnum in vi ſpiratiua Spiritus ſancti, habent enim eandem vim ſpiratiuam Spiritus ſancti, antequam Spiritus ſanctus ſpiretur, hanc opinionem ſuſtinet S. Bonau. Ioannes de Baſſolis, Vorilon, & Richardus, vbi dicit quòd Spiritus ſanctus eſt a Patre, & Filio, inquantum plures perſonæ, & inquantum ſunt vnum in vi ſpiratiua. *Diſtin. 11. q. 8.*

PERSONA QVID SIT.

4. de Trin. cap. 22. COMMVNITER a Theologis recipitur definitio Richardi ſic dicentis:

PERSONA eſt intellectualis naturæ incommunicabilis exiſtentia: dicitur enim perſona quaſi per ſe vna.

PER quam definitionem exponitur definitio Boetij definientis hoc modo: Perſona eſt intellectualis naturæ indiuidua ſubſtantia.

PERSONAM CONSTITVI PER RELATIONES poſitiuas aſſerit Scotus.

Scot. in 1. ſen. d. 26. Scot. 19. q. quol. art. 2. SCOTVS videtur id ponere in primo Sententiarũ, vbi dicit, perſonam conſtitui per relationes poſitiuas. Tamen in quolib. tenet totum oppoſitum, quòd perſona per ſolam negationem ponitur in eſſe: nam perſona eſt intellectualis naturæ incommunicabilis exiſtentia.

SOLVTIO.

Sc. in 1. ſen. diſtin. 23. q. vnica. DVPLEX eſt perſona, creata & increata, quando Scotus dicit perſonam conſtitui per relationes poſitiuas, verum eſt de perſonis diuinis, & increatis: cum vero aſſerit perſonam conſtitui per ſolam negationem, verum eſt de perſonis creatis.

D V B I V M.

SI perſona de ſe includit incommunicabilitatem, quomodo poteſt eſſe communis tribus: & ſimiliter in creaturis, quomodo poteſt eſſe communis pluribus.

R E S P O N S I O.

DICIT Franciſcus de Mayr. in primo Sent. diſt. 23. q. 3. quòd ratio formalis perſonæ eſt incommunicabilis, vt ſupponit pro ſubſtrato: vt autem ſupponit pro ſe, ſibi non repugnat communicabilitas, ſicut patet de indiuiduo per omnia. *Q̃do perſona ſit incommunicabilis.*

SED ego reſpondeo: & ſit reſponſio Bargij ex ſententia Scoti, licet reſpondeat ad aliud propoſitum ipſe Scotus in quæſt. 7. & 8. vniuerſalium, videlicet, quòd perſona in communi, quæ communicatur perſonis, eſt perſona, vt quid, ſed eſt natura, vt modus: & non perſona, vt modus, & hæc eſt optima reſponſio. *Bargius in 1. ſen. d. 23 q. vnica.*

PERSONA AN DICATVR VNIVOCE *de tribus perſonis diuinis.*

FRANCISCVS in primo Sent. diſt. 23. q. 3. dicit, quòd ſic, & in hoc bene dicit.

P R A X I S Q V I D S I T.

DICO igitur primo, quòd praxis ad quam cognitio practica extenditur, eſt actus alterius potentiæ, quàm intellectus, naturaliter poſterior intellectione, natus elici conformiter rationi rectę, ad hoc vt ſit actus rectus. *Subtiliſſima definitio praxis. Vide Sco. in 4. q. prologi.*

ET nota, quòd in definitione praxis, rectitudo non capitur pro rectitudine morali, quaſi nulla ſit praxis niſi ſit moraliter bona: quia mederi, ædificare, ſunt praxis, & tamen non ſunt operationes moraliter bonæ: capitur ergo ibi rectitudo, vt eſt commune quoddam ad rectitudinem moris, & artis: praxis ergo eſt operatio bona, aut bonitate morali, aut bonitate artis.

ALPHONSVS Toletanus in prologo dicit quòd definitio Scoti non eſt bona, quia non conuertitur cum definito: quia ſecundum definitionem Doctoris ſequeretur, quòd aliqua operatio circa finem eſſet praxis: quod non contingit: quia circa finem non cadit electio, quoniam Ariſtoteles dicit quòd electio non eſt de fine, ſed eorum quæ ſunt ad finem. *q. 9. prologi* *3. Ethic.*

RESPONDET Marſilius ad hoc argumentum, quòd ad praxim ſufficit electio primo, aut ſecundo, aut tertio modo, circa Deum: & ſi *In q. prologi art. 2.*

cadat electio proprijſſime accepta, de qua loquebatur Ariſtot. tamen bene poteſt cadere electio capta communiter, & communiſſime: hoc argumentum etiam ſoluitur a Scoto, ſoluendo ſecundum principale primæ quæſtionis.

ALII arguunt contra hanc definitionem, vt eſt etiam ipſe Alphonſus: nam ſi definitio ipſius Scoti eſſet bona, ſequeretur quòd dilectio Dei meritoria eſſet praxis, ſed hoc eſt falſum, quia praxis eſt operatio, quæ eſt in poteſtate noſtra, ſed dilectio Dei, vt meritoria non eſt in poteſtate noſtra: quia vt meritoria, eſt a charitate, quæ non eſt in poteſtate noſtra, vt docet Scotus.

Scot. in 1. d. 18. & 19

RESPONSIO.

DICO quòd ſufficit, vt ſit praxis dilectio Dei meritoria, quòd tantum ſit in poteſtate noſtra, vt eſt actus moralis.

SECVNDO dicitur, quòd eſt in poteſtate noſtra habita charitate, & hoc ſufficit, & patet niſi eſſet in poteſtate noſtra, non imputaretur nobis ad præmium.

Vide ꝑ hoc Bargiũ in 4. q. prologi

PRAEDESTINATIO QVID SIT.

SCOTVS ſic definit prædeſtinationem.

PRAEDESTINATIO eſt ordinatio alicuius ad gloriam principaliter, & ad alia in ordine ad gloriam, & ibi notat Scotus quòd in omnibus prædeſtinatio aſpicit perſonam, excepto in Chriſto vbi non aſpicit perſonam, ſed naturam, & ratio ſuper hoc eſt, quia in alijs bona præparantur perſonæ, in Chriſto bona illa non præparantur perſonæ, ſed naturæ.

Scot. in 3. ſen. d. 7. q. 3. & 40. d. primi.

IN definitione Doctoris quattuor tanguntur.

PRIMVM id quod prædeſtinat, videlicet voluntas diuina.

SECVNDVM id quod prædeſtinatur, ſcilicet creatura rationalis.

TERTIVM, id ad quod prædeſtinatur, videlicet ad æternam gloriam.

QVARTVM, medium per quod prædeſtinatur, videlicet gratia.

PRAEDESTINATVS CVR NON DICATVR Deus ſicuti homo & Angelus.

CVM dicat Apoſtolus: Filius Dei prædeſtinatus eſt.

Rom. 1.

PRO ſolutione notandum, quòd Filius Dei Chriſtus, prædeſtinatus eſt: ergo aut Deus Pater prædeſtinauit, aut falſa eſt ſententia Pauli. Pro ſolutione notandum.

QVOD Filius Dei Chriſtus, poteſt tribus modis conſiderari.

PRIMO modo ſecundum diuinam naturam.

SECVNDO modo ſecundum humanam.

TERTIO ſecundum virtutem.

PRIMO modo eſt prædeſtinatus ſecundum diuinam, ad naturæ humanæ aſſumptionem: nam Deus præuiſo lapſu hominis, ab æterno prædeſtinauit Filium ſuum ad aſſumptionem naturæ humanæ, licet ſit Deus: quia non inconuenit Deum eſſe prædeſtinatum, & prædeſtinantem ſub diuerſis reſpectibus.

QVIS eſt qui miſit Filium, Deus: Deus miſit, ideſt tota Trinitas, & non ſolus Pater, adeo quòd Filius, vt Deus erit mittens, & vt Filius erit miſſus: & ſic non inconuenit quòd Deus ſit prædeſtinatus, & prædeſtinans, reſpectu diuerſorum, tamen non habet alium ſuperiorem ſe: quia a ſeipſo mittitur Dei Filius, & ſic intelligitur Pauli auctoritas.

SECVNDO modo quo ad naturam humanam dicitur Chriſtus præſtinatus ad gratiam vnionis, & habitualem in ſubiecto.

TERTIO Filius Dei quo ad virtutem conſideratus, dicitur prædeſtinatus: quia idem valet dici, quod manifeſtatus: quia Chriſtus declaratus eſt Filius Dei in virtute, & ideo non tantum creatura intellectualis, vt dixi, ſed etiam Filius Dei dicitur prædeſtinatus, diuerſa tamen ratione. *Gloſſa eſt Theophilacti.*

PRAEDICATIO IDENTICE, identica quid ſit.

PRAEDICATIO identice identica eſt, quando vtrumque extremum eſt formaliter infinitum, vel alterum tantum eſt formaliter infinitum, vel permiſſiue.

EXEMPLVM primi, vt eſſentia diuina eſt bonitas, eſſentia diuina eſt iuſtitia: & ſic de alijs.

EXEMPLVM ſecundi, eſſentia diuina eſt Filiatio, eſſentia diuina eſt Paternitas: & ſic alijs.

EXEMPLVM tertij, vt Paternitas eſt entitas, humanitas eſt entitas, & ſic de alijs.

PRO quo notandum eſt quòd iſtæ prædicationes ſi ſunt veræ, debet prædicari concretum de concreto, vel abſtractum de abſtracto, & non concretum de abſtracto, nec abſtractum de concreto, maxime ſi talia concreta ſint adiectiua.

ISTA enim conceditur: Eſſentia diuina eſt generatio, tamen iſta non conceditur: Eſſentia diuina generat, vel generatur. *Vide Magiſtrum ſen. diſt. 5. primi ſent.*

QVANDO IDEM PRAEDICATVR DE SE IPSO, an ſit propoſitio per ſe.

SCOTVS dicit quòd iſta propoſitio per ſe, homo eſt homo, eſt propoſitio per ſe, & eſt in primo gradu primi modi.

RESPONDETVR, quòd Scotus in Metaphyſica inſequitur communem modum dicendi per ſe. *Scot. in 4. Met. q. 2.*

Reſponſio Bargij. Secvndo dicitur, vt patet ibidem ex littera ſua, quòd Scotus enumerauit gradus primi modi per ſe, ſecundum quòd prædicatum magis, & minus diſtinguitur a ſubiecto: & ſic eſt verum, quòd eſt in primo gradu primi modi.

Melior ſolutio. Amplivs, & forte melius, vt reſpondet Auctor formalitatum in articulo de identitate & diſtinctione formali, vbi citando Boetium dicit, quòd dicitur quidditatiua, inquantum quidditatiua diſtinguitur contra prædicationem denominatiuam.

POTENTIA DVPLEX, OBIECTIVA, & ſubiectiua.

Sco. 2. ſen. d. 1. q. 2. Scotvs facit mentionem de duplici potentia, obiectiua, & ſubiectiua in multis locis: nam actus entitatiuus correſpondet potentiæ obiectiuæ, actus formalis correſpondet potentiæ ſubiectiuæ, actus entitatiuus non dat eſſe: & ratio eſt, quia eſt ipſum eſſe, & non dans eſſe, ſecundum Scotiſtas.

Vide Sco. in 1. d. 12. q. 1 & diſt. 16. q. vnica. Potentia vero obiectiua, non eſt ſubſtantia nec accidens, ſed potentia ſubſtantiæ, vt roſa non exiſtente in hieme, ipſa eſt in potentia obiectiua, videlicet, non eſt, & poteſt eſſe, & Antichriſtus modo non eſt, & poteſt eſſe, ipſe eſt in potentia obiectiua.

D V B I V M.

Scotus 3. q. quolibet. art. 3. 1. q. quolib. art. 1. Sed ſi quiſpiam diceret: Scotus dicit non eſt dari medium per abnegationem extremorum inter ſubſtantiam, & accidens, ita quòd omne quod eſt, aut eſt ſubſtantia, aut accidens, & hoc idem dixit in quolib. & recte quidem in doctrina peripatetica, quoniam Ariſtot. in prædicamentis inquit ſingulum eorum, quæ ſunt &c.

S O L V T I O.

Ens duplex quod eſt perfectum in genere, & tale ens aut eſt ſubſtantia, aut accidens: nullum enim eſt ens perfectum in genere, quod non ſit ſubſtantia aut accidens.

Aliqvid vero eſt ens imperfectum cuiuſmodi ſunt priuatio, & potentia obiectiua entis, & tale ens datur, quod non eſt ſubſtantia, neque accidens.

LITTE-

LITTERA Q.

QVATTVOR viæ, & modi quibus poſſumus deuenire in cognitionem diuinorum, & iſtas vias acccepit Doctor a Dionyſio. *Sc. in 1. ſen. d. 2. q. 1.*

PRIMO per viam cauſalitatis effectiuæ.

SECVNDO per viam cauſalitatis finalis. *In libro de diuinis nominibus.*

TERTIO per viam eminentiæ.

QVARTO per viam remotionis, quando ab ente perfectiſſimo remouentur omnes imperfectiones. Vide etiam Franciſcum in 1. Sententiarum diſt. 2. q. 8.

QVALITAS A TOTO GENERE an ſit pefectior quantitate.

QVALITAS eſt perfectior quantitate: nam qualitas eſt principium agendi aliquam actionem realem, nulla autem actio realis conuenit quantitati. *Vide Sco. in 4. ſen. diſt. 12. q. 2.*

NOTANDVM.

NAM ſubſtantia & qualitas ſunt de genere actiuorum, & nullum aliud prædicamentum, & ratio eſt, ſi quantitas non eſt de genere actiuorum: ergo nec alia ſeptem prædicamenta, quæ ſunt reſpectus, quantitas tamen, & ſi non agit realiter, agit tamen intentionaliter. *Subſtantia, & qualitas ſunt de genere actiuorum.*

SED alia ſeptem nec agunt realiter, nec intentionaliter.

CIRCA DICTA INSTATVR.

QVIA quod eſt propinquius perfectiori, eſt ſimpliciter perfectius: quantitas eſt ſimpliciter propinquior ſubſtantiæ, quàm qualitas, ſubſtantia autem eſt perfectiſſimum entium: ergo quantitas eſt perfectior qualitate. *Sc. in 4. ſen. d. 12. q. 2.*

SOLVTIO.

DICO quòd in ſubſtantia, vt eſt primum entium, eſt duplex ordo prioritatis. *Reſpõſio Sc.*

VNVS in ſubſtando alijs, quod includit recipere alia, & perfici ab eis. *Duplex ordo prioritatis in ſubſtantia.*

ALIVS actualitatis intenſiuæ: ſecunda perfectio eſt ſimpliciter maior quàm prima: quia prima conuenit potentiali, vel ſaltem requirit illud cui conuenit eſſe potentiale.

QVAN-

QVANTITAS autem propinquior eſt ſubſtantiæ ſecundum primam rationem: quia immediatior ſecundum rationem receptiui.

QVALITAS autem ſecundum aliam rationem: ipſa enim eſt principium agendi, non ſic quantitas, & ſecundum hoc apparet minor actualitas eius.

QVANTITAS AN REALITER diſtinguatur a ſubſtantia.

Sco. in ſent. diſt. 2. q. 9. QVANTITAS realiter diſtinguitur a ſubſtantia, quod valde expreſſe docet Scotus in ſecundo Sententiarum, vbi probat lineam, punctum, ſuperficiem, realiter diſtingui a rebus, quas menſurant: hoc idem ſæpe dicit Scotus in Quarto in materia de Euchariſtia: & hoc ſatis eſt notum in ſua doctrina.

QVANTITAS AN SIT DE GENERE actiuorum.

Vide Sco. in 2. d. 3. q. 4. QVANTITAS non eſt de genere actiuorum loquendo de actione reali: ſecus eſt de intentionali: quia poteſt mouere ſenſum, & intellectum.

QVANTITAS AN SIT NOBILIOR qualitate.

Scot. in 2. ſent. diſtin. 12. q. 2. RESPONDETVR quód quantitas eſt propinquior ſubſtantiæ, quàm qualitas, & hoc modo eſt perfectior: nam Scotus aſſerit, quòd illud quod eſt propinquius perfectiori, illud eſt perfectius, cum quantitas immediatior ſe habeat ſecundum rationem receptiui, qualitas vero eſt perfectior quantitate: nam eſt principium agendi, non ſic quantitas.

DE QVIBVS QVAERIMVS SVNT quattuor.

2. Poſt. textu. 1. DE quibus quærimus ſunt quattuor.

SCILICET ſi eſt: quia eſt, quid eſt, & propter quid eſt, per quid intelligitur ens, per quale differentia contrahens ens limitatum, & illimitatum, per quale quid, genera, & ſpecies quæ includunt quidditatiue quale quid, per hoc aliquid differentiam indiuidualem, intelligo vt concernit differentiam ſpecificam cuiſlibet ſuperioris.

ITEM primum quod quid eſt, eſt prædicatum eſſentiale contrahibile quidditatiuum.

QVID

QVID EST QVO.

QVO eſt illud per quod aliquid alicui conuenit.

PROPTER quod nota, quòd vnicum quo adæquate reſpondet ſuo quod. *Quid ſit quo.*

NOTA PVLCHRVM NOTABILE.

ITEM vnico quo, poſſunt reſponderi plura quod ſuppoſitaliter, exemplum de prima regula, Deus eſt Deus, homo eſt coloratus: quia Deus habet Deitatem, ideo eſt Deus: & homo quia habet albedinem eſt albus. *Vnico quo poſſunt reſpondere plura.*

EXEMPLVM de ſecunda regula, vt huic Deitati correſpondent plura ſuppoſita.

ITEM aliqua ſunt quo, & quod, vt anima, & color: nam color eſt quo videtur ſubſtantia, & color eſt illud, quod videtur. *Aliqua ſūt quo, & qđ.*

QVAENAM SVNT QVO PVRA.

QVO pura ſunt illa, ad quæ ſtat vltimata ratio agendi, vt anima intelligit, & quo, ſua ratione formali.

QVID SIT QVOD PVRE.

QVOD pure eſt illud, ad quod terminatur actio, & operatio, vt ſuppoſitum puta Petrus, qui ita eſt quod, quòd ſibi non conuenit quo, quoniam non poteſt eſſe forma alterius. *Quid ſit qđ*

LITTERA R.

RATIONALE, vt competit homini, animæ, Angelo, & Deo, eſt æquiuocum.

AD RELATIONEM NON EST motus.

SCOTVS dicit, quòd ad relationem non eſt motus: nam terminus motus eſt ens abſolutum, qui tamen in Quolib. & in ſecundo Sententiarum, & in quarto aſſerit motum localem eſſe ad vbi, quod quidem vbi, eſt reſpectus extrinſecus adueniens. *Vide Sco. in 19. vniuerſalium.*

SOLVTIO AD RELATIONEM *non eſt motus.*

SCotvs, & Ariſt. loquuntur de relatione de prædicamento relationis, quæ eſt reſpectus intrinſecus adueniens: nam neceſſario ſequitur *Auerroes 8. Phyſicor. comm. 32.* poſitis fundamento & termino, non negant autem ad vbi eſſe motum localem, vt declarat Auerroes.

RELATIVVM AN DEFINIATVR.

RElativvm nõn definitur per ſuum correlatiuum, ſed per fundamentum ſui correlatiui. Scotus in primo Sententiarum diſtin. 3. quæſt. 1. & 2.

Ad oppoſitum eſt quod habetur in vniuerſalibus.

Respondetvr, quòd inſequitur communem opinionem. *q. 15. ſolut. de vlt. arg.*

Svessanvs adducit tres auctoritates contra Scotum.

Prima eſt Ariſt. vbi dicit, quòd ſi quis definite nouerit vnum correlatiuorum definite noſcet & reliquum. *In ca. de ad aliquid.*

Secvnda Auctoritas eſt Porphirij vbi dicit quòd neceſſe eſt in vtrorumque rationibus vtriſque vti. *In cap. de ſpecie.*

Tertia Auctoritas eſt Ariſtot. vbi dicit duplum non ſine dimidio definiri. *6. topicorũ.*

Respondetvr ad Auctoritates Ariſt. & Porphirij, & ſit reſponſio Pariſienſium, quòd Porphirius ſic eſt exponẽdus, quòd relatiuum definitur per ſuum correlatiuum, ideſt per fundamentum ſui correlatiui quod eſt prius, & notius. *Cap. de ſpecie.*

Sed in prædicamentis Scotus reſpondet, quòd illę duæ Auctoritatę in rigore ſermonis ſunt falſę niſi exponantur ſecundum ſenſum iam datum: etiam dicit, quòd communiter tales definitiones ſunt inſufficientes, & dicit quòd relatiuum bene refertur ad ſuum correlatiuum, ſed non determinatur ad illud, ſed ad eius fundamentum. *25. q. prædicamentorũ.* *Dictũ Doctoris valde notabile.*

RELATIONES DIVINAE AN *dicant dignitatem.*

SCotvs aſſerit quòd relationes nullam perfectionem dicunt *1. q. quolib.* licet ibidem videatur concedere quòd dicunt dignitatem, quoniam hoc dicit reſpondendo vt patet.

Dic illam imaginationem, Ocham.

In 1. ſent. diſt. 19. Qvi volebat, quòd dicerent nobilitatem ſeu perfectionem: & cum dicebatur: tunc aliqua perfectio eſſet in Patre, quæ non eſſet in Filio.

Respondebat Ocham.

Qvod erat in Filio per æquiualentiam.

Sed tu argue.

Qvia ſequeretur quòd Pater et Filius eſſent perfectiores Spiritu ſancto, quia in Patre ſunt duæ relationes, ſcilicet generatio actiua, et ſpiratio, et in Filio ſunt duæ, ſcilicet generatio paſsiua, et ſpiratio actiua, & in Spiritu ſancto eſt tantum vna ſcilicet ſpiratio paſsiua: et ita Ocham non poteſt ſaluari quòd ſint æque perfecti per æquiualentiam.

RES QVOT MODIS ACCIPIANTVR.

Res duobus modis poſſunt accipi, vno modo permiſsiue, & iſto modo permiſsiue, dicuntur de omnibus, quæ ſunt extra animam, & tunc tot ſunt res, quot ſunt formalitates in diuinis.

Alio modo accipiuntur proprie, & tunc dicitur quòd in diuinis perfectionibus eſt vna ſola res, cum diſtinctione rationis formalis.

RES A QVO HABEAT ESSE.

Scotvs dicit, quòd res ex ſe formaliter habet quòd ſit intelligibilis, ſed quaſi principiatiue ab intellectu. *Scot. in 1. ſent. d. 43.*

RES VBI HABEANT VERIVS ESSE, *in ſe, vel in intellectu.*

Scotvs dicit quòd quodcumque ens vt habet eſſe in anima diminuit de ſua entitate, quia ly *cognitum*, eſt determinatio diminuens. *Scot. in 1. ſent. d. 36. q. vnica.*

Et ſi quis inſtaret: ergo ens in potentia obiectiua habet minus eſſe in intellectu, quàm in ſe ipſo, quod tamen non videtur verum, cum in ſe ipſo habeat eſſe purum negatiuum, et in intellectu habeat eſſe poſitiuum, ſimiliter relationes: ſecundæ intentiones habent eſſe abſolutum in intellectu, et non in ſe ipſis: ſimiliter priuationes, in intellectu habent eſſe poſitiuum, & non in ſeipſis: ergo videtur quòd res non habeat verius eſſe in ſeipſa, quàm in intellectu. *Inſtantia.*

RESPONSIO.

Qvod omnia iſta ſupradicta habent verius eſſe in intellectu, quàm in ſe ipſis, loquendo de eſſe ſimpliciter, ſed non de eſſe tali: quantum ad eſſe tale diminuuntur, & omnis res quantumcumque minima, etiam pura negatio quo ad hoc, poteſt habere eſſe diminutum. *Reſponſio.*

RES IPSA VNDE VENIAT.

Res aliquando venit à ratus, rata, ratum, quod eſt firmus, firma, firmum, & iſta eſt ſemper cum exiſtentia actuali. *Vide Sc. 1. ſent. d. 36.*

Alio modo dicitur res a reor reris, et cet. quod eſt opinor opinaris, & ſic omne quod eſt, tam in eſſe obiectiuo, ſicut omnes res mundi ab æterno fuerunt, quàm in eſſe imaginabili, poteſt dici res.

Vide hanc diuiſionẽ in Sc. diſt. 35. primi ſent. Et iſto ſecundo modo, accipiendo rem, poteſt dici, quòd omnia creata, & omnia creabilia ante mundi conſtitutionem eſſent res, & quòd Sortes, & Plato diſtinguebantur realiter. Ariſt. hanc diſtinctionem non ponit, quia ipſe negauit ideas omnium rerum in mente diuina, eſſe obiectiuum, & ideale, accepit Scotus a Platone, & S. Auguſtino, vt tenet in 1. Sent. ſed Ariſt. non poſuit mundum habere eſſe ab æterno in mente diuina, ſed poſuit mundum ab æterno eſſe, & exiſtere, licet Plato a Theologis aliqualiter in ponendis ideis differat, ſed a Platone habuere fundamentum Theologi. *Sco. in 35. diſt. 1. ſent.*

LITTERA S.

SACRAMENTVM QVID SIT.

Sc. in 4. ſen. diſt. 1. q. 2.

SCOTVS omnes definitiones Sacramenti reducit ad vnam, quæ talis eſt.

SACRAMENTVM propriiſsime acceptum, eſt ſignum ſenſibile, gratiam, vel Dei effectum gratuitum, ex inſtitutione diuina, efficaciter ſignificans, ordinatum ad ſalutem hominis viatoris.

SAPIENTIA QVID SIT.

Sapientia quid.

SApientia eſt nobiliſsimorum æternorum certa ſcientia.

Item ſapientia eſt diuinarum humanarumq. rerum certa ſcientia.

SAPIENTIA, ET SCIENTIA differunt.

14. de Tri. cap. 1.

SApientiam, & ſcientiam, accipiendo eas proprie, ſic diſtinguit Auguſtinus dicens, quòd ſapientia eſt de ſolis æternis, ſcientia autem de ſolis temporalibus, & ſecundum hoc formantur duæ contradictiones, nam Deus habet ſapientiam de ſua eſſentia, non habet autem ſcientiam: ſimiliter Deus habet ſcientiam de temporalibus, non habet autem ſapientiam: ergo ſcientia non eſt ſapientia.

SCIENTIA QVID SIT.

SCIENTIA eſt cognitio certa, hoc eſt abſque deceptione, et dubitatione, de cognito neceſſario, cauſata a cauſa euidente intellectui, applicata ad cognitum per diſcurſum ſyllogiſticum. *Sco. in 3. q. prologi.*

NOTA QVOD SEPTEM CONDITIONES requiruntur ad ſcientiam.

QVARVM prima eſt, quòd ſit notitia, ad differentiam virtutum moralium. *Quattuor ſunt ſecundũ Scotum.*

SECVNDA quòd ſit vera, ad differentiam opinionis, cui poteſt ſubeſſe falſum.

TERTIA quòd ſit euidens, ad differentiam fidei, quæ eſt ænigmatica.

QVARTA quòd ſit habitualis, ad differentiam actus intelligendi.

QVINTA quòd ſit neceſſaria, ad differentiam artis, & prudentiæ, quæ ſunt de poſſibilibus aliter ſe habere.

SEXTA quòd ſit habita per diſcurſum ſyllogiſticum, ad differentiam intellectus, qui principiorum eſt.

SEPTIMA quòd ſit cauſata a principijs per ſe notis.

FRANCISCVS de Mayr. in 14. quæſt. prologi.

THEOLOGIA DEI, VTRVM SIT SCIENTIA quantum ad quartam conditionem.

DEVS non diſcurrit, ideo ſcientia Dei quantum ad quartam conditionem non eſt ſcientia, & quare non diſcurrat eſt, quia vt notat Dominus Mauritius in illa quæſtione, vtrum mortale ſit vltima differentia conſtitutiua hominis, dicit quòd de ratione diſcurſus tria ſunt. *Quare in Deo non ſit diſcurſus.*

PRIMVM quòd intelligat hoc, poſt hoc. *Vide Mauritium 29. q. vniuerſalium.*

SECVNDVM quòd intelligat hoc, per hoc.

TERTIVM quòd extrema diſcurſus intelligantur diuerſis actibus intelligendi, & patet quòd in via Scoti Deus diſcurrit, quantum ad primam, & ſecundam conditionem, ſed non quantum ad tertiam.

QVOD Deus non diſcurrat, ſic probatur.

QVIA intelligit omnia vnico actu.

SECVNDO quia ſua intellectio eſt ſua ſubſtantia.

TERTIO hoc aſſerit Ariſt. vbi vult Deum non diſcurrere ab intellectione partium ad intellectionem totius. *1. libro contra Gentiles. c. 56.*

IDEO rectè dicit S. Thomas quòd in Deo non eſt habitualis cognitio, ſed tantum actualis: nam ſpiritus ſeparati, aſſerit Franciſcus, poſſunt

totum diſcurſum vnico actu cognoſcere: nam diſcurrunt diſcurſu imperceptibili cum inſtanti temporis: quia non requiritur prioritas, & poſterioritas durationis ad diſcurſum, ſed ſufficit ordo naturæ in Angelis.

SCIENTIA MVLTIPLEX.

Sciẽtia tribus modis ſortitur ſuã nobilitatem.

SCIENTIA tripliciter ſortitur ſuam nobilitatem.

VNO modo ex modo cognoſcendi: & iſto modo ſcientiæ Mathematicæ ſunt nobiliſſimæ: quia earum concluſiones ſunt euidentes: etiam patet ad ſenſum.

ALIO modo ex nobilitate: & ſic ſcientia de anima eſt nobiliſſima: quia habet ſubiectum nobiliſſimum, ſcilicet propriam animam, & ipſa Metaphyſica habet Deum ipſum pro principali ſubiecto.

TERTIO modo ex conſideratione finis: & ſic ſcientiæ morales ſunt nobiliſſimæ, eo quòd deſiderant beatitudinem, & felicitatem hominibus.

Quõ Theologia ſit nobiliſſima.

ET iſto modo Theologia eſt nobiliſſima: quia conſiderat finem vltimum, & nos ducit ad illum.

VTRVM POSSIMVS COGNOSCERE *ſingulare.*

An in via poſſimus cognoſcere ſingulare.

DICO quòd in via non poſſumus cognoſcere ſingulare, vt ſingulare: ita quòd intelligatur ſingularitas, vel eius differentia indiuidualis, quæ natura ſit hæc. Franciſcus de Mayr. in primo Sententiarum diſtinct. 3. quæſt. 9.

DE SPIRITV SANCTO.

Quõ Spiritus ſanctus ſit amor.

SPIRITVS ſanctus non eſt amor ſpiratus: quia amor in diuinis cum ſit eſſentialis non eſt elicitus, bene tamen conceditur ſic: Spiritus ſanctus qui eſt ſpiratus eſt identice amor.

ITEM Filius qui eſt genitus, eſt notitia genita, & iſtum ſenſum habuit Scotus, cum dixit, quòd Filius eſt notitia genita, & Spiritus ſanctus eſt amor ſpiratus: & ſic debent intelligi, & gloſſari ſuæ propoſitiones.

DE SPIRITV SANCTO *procedente a Patre.*

SPIRITVS ſanctus procedit a Patre, & Filio. Græci enim dicunt, quòd Spiritus ſanctus procedit a Patre, non a Filio: quia nihil tenendum eſt, niſi quod determinate habetur in ſacra Scriptura: ſed non habetur

habetur quòd procedat a Filio: ergo non eſt tenendum ſicut aliquid fidei.

Sed oppoſitum tenet noſtra fides: hoc confirmatur tam auctoritatibus, quàm etiam rationibus.

Primo ſic per Scripturam: Cum venerit Spiritus quem mittam vobis a Patre, ego mittam vobis eum, & tamen non poteſt mittere niſi perſona originans: ergo &c. *Ioan. c. 15.* *Ioan. c. 16.*

Et ibidem: Ipſe de meo accipiet, ſi autem accipiet de eo, quod eſt Filij: ergo &c. Ex quo colligitur, quòd ex quo Spiritus ſanctus accipit aliquid a Filio, totus eſt a Filio: quia Deus eſt quidquid habet ſecundum Hylarium, de Trinitate: ergo &c. etiam habetur, quòd Chriſtus inſuflauit in Apoſtolos dicens: Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis &c. *Ioan. c. 16.* *Ioan. c. 20.*

Vltimo eſt auctoritas Pauli: quia appellat Spiritum ſanctum Spiritum Chriſti: quod non feciſſet, niſi ſignificare voluiſſet Spiritum ſanctum, Spiritum Chriſti eſſe: ergo ad ipſum refertur, & non niſi relatione originis: ergo &c. *Rom. 8.*

Ratione arguitur ſic.

Inter perſonas diuinas eſt ſumma germanitas, & excellentiſſima: ſed ſi Spiritus ſanctus non procederet a Filio, non eſſet inter eos ſumma germanitas, & excellentiſſima: quia maior germanitas eſt inter perſonas quando vna originatur ab alia, quàm quando vtraque præciſe a tertia, ſicut Filij ad Patrem, quàm fratris ad fratrem: hæc eſt ratio Hugonis de Sacramentis.

Ex ſecunda ſic:

Qvando aliqua habent eandem vim productiuam, æqualiter producunt: ſed Filius, & Pater, habent eandem vim productiuam reſpectu Spiritus ſancti: ergo Filius æque producit ſicut Pater, minor patet: quia voluntas, & obiectum eſt perfectiſſimum principium Spiritus ſancti: ſed conſtat quòd perfecte eſt in eis.

Ad illud quod Græci adducunt quòd nihil eſt traditum in Scriptura, patet eſſe falſum ſicut oſtenſum eſt quadrupliciter.

Secvndvm etiam non concludit: quia locus ab auctoritate negatiue non tenet: non enim habetur in Scriptura quòd Chriſtus deſcendit ad inferos: ergo &c. *Vide Sco. in 1. ſen. d. 11*

Videtvr quòd non a Filio, Spiritum ſanctum ex Patre dicimus, ex Filio non dicimus: ergo &c.

Respondetvr, quòd quando dicit Damaſcenus, Spiritum ſanctum ex Filio non eſſe, non intelligit principiatiue, ſed auctoritatiue. *Damaſcenus cap. 5.*

Vel melius vt declarat Ioannes de Baſſolis, quòd temporibus illis nondum erat declaratum iſtud. *1. ſen. d. 11*

DVBIVM DE SPIRITV SANCTO.

Aliquid agere per aliud quattuor modis poteſt intelligi.

Vtrvm Spiritus ſanctus producatur a Patre per Filium.

Sciendvm quòd quattuor modis poteſt intelligi aliquid agere per aliud.

Primo,

Primo, aut per principium productiuum, ſicut ignis calefacit per calorem, qui eſt in eo formaliter.

Secundo, aut ſicut per inſtrumentum, ſicut faber fabricat per malleum.

Tertio modo, ſicut per cauſam ſecundam, ſicut Deus mouet cælum per intelligentiam.

Quarto, aut ſicut per illud cui communicat æqualem virtutem productiuam, quomodo Deus Pater per Verbum fecit omnia. *Ioan. c. 1.*

Primo ergo modo, nec ſecundo, nec tertio, ſed bene quarto modo Deus Pater ſpirat, ſiue producit Spiritum ſanctum per Filium: quia communicat ſibi eandem vim productiuam, ſicut omnia cauſat per verbum, quia ei communicat vim productiuam eandem, qua ipſe Pater cauſat.

QVOT MODIS SVMATVR ſubſiſtere.

Quo capiatur ſubſiſtere.

Svbsistere tripliciter poteſt ſumi.

Vno modo idem eſt quòd per ſe eſſe: & ſic diſtinguitur contra accidens.

Alio modo quod poteſt eſſe, & cum hoc eſt vltimate actuatum, vt ſpecies & indiuidua.

Tertio modo quod poteſt eſſe vltimate actuatum, & cum hoc eſt incommunicabile, vt ſuppoſitum.

Primo modo eſſentia diuina dicitur ſubſiſtere.

SVBSTANTIA AN SVSCIPIAT magis, & minus.

Respondetvr quòd ſuſcipit magis, & minus ſecundum eſſe indiuiduale: quia includit gradus licet non ſuſcipiat magis & minus ſecundum eſſe ſpecificum: vide Antonium Andream. *11. Meta. q. vnica.*

Qvomodo ſubſtantia ſit prior quantitate.

Respondetvr quòd licet ſubſtantia ſit quantitate prior in eſſendo, non tamen indiuiduando.

DVPLEX EST ORDO IN SVBSTANTIA

Primvs ordo eſt prioritatis in ſubſtando alijs, quod includit recipere alia & perfici ab eis.

Alivs eſt actualitatis intenſiue, & iſta perfectio ſecunda eſt ſimpliciter maior: prima quantitas eſt propinquior ſubſtantiæ ſecundum primam rationem, quia ſe habet in ratione receptiui.

Qvalitas autem eſt propinquior ratione actualitatis intenſiue, &

& ſecundum hoc apparet melior & perfectior quantitate: vide Scotum in Quarto Sententiarum diſt. 12. quæſt. 2.

QVOMODO SVPERIVS CONTINEAT ſuum inferius.

NVLLVM ſuperius continet ſuum inferius virtualiter, nec formaliter, ſed ſolum poteſtatiue.

ET SI ARGVATVR.

QVOD omnis cauſa continet ſuum effectum virtualiter: ſed omnia ſuperiora ſunt cauſæ ſuorum inferiorum: ergo &c.

RESPONDETVR, quòd aliquando accipitur cauſa intrinſeca vniuoca: & iſto modo ſuperiora ſunt cauſæ ſuorum inferiorum, ſicut materia, & forma, & hoc phyſice loquendo.

METAPHYSICE, ſicut animal, & rationale cauſant hominem, ideſt concurrunt ad conſtitutionem hominis.

ALIO modo extrinſeca, & æquiuoca, ſicut Deus eſt cauſa creaturæ, & ſol eſt cauſa ranæ, vel vermis.

QVO ad primum modum cauſæ, non eſt verum quòd cauſæ contineant virtualiter ſuum effectum Metaphyſice loquendo, ſed ſolum poteſtatiue. *Cauſa continet effectum poteſtatiue.*

QVO ad ſecundum genus cauſæ extrinſecæ, quæ cauſæ ſunt finis, & efficiens, bene virtualiter continent ſuos effectus.

LITTERA T.

TRANSCENDENTIA ſunt illa, quæcunque a motu, & a materia abſtrahunt, & ſecundum eſſe, & ſecundum intelligi.

THEOLOGIA DICITVR CONTEMPLATIVA, & practica.

THEOLOGIA dicitur contemplatiua: quia elicit actum contemplationis, ſed tamen dicitur practica, quia regulat & dirigit praxim, ſcilicet actum dilectionis. Franciſcus de Mayron. in primo Sententiarum diſtin. 48. quæſt. 2. *Theologia dicitur contēplatiua.*

THEO-

THEOLOGIA NECESSARIORVM an ſit practica.

VideTartaretum.2.q. logicæ magnæ art. 2. dubio.5.

THEOLOGIA neceſſariorum in intellectu diuino eſt practica, & etiam Franciſcus de Mayr. in primo Sententiarum diſt. 48. quæſt. 2. tenet abſolute, quòd ſit practica. Ioannes de Baſſolis q. 8. prologi tenet, quòd Theologia neceſſariorum in intellectu viatoris eſt practica, ſed in intellectu diuino, & in intellectu creato, beato, eſt ſpeculatiua, & mouetur iſto fundamento.

AD notitiam practicam, requiritur quòd potentia practica poſſit errare, quod non contingit de voluntate Dei, nec de voluntate alicuius beati, & ita in intellectu diuino, & in beato creato ponit quòd ſit ſimpliciter ſpeculatiua.

QVID SCOTVS SENTIAT.

Scot. in 3. ſen. d. 37.

SI voluerimus tenere quòd Theologia Dei de neceſſarijs ſit practica, circa hoc ſemper remanſit Scotus anxius & dubius: & ſi diceres: Scotus in tertio videtur habere quòd non ſit practica, ſed hoc nihil eſt: quia cum Scotus protulerit illa verba, loquebatur de Theologia contingentium: nam illa eſt tantum ſpeculatiua.

THEOLOGIA AN DEBEAT DICI ſapientia.

Sc.in 3.ſen diſt.2. q. 2. 1. Phyſico. comm.17.

THEOLOGIA debet proprie ſecundum Scotum dici ſapientia, Paulus ſcriptor dicit quòd ſapientia dicitur quaſi ſapida ſcientia, id eſt ad guſtum æternæ ſapientiæ ordinata.

TOTVM phyſicum dicit tertiam entitatem realem realiter a partibus diſtinctam in via Scoti, quamuis Auerroes ipſe dicat eſſe Sophiſma compoſitionis & diuiſionis, intendens concludere totum non eſſe aliud, quàm ſuæ partes compoſitæ, ſiue ſimul ſumptæ, quod eſt intelligendum conſtitutiue, licet partes non dependeant eſſentialiter a toto: includuntur tamen neceſſario in toto, & propter iſtam incluſionem non poſſunt eſſe ſine toto, licet diſtinguantur a toto.

TOTVM ergo non poteſt eſſe ſine partibus propter realem, & eſſentialem dependentiam: & partes non poſſunt eſſe ſine toto propter neceſſariam incluſionem, quamuis inter ipſa ſit realis diſtinctio.

THEOLOGIAE SVBIECTVM an ſit Deus.

PRIMO dico quòd ſubiectum Theologię neceſſariorum in ſe eſt Deus ſub ratione Deitatis. *Quo Deus ſit ſubiectũ Theologia.*

SECVNDO: ſubiectum Theologiæ contingentium in ſe eſt diuina eſſentia.

TERTIO ſubiectum Theologiæ in nobis eſt ens infinitum.

ET ſi quiſpiam diceret: Scotus in tertia q. prologi dicit, quòd idem eſt ſubiectum Theologiæ noſtræ, & in ſe.

RESPONDETVR.

QVOD verum eſt materialiter, ſed non formaliter.

HENRICVS in ſumma aſſerit, quòd Deus eſt ſubiectum in Theologia ſub ratione communi puta ſub ratione entis infiniti. *q.1.art.19*

SED DICET QVIS: SCOTVS ſic tenet.

RESPONDETVR quòd non ſic vniuerſaliter vt Henricus: nam Henricus tenuit, quòd Deus ſit ſubiectum ſub ratione infinitatis, ſed pro maiori declaratione eorum quæ diximus, notandum eſt:

THEOLOGIA duplex eſt, in ſe primo, & in nobis ſecundo: primo eſt Dei notitia quæ poteſt haberi inquantum cognoſcibilis eſt, & hanc ſolum habet Deus: quia per ſe proprie, & naturaliter eſt in ſolo Deo: quia Deus ſolus ſeipſum cognoſcit. *Theologia duplex.*

THEOLOGIA in nobis eſt notitia de Deo poſſibilis haberi in ſtatu noſtro: quæ eſt adhuc duplex, alia neceſſaria, alia contingens vt diximus ſuperius: prima eſt perfecta notitia de Deo ad intra: hoc verbum ad intra importat omnem notitiam Dei vt Filius eſt in Patre, vel quòd Deus ſit trinus & vnus. *Theologia i nobis quid.*

THEOLOGIA in nobis contingens eſt.

VT ſi dicamus: Deus eſt creator.

ET hoc ad extra eſt in nobis, quia poterat non eſſe creator.

LITTERA V.

VIATOR poteſt habere conceptum diſtinctiſſimum de Deo. *Sc.7.q.quolibet.art 2.*

SCOTVS tenet, quòd viator poteſt habere vnum conceptum diſtinctiſſimum de Deo, continentem virtualiter omnes veritates neceſſarias, quæ poſſunt fieri de Deo.

QVAMVIS Scotus in prologo totum oppoſitum dicat, quòd nos *1.ſent.q.3.*

viatores pro ſtatu iſto, non habemus ſubiectum Theologicum virtualiter continens omnes veritates dicibiles de ipſo Deo, ſed habemus ſubiectum tantum, de quo primo noto oſtenduntur paſſiones, & illud eſt ens infinitum.

SOLVTIO.

Sc. in 1. ſen. d. 3. q. 1.

IN prologo loquitur de facto: nam nullum conceptum habemus de Deo pro ſtatu iſto: quia ſolum cognoſcimus eum confuſe: in quolibeto loquitur de poſſibili, poſſibile enim eſſet, quòd Deus de nouo produceret quandam ſpeciem ſui vel ſimilitudinem, quæ repræſentaret ipſum Deum diſtincte, & clare, & infunderet eam intellectui cuidam viatoris, ſicut infulſit intellectui S. Pauli.

VBI REPERIATVR VERITAS.

6. Metaph. contex. 8.
9. Metaph. contex. 21.

ARIST. aſſerit, quòd veritas, & falſitas ſunt in intellectu: qui tamen 9. Metaph. ait: In ſola compoſitione, & diuiſione eſt veritas, & falſitas, hoc eſt in propoſitione affirmatiua, & negatiua.

RESPONDETVR.

QVOD veritas & falſitas ſunt in propoſitione affirmatiua, & negatiua, immediate, mediate vero in intellectu.

ET SI ARGVAS SIC.

Scot. in 4. ſent. diſtin. 8. q. 2. ar. 3. Cap. de ſubſtantia, & de priori.

SCOTVS in quarto Sententiarum dicit, quòd veritas, & falſitas ſunt in propoſitione vocali: nam ab eo quod res eſt, vel non eſt, oratio dicitur vera, vel falſa, inquit Ariſt.

RESPONDEO.

VERITAS, & falſitas ſunt in propoſitione vocali, vt in ſigno, in propoſitione mentali, vt in fundamento propinquo, in intellectu vero, tamquam in ſubiecto vltimo.

S. Bonau. in 1. ſen. d. 48. art. 2. q. 2.

VOLVNTAS in nobis eſt triplex, ſcilicet voluntas rationis, voluntas pietatis, & voluntas carnis.

VOLVNTAS QVOTVPLEX.

VOLVNTATIS eſt duplex appetitus: naturalis, & liber: tunc dicit Scotus in quarto, quòd quando dicitur, quòd voluntas neceſſario appetit beatitudinem, quòd verum eſt de appetitu naturali, ſed non eſt verum de appetitu libero. *In 3. d. 17. d. 49. q. 9.*

VOLVNTAS TRIPLEX.

VOLVNTAS triplex in nobis eſt. *S. Bonau. in 3. ſen. d. 48 art. 2. q. 2.*
VOLVNTAS rationis.
VOLVNTAS pietatis.
ET voluntas carnis.

IN CHRISTO FVERVNT *quattuor voluntates:*

VOLVNTAS diuina, voluntas creata rationis, voluntas compaſſionis, & voluntas carnis.

VOLVNTAS diuina per iuſtitiam dictabat mortem habendam.

VOLVNTAS rationis creata per obedientiam, veritatem approbabat id quod dictabatur per voluntatem diuinam.

VOLVNTAS pietatis per compaſſionem in malo ſuſpirabat.

ET voluntas carnis in malo proprio murmurabat.

VOLVNTAS quattuor modis poteſt conſiderari.

VT receptiua.

VT obiectum.

VT productiua.

ET vt operatiua.

DVOBVS primis modis non eſt libera, ſed tantum tertio, & quarto modo.

SED DICES.

QVOD voluntas non eſt libera vt receptiua: ergo vt recipit naturaliter recipit: & ſic, ſi naturaliter recipit velle, ergo violenter reciperet eius nolle oppoſitum, quod tamen eſt falſum.

RESPONDEO.

QVOD ſi tu intelligis naturaliter, ideſt non libere, concedo: ſed ſi tu intelligis naturaliter vt diſtinguitur contra violenter, quòd vt ſic non recipit naturaliter, ſed eſt impotentia neutra.

S e d ſecundum Scotum prima libertas eſt in voluntate: inquantum eſt operatiua non vult ex hoc negare Scotus quin ſit libera vt eſt productiua.

L I T T E R A X.

XP̄I incarnatio eſt a tribus perſonis, quia ſicut ſunt inſeparabiles in eſſendo, ita & in operando ad extra: operari autem ad extra requirit perfectionem in agente, & nulla perfectio poteſt eſſe in vna perſona, quæ non ſit in alia, Franciſcus de Mayron. in tertio Sententiarum diſtinctione prima q. prima.

VLTIMA INQVISITIO EST, an Xp̄s ſiue Verbum incarnatum fuiſſet, ſi Adam non peccaſſet.

S. Thomas in 3. ſcript. q. 1.

Iſta quæſtio altiſſima eſt, & valde dubia: quia eſt inter grauiſſimos viros, & ideo ſanctus Thomas dicit, quòd veritatem huius quæſtionis ſolus ille nouit, qui natus & oblatus eſt: quia ipſe voluit, & ideo valdè dubia eſt.

3. p. q. 2. ar. 1. membro 13. & Sc. in 3. ſent. d. 7. q. 3. dubio 1 & diſt. 32.

A l e x a n d e r Alenſis, & Scotus, tenent quòd Verbum incarnatum fuiſſet, ſi homo non peccaſſet.

H a e c opinio confirmatur rationibus: & primo probo, vt probat etiam Alexander Alenſis, qui introducit S. Bernardum exponentem primum cap. Ionæ Prophetæ ſuper illa verba, videlicet: Propter me orta eſt hæc tēpeſtas, in illa expoſitione dicit, quòd præuidit vnionē naturæ humanæ in vnitate diuini ſuppoſiti, ante lapſum naturæ humanæ, tunc arguit ſic Alexander: Prꝯuidit ante lapſum incarnationem: ergo non eſt impoſſibilis, immo conueniens incarnatio ante lapſum: ergo circumſcripto peccato, inſinuatur conuenientia incarnationis.

Opinio Alexādri Alenſis.

S e c v n d o arguit Franciſcus de Mayr. in tertio Sententiarum diſt. 17. quæſt. 4. Maximum bonum quod eſt in vniuerſo, non eſt bonum occaſionatum, ſed eſt bonum per ſe, & ſimpliciter: ſed incarnatio verbi eſt maximum bonum: ergo &c.

I t e m ſecundo: Si Xp̄s non fuiſſet incarnatus, niſi propter peccatum Adæ, tunc innocentia fuiſſet detrimentum tanti boni, ſed hoc eſt abſurdum: quia ſtatus innocentiæ fuit maxime deſiderabilis, & perfectus. Deinde probat quòd Verbum incarnatum non fuiſſet, ſi homo non peccaſſet.

O m n i s ordinata voluntas, etiam ſi velit omnia ordinata ad finem, tamen magis vult quæ ſunt propinquiora fini, quàm remotiora a fine: hæc maior patet declaratione.

P r o vita noſtra ordinatur cibus, dieta, ſanitas, medicina: ſanitas tamen eſt immediatior vitæ, ideo magis quæritur ſanitas, quàm cetera alia, quoniam propinquior vitæ minor habet tres partes, ſed diuina voluntas eſt ordinatiſſima incarnatio verbi, eiuſq. paſſio ad finem ordinantur, &

tur, & incarnatio eſt immediatior, & propinquior fini, & paſſio remotior: ergo incarnatio eſt magis volita, ergo etiam ſi homo non peccaſſet, incarnatum fuiſſet verbum.

CONSIDEREMVS tres partes huius minoris propoſitionis: prima eſt, quòd diuina voluntas ſit ordinata, hoc patet: quia non eſt obliquabilis, nec ratione obiecti, nec ratione actus: quia ſunt recti, & ordinati.

SECVNDA pars patet, quòd ſcilicet incarnatio, & paſſio ordinantur ad finem hominis: quia paſſio ordinatur ad redemptionẽ hominis, & ad ſalutem naturæ humanæ, incarnatio vero ordinatur ad dignitatem naturæ humanæ: vnde dicit gloſſa ſuper illud Pauli ad Hebræos: Nuſquam Angelos, ſed ſemen Abrahæ apprehendit, dicit gloſſa, non naturę Angelicæ, ſed humanæ hæc dignitas data eſt, vt ei ſit vnita perſona. *Heb.cap.2.*

TERTIA pars, quòd incarnatio ſit propinquior fini, & immediatior, probatur:

QVONIAM per incarnationem natura humana vnita eſt vltimo fini, qui eſt Deus: immo incarnatio eſt immediatior fini, quàm paſſio.

VLTIMO arguitur ſic:

PRIVS fuit præuiſa incarnatio Chriſti, quàm lapſus, & peccatum hominis, ergo fuit præuiſa prius incarnatio, quàm paſſio: ergo prius volita: ergo ſi homo non peccaſſet, incarnatio fuiſſet.

PRO intelligentia iſtius notandum eſt.

QVOD in Deo eſt iſte ordo: nam Deus primo intelligit ſe ſub ratione ſummi boni. *In Deo quo ſit iſte ordo.*

SECVNDO Deus intelligit omnes creaturas, & præſertim rationales, ſub actu neutro, nec vt damnatæ, nec vt ſaluatæ, vt intellexit Pharaonem.

IN tertio ſigno Deus aliquas rationales creaturas prædeſtinat, circa aliquas vero Deus habet actum negatiuum, ideſt non prædeſtinat, quare? quia non placet.

IN quarto ſigno Deus præuidit ab æterno, omnes homines in Adam caſuros, ideſt præuidit peccatum.

IN quinto ſigno Deus ab æterno præuidit peccatum, & præuidit de remedio huius peccati.

NOTANDVM: Filius Dei incarnatus præuiſus eſt in tertio ſigno, in quarto ſigno præuiſum eſt peccatum, in quinto ſigno præuiſa eſt paſſio, & redemptoria, atque ſaluatoria: ergo prius præuiſa fuit incarnatio, quàm paſsio: quia incarnatio in tertio ſigno, & paſſio in quinto ſigno: ergo ſi peccatum, pro quo fuit paſſio, non eſſet, adhuc incarnatum fuiſſet verbum.

SANCTVS Thomas dicit quòd hæc prima opinio eſt commendabilis, tamen declinat ad oppoſitam partem, quòd ſcilicet ſi peccatum non fuiſſet, Deus non fuiſſet incarnatus. *S. Thomas 3.p.q.1.ar.3. & in 3. li. primi ſui ſcripti d.1.*

PRO hac opinione ſunt duo motiua.

PRIMVM eſt: Ea quæ dependent a ſola diuina voluntate, non poſſunt nobis innoteſcere niſi per ſacram Scripturam, in qua nobis innoteſcit diuina voluntas, hoc eſt clarum.

SED omnes ſacræ Scripturæ dicunt, quòd peccatum fuit ratio præcipua

pua incarnationis filij Dei : ergo ſi non fuiſſet peccatum, filius Dei non fuiſſet incarnatus : minor probatur per multas auctoritates ſacræ Scripturæ.

Luca 19. Et primo ſic: Filius hominis venit ſaluare quod perierat. S. Auguſtinus introducit hunc locum, & dicit quòd ratio præcipua incarnationis fuit peccatum, & Paulus ad Timotheum: Chriſtus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere, non dicit homines ſimpliciter, ſed peccatores ſaluos facere: Peccatum fuit cauſa incarnationis: ergo &c. *Tim. 1.*

Serm. 9. de Verb. Apoſ. in princip. Vnde Auguſtinus: Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla eſt medicinæ cauſa.

to. 10. Ioan. 11. A. Secundo Auguſtinus exponens illa verba Ioannis: Ecce quem amas infirmatur, inquit, ſi Deus peccatores non amaret, de cælo ad terram non deſcendiſſet: ergo &c.

Tertio arguitur ſic: Si verbum incarnatum fuiſſet, etiam ſi homo non peccaſſet, ò Alexander, aut fuiſſet incarnatum ob dignitatem naturæ, aut non: ſi ſic potius debebat ſumere naturam Angelicam, quia eſt præſtantior natura humana: ergo propter neceſſitatem naturæ humanæ: ergo ſi peccatum non fuiſſet, Deus non fuiſſet incarnatus: probo quia neceſſitas naturæ prouenit a peccato. Iſta eſt ratio firmiſſima. Pro hac opinione ſunt aliæ auctoritates in ſacra Scriptura, quas omitto.

Sed quid dicendum de his duabus opinionibus, dicimus quòd ambæ opiniones ſuſtineri poſſunt: Et duo ſunt modi ſoluendi, duoq. fundamenta.

Primus modus eſt iſte, & eſt ipſius Franciſci de Mayr. in 3. Sent. diſtin. 17. quæſt. 4.

Vnus & idem effectus poteſt habere plures cauſas finales totales immediatas non ſubordinatas, exemplo naturali oſtendit ipſe Franciſcus, vt natura dat linguam ad duos fines totales, qui ſunt ad guſtandum, & loquendum, qui fines ſunt immediati, & non ſubordinati, quia vnus poteſt ſtare ſine altero: quòd ſi aliquis non vteretur lingua ad loquendum, non minus eſſet vſus eius ad guſtum, ſicut ad finem ſibi debitum: modo incarnatio eſt glorioſiſſimus & gratiſſimus effectus diuinæ voluntatis, & habet duos fines immediatos, totales non ſubordinatos. *Exemplum pulchrum naturale.*

Primus eſt ad redimendum, ſecundus ad glorificandum: ſi ergo homo non peccaſſet, verbum adhuc incarnatum fuiſſet, ſed non vt reparator veniſſet, ſed vt glorificator, & ſic pro ſecundo fine, non pro primo.

Secundus modus dicendi eſt.

Quid ſit incarnatio. Quod incarnatio eſt naturæ humanæ, & carnis aſſumptio, modo naturæ humanæ, & caro poteſt conſiderari dupliciter.

Primo vt eſt corruptibilis, mortaliſq.

Secundo poteſt conſiderari in ſua ſubſtantia, vt eſt beatificabilis: conſiderando naturam humanam paſſibilem, atque mortalem: tunc dico, quòd ſi homo non peccaſſet, verbum Dei incarnatum non fuiſſet, id eſt, non carnem mortalem aſſumpſiſſet, & ſic viget ſecunda opinio.

Et ſic ſoluuntur rationes, ſi vero conſideretur caro, & natura humana, vt eſt capax beatitudinis, dico quòd verbum incarnatum fuiſſet, videlicet ad glorificandum, & ſic prima intelligitur opinio.

AN IN XP̄O SINT plura eſſe.

IN Xp̄o ſunt plura eſſe, vt Scotus aſſerit, & ponit duas concluſiones, vt clarius videatur. *Scot. in 3. ſent. diſtin. 6. q. 1.*

Prima eſt, quòd in Chriſto eſt vnum eſſe ſubſiſtentiæ.

Secundum, quòd in Chriſto ſunt plura eſſe exiſtentiæ.

Primam ſic probat: Vna perſona dicit vnum eſſe ſubſiſtentiæ, ſed Chriſtus eſt vna perſona: ergo &c.

Secundam probat ſic: In Chriſto ſunt plures generationes, ſed eſſe, eſt terminus formalis generationis, ergo multiplex eſſe: in Chriſto eſt duplex generatio, ergo duplex eſſe. *5. Phyſic. contex. 7.*

Etiam viuere viuentibus eſt eſſe dicit Ariſtot. ſed in Chriſto eſt duplex vita, ſcilicet diuina & humana, ergo duplex eſſe. *2. de anima contex. 37.*

Sanctus Thomas oppoſitum tenet, quòd in Chriſto eſt vnum eſſe, & nulla exiſtentia ſubſtantialis ſit, niſi diuina: tamen in quæſtionibus diſputatis de vnione verbi incarnati S. Thomas clare dicit, in Chriſto inueniri duo eſſe, vnum æternum quod eſt eſſe principale ſuppoſiti, & vnum temporale in quantum verbum factum eſt homo, & hoc eſſe, eſt eſſe ſecundarium illius ſuppoſiti. Reuerendiſſimus Caietanus dicit quòd opinio ipſius S. Thomæ poſita in quæſtione illa, de vnione verbi, vt retractata cenſenda eſt: nam conſtat quæſtionem illam de tanta re, hoc eſt de vnione verbi incarnati, imperfectiſſime tractatam fuiſſe. Hæc dicta ſint ad Dei gloriam, & honorem patris noſtri Franciſci, ac S. Antonij. *S. Tho. 3. p. q. 17. art. 2.* *3. par. q. 17. artic. 2.*

FINIS.

INDEX
EORVM QVAE SCITV DIGNA IN HOC OPERE CONTINENTVR.

LITTERA A.

A, vel ab dicit habitudinem cauſæ materialis, vel formalis. 41
Abſolute capitur tribus modis. 44
Abſoluendi, & conſecrandi poteſtas, an ſit vna. 37
Abſoluti variæ acceptiones. 45
Abſoluti quotuplex acceptio. 46
Abſolutum poteſt manere abſque reſpectiuo. 44
Abſolutum & reſpectiuum non faciunt per ſe vnum. 45
Abſolutum, & reſpectiuum an faciant per ſe vnum. 47
Abſolutum poteſt eſſe ſine poſteriori. 44
Abſolutum an includat reſpectiuum. 46
Abſolutum in diuinis eſt commune tribus. 47
Abſtracta ſunt nobiliora, & priora non abſtractis. 53
Abſtracta pure, & pure concreta quæ ſint 54
Abſtracti de abſtracto, eſt identica prædicatio. 54
Abſtractionis tres ſunt gradus. 50
Abſtractionis gradus quot ſint. 50
Abſtractio quæ ſit. 49
Abſtractio fit duobus modis. 49
Abſtractio duplex præciſiua, & diuiſiua. 48
Abſtractio non eſt facienda a prædicatis ſuperioribus. 51
Abſtractio vna eſt in ſubſtantijs. 51
Abſtractio vna ſola in ſeparatis. 52
Abſtractio perfectionis non arguit imperfectionem. 52
Abſtractio a quibus debeat fieri. 53
Abſtractio intentionis ab intentione. 56
Abſtractio relatio, eſt maior alijs. 50
Abſtractio non poteſt fieri ab vltimis conſtitutiuis. 53
Abſtractio animæ a corpore fit tribus modis. 95
Abſtractio eſt duplex. 48
Abſtractio in Chriſto fit duobus modis. 48
Abſtractio multiplex. 48
Abſtractio intentionis a re. 56
Abſtractio fit per nomina prima, & ſecunda intentionis. 49
Abſtractio a contradictorijs quot modis fiat 52
Abſtractio idem eſt quòd conſideratio. 5
Abſtractio triplex in reſpectiuis. 51
Abſtractio in quibus reperiatur. 50
Abſtractum vltimate quid. 51
Abſtractum & concretum diſtinguuntur ex natura rei. 54
Abſtractum non conſtituitur. 55
Abſtractum a motu, & a materia quid. 55
Abſtractum ſumitur pro fundamento. 54
Abſtractum prædicatur de altero. 104
Abſtractũ de abſtracto prædicari debet. 67
Abſtractum non conſtituitur. 116
Accidentia inſeparabilia quomodo ſe habeant. 59

Index

Accidentia animæque ſint. 186
Accidere quot modis accipiatur. 60
Accidentis variæ deſcriptiones. 56
Accidentis conſideratio. 52
Accidens accipitur pro prima & ſecunda intentione. 57
Accidens an ſit in Deo. 52
Accidens quid ſit. 56
Accidentium eſt duplex abſtractio. 51
Accipere eſſe, contingit dupliciter. 149
Actione noua Deus non agit. 61
Actiones an ſint ſuppoſitorum. 60
Actionis immanentis diuiſio. 61
Actionis tranſeuntis diffinitio. 61
Actionis immanentis diffinitio. 61
Actionis diuiſio. 51
Actio animæ quæ ſit. 60
Actio an ſit formaliter in ſuo termino. 60
Actio quomodo diffiniatur. 60
Actionum intellectus tria ſunt genera. 63
Actualius quid ſit. 65
Actuari quomodo non poſſit aliquid. 62
Actus bonus, & malus cauſatur ab obiecto. 33
Actus cognoſcendi cauſatur a potentia intellectiua. 100
Actus a quo progrediatur. 62
Actus primus in quibus reperiatur. 62
Actus & potentia diuiuntur actus primi. 62
Actus ſecundus quid ſit. 62
Actus animæ, qui ſint. 65
Actus rectus & reflexus, an ſint duo actus. 57
Actus notionalis non eſt elicitus. 181
Actus ſpirandi conſideratio. 57
Actus formalis, & virtualis diſtinctio. 61
Actus ſumitur quattuor modis. 61
Actus imperatus quid. 63
Actus elicitus quid. 63
Actus adæquatus quid. 63
Actus duplex cuiuſlibet potentiæ. 63
Actus exterior indifferens, an detur. 63
Actus neuter an detur. 64
Actus omnis infidelium, an ſit peccatum. 64
Actus fruitionis, an ſit liber. 64
Adam in ſtatu innocentiæ, an potuerit peccare venialiter. 24
Adam in ſtatu innocentiæ quomodo potuerit peccare venialiter. 24
Adæ corpus in ſtatu innocentiæ, an fuiſſet immortale. 24
Ad, quot modis ſumatur. 68
Adæquatio quid requirat. 69
Adiacens quot modis ſumatur. 69
Ad ſe, quot modis ſumatur. 69
Aedificator ædificat ædificio, an ſit bona propoſitio. 13
Aequalitas eſt paſſio prædicamentalis. 162
Aequalitas quomodo ſit in Deo. 162
Aequalitas quomodo ſit inter perſonas diuinas. 161
Aequalitas attributorum pertractatur a Scoto. 68
Aequalitas quadruplex. 161
Aequalitas quomodo habeatur. 161
Aequalitas quomodo diffiniatur. 161
Aequalitates tot ſunt, quot ſunt infinitates. 161
Aequale, vel inæquale quid. 160
Aequale ad pondus, an detur. 160
Aequiuoca & vniuoca cauſa quid. 91. 119
Aequiuoca cauſa quæ ſit. 159
Aequiuocationis terminus formalis. 160
Aequiuocum a caſu quid. 159
Aequiuocorum regula. 160
Aeternitas quid. 163
Aeternitas eſt modus intrinſecus. 163
Aeternitas quomodo differat ab infinitate. 163
Aeternum multas habet acceptiones. 163
Aeternum quid. 162
Aeuiternorum omnium, an ſit vnum æuiternum. 16
Affirmationis, et negationis cõuenientia. 70
Affirmatio, & negatio dicitur de quolibet, quomodo intelligatur. 53
Affirmatio complexa quibus opponatur. 70
Agere in virtute ſubſtantiæ quomodo. 36
Agens quomodo oporteat eſſe præſens localiter. 70
Agens eſt nobilius patiente. 70
Agens eſt præſtantius ſuo effectu. 70
Agens quot modis ſumatur. 70
Agens aliquod, an agat noua actione. 61
Agens omne, an ſit nobilius paſſo. 71
Agens corporale vnde producatur. 71

Agens

Index

Agens ſpirituale quid ſit. 71
Albedo lactis poteſt conſiderari ſine dulcedine. 49
Aliqua ſunt quo, & quod. 239
Aliquid eſſe ſenſibile, et intelligibile poteſt intelligi dupliciter. 98
Aliquid eſſe in Deo de nouo ſumitur dupliciter. 12
Aliquid agere per aliud quadrupliciter intelligitur. 245
Aliquid fieri ex nihilo contingit tripliciter. 220
Aliquid conſtitui in eſſe perſonæ ſumitur dupliciter. 11
Alteratio quid ſit. 71
Alteratio ſit multis modis. 72
Alteratio animæ quæ ſit. 72
Amores duo fecerunt duas ciuitates. 78
Amor quot modis ſumatur. 77
Amor ſpiratus quid. 78
Amor amicitiæ quid. 78
Amoris actus primus. 78
Analogum quid. 77
Anima Chriſti, an cognoſcat res in genere proprio. 30
Anima quid dicat. 73
Anima quomodo ſit mutabilis non localiter. 74
Anima habet initium, & finem nullum. 74
Anima eſt colligata corpori. 74
Anima quare ſic dicatur. 73
Anima & ſpiritus an ſint idem in homine. 73
Anima Pauli in illo raptu an fuerit ſeparata a corpore. 195
Anima Chriſti an potuerit videre omnia, quæ videt Verbum. 29
Anima Chriſti an cognoſcat in genere proprio, per ſpecies infuſas. 30
Anima Chriſti cognoſcit res in genere proprio per ſpecies acquiſitas, ſed non neceſſario. 30
Anima quomodo triſtetur, & alteretur. 72
Anima immediate quietatur in Deo. 4
Anima quomodo ſit ſpiritus. 73
Anima intelligit cum diſcurſu. 16
Animæ potentiæ quomodo ſint liberæ. 205
Animæ diffinitio Theologica. 72
Animæ diffinitio Philoſophica. 72
Animæ potentiæ, an identificentur cum anima. 24
Animæ diuiſio. 73
Animarum diuerſitas, & cauſa 74
Animatum quomodo dicat perfectionem. 198
Angeli in Verbo Dei, an cognoſcant omnia. 74
Angeli an habeant corpora. 75
Angeli plures, an poſſint eſſe ſub eadem ſpecie. 19
Angeli an ſint compoſiti. 76
Angeli an moueantur ab vno extremo in aliud ſine medio. 18
Angeli quomodo moueãtur ab extremo in extremum non tranſeundo per media. 18
Angeli an potuerint peccare in primo inſtanti ſuæ creationis. 21
Angeli an habeant ſpecies, per quas omnia cognoſcunt. 20
Angeli quomodo poſſint eſſe in pluribus locis. 17
Angeli an habeant ſpecies rerum vniuerſalium. 20
Angeli peccatum fuit ſuperbia, & luxuria. 22
Angeli peccatũ, an potuerit eſſe aliud quàm ſuperbia. 22
Angeli an ſint creati in gratia. 21
Angeli an ſint in loco per operationem, vel ſecundum ſuam eſſentiam & diffinitiue. 16
Angeli quomodo ſint in loco, pulchre explicatur. 17
Angeli an ſint in pluribus locis inueſtigatur. 17
Angeli an moueantur in inſtanti. 18
Angeli an poſſint reſilire a peccato. 22
Angeli plures, an ſimul poſſint eſſe in eodem loco. 17
Angeli motus, an meſuretur tempore diſcreto. 18
Angelus quomodo ſit indiuiduum. 77
Angelus quid. 76
Angelus & anima dicũtur incorporales. 76
Angelus non eſt redemptus, quia propria voluntate cecidit. 31

Angelus an intelligat alia a ſe per ſpecies concreatas. 19
Angelus malus an potuerit appetere æqualitatem Dei. 22
Angelus non continetur in loco corporaliter. 74
Angelus non eſt redemptus, quia non tota natura cecidit in vno Angelo. 31
Angelus intelligit ſine diſcurſu. 16
Angelis quattuor attribuuntur. 76
Angelos plures eſſe in eodem loco ſimul, quomodo. 17
Angelos peccare quomodo. 21
Angelos creari in gratia quomodo. 21
Angelorum miniſteria quæ ſint. 77
Angelorum nomen quid. 75
Angelorum natura cur mutabilis. 75
Angelorum compoſitio quæ. 112
Angelorum cognitio duplex. 20
Angelorum motus duplex. 18
Angelorum triplex hierarchia. 76
Angelorum pluralitas ſub eadem ſpecie ponitur a Scoto Theologice. 19
Angelorum pluralitatem negat S. Thomas Philoſophice. 19
Angelorum materia nullam habet quantitatem. 75
Appetere æqualitatem Dei contingit dupliciter. 22
Appetitus quadruplex. 80
Appetitus quot modis ſumatur. 79
Appetitus multiplex diuiſio. 79
Appetitus quotuplex. 79
Appietas dicitur ab Appio. 145
Apprehenſio quotuplex. 78
Apprehendere quid ſit. 78
Aptitudo quid ſit. 80
Aſcendere quid ſit. 81
Attributa quomodo ſint in Deo. 66
Attributa diuina ſunt ĩ Deo formaliter. 66
Attributa ſunt idem cum eſſentia. 67
Attributa diſtinguuntur ex natura rei. 68
Attributa diuina an differant ratione. 9
Attributa ſunt in Deo realiter, non ſecundum rationem. 9
Attributa ſunt idem inter ſe. 76
Attributa quot modis ſumantur. 65
Attributi diffinitio. 66
Attributum dicitur perfectio reperta in creaturis. 66
Attributum quod requirat. 66
Attributum cur ſic dicatur. 65
Augere quot modis ſumatur. 81
Augmentatio quomodo fiat. 81
Augmentatio per partes, & diminutio duplex. 119
Aureola quid ſit. 81

LITTERA B.

Baptiſmus an ſit reiterabilis. 34
Baptiſmi irreiterabilitas, an ſit inſtitutio diuina. 35
Barbæ fricatio eſt actus indifferens. 64
Beatus eſt qui habet quidquid vult. 82
Beatus dicitur bene agere. 82
Beatus an teneatur ſemper habere actum beatificum. 81
Beati cognoſcunt res in Verbo. 82
Beati omnes eſſe volumus. 82
Beati in patria, an diligant perſonas diuinas neceſſaria dilectione. 83
Beatitudo non conſiſtit in aliquo nolle. 84
Beatitudo non poteſt eſſe in actu reflexo. 84
Beatitudo an magis conſiſtat in actibus intellectus, quàm voluntatis. 84
Beatitudo ſecundum Scotum conſiſtit in actibus voluntatis. 84
Beatitudo an ſit propter ſe diligenda. 84
Beatitudo duplex. 84
Beatitudo hominis eſt finis ipſius. 85
Beatitudo formalis duplex. 85
Beatitudo an erit perpetua. 85
Beatitudo eſt bonum ſufficiens. 85
Beatitudo non poteſt eſſe cũ mortalitate. 83
Beatitudo cõſiſtit in actu, et nõ in habitu. 83
Beatitudo duplex. 38
Beatitudo an requirat ad eſſentiam ſui, delectationem, & gaudium. 38
Beatitudo in patria, & in via an ſint eiuſdem ſpeciei. 82
Beatitudo an ſit mere effectus ſupernaturalis. 39
Beatitudo quomodo ſit naturalis. 39
Beatitudo an conſiſtat in operatione intellectus. 38

Beati-

Beatitudo quomodo conſiſtat in intellectu, & voluntate. 38
Bona corporis ſunt diligenda in ordine ad bona animæ. 85
Bona fortunæ, quæ dicantur. 85
Bona tria habemus. 85
Bonitas quadruplex. 85
Bonitas vniuerſi conſiſtit in ordine. 85
Boni deſcriptio, & ipſius commendatio. 79
Boni diuiſio. 82
Bonum laudabile quid. 82
Bonum honorabile quid. 83
Bonum quot modis ſumatur. 86

LITTERA C.

Calefactio an maneat in calefaciente, vel calefacto. 60
Cauſalitas duplex. 88
Cauſa formalis quid. 93
Cauſa efficiens accipitur multipliciter. 93
Cauſa per accidens quotuplex. 93
Cauſa intrinſeca quid. 92
Cauſa extrinſeca quid. 92
Cauſa an ſit in diuinis. 87
Cauſa ſumitur duobus modis. 87
Cauſa continet effectum poteſtatiue. 247
Cauſa excluſiua quid. 163
Cauſa quanto illimitatior, tanto perfectior. 88
Cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati, quomodo intelligatur. 88
Cauſa irreiterabilitatis baptiſmi, quæ ſit. 35
Cauſa per ſe quid ſit. 93
Cauſa ſiue principium rei naturalis duplex 92
Cauſa duplex. 168
Cauſare intrinſece dicit imperfectionem. 87
Caſus eſt inopinata rei euentus. 91
Caſus quid. 91
Calor ſolis quomodo ſit principium agens. 183
Cœlum tertium ad quod fuit raptus Paulus quid. 94
Character an ſit res abſoluta, vel reſpectiua. 35
Character an ſit in eſſentia animæ. 35
Character quomodo ſit in intellectu, vel voluntate. 35
Charitas an poſſit minui. 90
Charitas acquiſita non poteſt deleri. 91
Charitas eſt forma omnium virtutum. 91
Charitas quomodo ſit augmentabilis. 90
Charitas non augetur ſecundum eſſentiam. 90
Charitas augetur ſecundum Scotum. 87
Charitas diminuitur per peccatum veniale. 87
Charitas duplex. 87
Charitas dicitur vita ſpiritualis. 87
Charitas creata an ſit neceſſarium ponere. 86
Charitas, & lumẽ gloriæ vbi habeatur. 188
Charitatis augmentum quomodo fiat. 91
Charitatis augmentum an fiat per gradus. 90
Charitatis diuiſio. 87
Charitatis, & gratiæ diſtinctio. 184
Chimera quid. 219
Chriſti meritum fuiſſe infinitum poteſt capi dupliciter. 31
Chriſti meritum an fuerit infinitum. 31
Chriſti corpus an fuerit conueniens putrefieri. 31
Chriſtum fuiſſe hominem in triduo quomodo. 32
Chriſtum dici creaturam quomodo intelligatur. 29
Chriſtus an eſſet dicendus creatura. 28
Chriſtus an ſit plures homines. 27
Chriſtus in triduo an fuerit homo. 32
Cognoſcere diſtincte quid ſit. 99
Cognoſcere confuſe quid ſit. 99
Cognitio confuſa quid. 97
Cognitio perfecta quæ ſit. 97
Cognitio qua cognoſcitur obiectum, quæ ſit. 98
Cognitio noſtra ortum habet a ſenſu. 98
Cognitio quadrupliciter cauſatur. 96
Cognitio quotuplex. 96
Cognitio duplex. 7
Cognitio matutina quæ ſit. 98
Cognitio veſpertina quæ ſit. 98
Cognitio ſingularis an poſſit haberi in via. 98

Co-

Cognitio duplex in Angelis. 20
Cognitio quod eſt, & ſi eſt ordinate ſe habent. 101
Cognitio ſingularium duplex. 21
Cognitionis diſtinctio. 97
Color quid. 96
Comparatio cognitionis poteſt fieri duobus modis. 101
Compoſſibilitas quid. 112
Compoſitio eſt duorũ adinuicem poſitio. 110
Compoſitio pro quo accipiatur. 111
Compoſitio dicitur duobus modis. 111
Compoſitio multiplex. 89
Compoſitio an ſit in Deo. 89
Compoſitio, vnio, & conſtitutio habent ordinem. 89
Compoſitio quorum ſit. 110
Compoſitio Angelorum quæ. 112
Compoſitionem creaturæ ex actu, & potentia non negat Scotus. 8
Compoſitum phyſicale quid. 111
Communicabilitas quid. 102
Communicabilitas, & ſingularitas ad naturam quomodo ſe habeant. 102
Communicatio, & generatio quomodo ſint relationes. 149
Communicatio quid. 101
Communicationum diuiſio. 102
Commune quomodo contrahatur. 103
Communia ſunt priora proprijs. 103
Comprehendere quid ſit. 79
Conceptus alius prædicatur in quid, & alius in quale. 89
Conceptus vnus poteſt abſtrahi ab alio. 105
Conceptus quot modis dicatur. 103
Conceptus quidditatiuus duplex. 104
Conceptus, quos habemus de Deo ſunt in duplici differentia. 104
Conceptus quidditatiuus, an poſſit abſtrahi a primo diuerſis. 53
Conceptus indifferens poteſt abſtrahi ab abſtracta forma. 53
Conceptus, qui ſunt in anima, poſſunt habere vnum eſſe. 106
Cõceptus ſignificatus per nomẽ quid ſit. 106
Conceptus infinitus eſt nobiliſſimus. 106
Conceptus non eſt actus intelligendi. 107
Conceptus pro quo accipiatur. 107
Conceptus quidditatiuus eſt communis ad finitum, & infinitum. 107
Conceptus de aliqua re quot poſſint eſſe. 107
Conceptus ſimpliciter, quid. 108
Conceptus ſimpliciter ſimplex quid. 108
Conceptus confuſus quid. 108
Conceptus diſtinctus quid. 108
Conceptus quattuor. 109
Conceptus animalis an ſit indifferens. 109
Conceptus certus de vno, & dubius de altero. 109
Conceptum quidditatiuum, an habeamus de Deo. 135
Conciliatio de cauſa prædeſtinationis. 14
Concluſio eadem, & diuerſa ſcientia diuerſificantur per diuerſitatem mediorum. 2
Concluſio demonſtrationis quid. 109
Concretio quot modis dicatur. 110
Concretum & abſtractum quomodo diſtinguantur. 54
Conformitas per ſimilitudinem quid. 101
Conformitatum diuiſio. 101
Confuſe intelligere quid. 100
Confuſum quid ſit. 99
Conſecrandi, & abſoluendi poteſtas, an ſit vna. 37
Conſeruatio quid. 117
Conſequentia triplex. 117
Conſequentia logicalis, & naturalis quid. 117
Connotare quid. 110
Continere virtualiter eſt continere per cauſam. 119
Continere poteſtatiue quid. 119
Continere virtualiter quid. 118
Continentia formalis quid. 118
Continuitas triplex reperitur. 120
Continuum quid. 119
Contradictio quid. 120
Contradictio in propoſitionibus quid. 120
Contradictio modificata non tenet. 207
Contradictio quot conditiones debeat habere. 120
Contrahere quid. 117
Contrahibilitas quid. 117
Contraria mediata quæ ſint. 121
Contraria circa idem quomodo habeant fieri. 121

Contraria. immediata quæ ſint. 121
Contraria oppoſita quæ ſint. 121
Contraria quot modis ſint. 121
Contrarietas facit differre ſpecie. 120
Contrarietatis diſtinctio. 122
Contrarietatis diffinitio. 121. 122
Conſtituta dicuntur multis modis. 116
Conſtitutum quid. 116
Conſtituere quid. 116
Conſtitutio quid. 115
Conſtitutio eſt vnio terminorum. 116
Conſtitutio duplex. 89
Conuenientia dicitur multis modis. 123
Conuenientia realis quid. 122
Conuenientia quid ſit. 122
Conuertibilitas quorum ſit. 124
Conuerſio quid. 124
Conuertentia quorum ſit. 124
Correlatiua ſunt ſimul natura. 115
Corrutpibilitas triplex. 114
Corruptibile aliquid dicitur duobus modis. 114
Corruptibile, & incorruptibile quomodo differant. 115
Corruptibile, & incorruptibile differunt pluſquam genere. 115
Corruptio quid. 112
Corruptio alicuius ſit duobus modis. 113
Corruptio triplex. 114
Corruptionis diuiſio. 113
Corrumpi ſecundum quid, quid ſit. 114
Corrumpi ſimpliciter quid. 114
Corpus Chriſti fuiſſe poſſibile putrefieri dupliciter. 32
Corpus eſſe immortale poteſt intelligi duobus modis. 24
Corpus Chriſti, an ſit de nouo ſub ſpeciebus panis. 36
Corpus Chriſti quomodo ſit præſens ſub ſpeciebus panis. 36
Corpus idem, an poſſit eſſe in diuerſis locis. 36
Corpus quomodo poſſit eſſe in diuerſis locis. 36
Corpus Chriſti, an fuerit conueniens incinerari. 31
Corpus Adæ, an fuiſſet immortale in ſtatu innocentiæ. 24
Creare an ſit ſolius Dei. 34
Creare eſt effectus Dei. 34
Creatio quid. 124
Creatio & conſeruatio, an diſtinguantur in creatura. 125
Creatio perfecta quid. 15
Creatio impropria quid. 15
Creatura quid. 124
Creatura an componatur ex actu, & potentia. 8

LITTERA D.

De, quot modis accipiatur. 220. & 226
Delectatio, & gaudium quomodo ſint de eſſentia beatitudinis. 39
Demonſtratio quot modis dicatur. 127
Demonſtratio quid ſit. 127
Demonſtrationis duplex diffinitio. 127
Denominatio dicitur duobus modis. 128
Dependentia quid. 128
Dependentia dicit præexiſtere. 129
Dependentiæ dantur tres diffinitiones. 128. & 129
Deſcendere quid. 129
Deſiderium ſumitur duobus modis. 129
Deitas, & diuinitas non diſtinguuntur. 136
Dei deſcriptio. 130
Dei intellectus, an intelligat infinita. 203
Dei habitatio vbi ſit. 131
Deū eſſe vbique quomodo intelligatur. 132
Deus an ſit cognoſcibilis a creatura. 98
Deus an poſſit acceptare aliquem ſine gratia. 185
Deus quomodo ſit finis naturalis, & ſupernaturalis. 2
Deus non eſt capax accidentis. 59
Deus quomodo intelligat ſe, & alia a ſe. 253
Deus an ſit Theologiæ ſubiectum. 249
Deus an ſit æqualiter in omnibus creaturis. 132
Deus an ſit formaliter de nouo Dominus. 132
Deus eſt vbique tribus modis. 133
Deus an cōcurrat ad omnem effectum. 133

Deus an concurrat ad omnes actus elicitos. 133
Deus an poſſit ſupplere cauſalitates cauſarum. 133
Deus non poteſt informare. 134
Deus abſque cauſalitate potuit generare filium Adæ. 134
Deus eſt trinus, & vnus, quomodo intelligatur. 3
Deus quomodo ſit efficiens, finis & forma. 83
Deus an ſit diuerſus a creatura. 135
Deus eſt eminenter omnis creatura. 135
Deus quomodo poſſit aliquid de nouo creare. 125
Deus non quietat inquantum principium effectiuum, ſed inquantum obiectum perfectiſſimum. 4
Deus eſt finis ſupernaturalis. 1
Deus eſt finis naturalis. 1
Deus an cognoſcatur primo affirmatiue. 6
Deus eſt ens illimitatum. 9
Deus an ſit in genere. 9
Deus eſt, an ſit per ſe notum. 6
Deus an ſit in genere. 129
Deus an ſit immutabilis. 214
Deus ſolus ſecundum idem vbique operatur. 74
Deus an agat actione noua. 61
Deus eminenter continet creaturas. 202
Deus quomodo intelligat ſe ſecundũ Auerroem. 202
Deus an ſit demonſtrabilis. 127
Deus quomodo ſit demonſtrabilis. 127
Deus dicitur a Thein, Ethein, & Theaſte. 130
Deus an ſit idem cum ſuo intelligere. 131
Deus diligit creaturam amore effectus, & non affectus. 131
Deus an poſſit recipere accidentia. 131
Deus an diſcurrat in intelligendo. 131
Deus generat Deum, quomodo intelligatur. 131
Dicere & intelligere quid ſint. 137
Dicere non eſt agere. 137
Dicere non eſt niſi natura intellectualis. 126
Dicere quot modis dicatur. 126
Dicere contingit quadrupliciter. 126
Dicere quid. 136
Dicere eſt actus viuentis intellectualiter. 136
Dicere quot modis dicatur. 136
Dicere verbum, & dicere verbo quomodo, & de quibus verificetur in diuinis. 136
Dicere præcedit intelligere. 137
Dicendi primus modus per ſe non eſt in diuinis. 135
Dicta quattuor valde notanda. 42
Dictio quid ſit. 126
Differentia inter negationem infinitantem, & priuantem, quæ. 219
Differentia cur non ſit modus intrinſecus. 213
Differentia & primo diuerſa quomodo differant. 141
Differentia quid. 140
Differentia eſſentialis quid. 140
Differentia actualis quid. 140
Differentia modalis quid. 140
Differentiæ ſuperiores quæ ſint. 141
Differentia media quæ. 141
Differentia appropriata quæ. 142
Differentiæ modales quid. 118
Differentia prima quid. 141
Diffinitio quid ſit. 137 & 138
Diffinitio mentalis quomodo dicatur. 138
Diffinitio multiplex. 138, 140
Diffinitio per cauſam finalem, quæ ſit. 138
Diffinitio vera quinque requirit. 140
Diffinitio non differt a diffinito. 139
Diffinitio an formaliter differat a diffinito. 139
Diffinitio, & paſſio non ſunt idem. 139
Diffinitio entitatis. 140
Diffinitionum conſideratio eſt communis pluribus. 139
Dilectio appropriatur Spiritui ſancto. 142
Diligere aliquid conuenit quattuor modis. 142
Diſcordia de cauſa prædeſtinationis. 13
Diſcurſus tria requirit. 132
Diſcurſus quare non ſit in Deo. 143
Diſparata quæ ſint. 141
Diſtantia dicitur duobus modis. 146

Di-

Diſtinctiua ratio Angeli, & animæ eſt propria eſſentia. 16
Diſtinctiones quomodo inueſtigentur. 145
Diſtinctio prima non facit compoſitionem. 68
Diſtinctio realis quinque requirit. 68
Diſtinctio quid. 142. 143.
Diſtinctio realis, & formalis quomodo inueſtigentur. 145
Diſtinctio modalis multiplex, & quomodo inueſtigetur. 145
Diſtinctio eſſentialis in quibus reperiatur. 146
Diſtinctio quotuplex. 143
Diſtinctio rationis duplex. 143
Diſtinctio ex natura rei quid. 144. *& quomodo inueſtigetur.* 145
Diſtinctio formalis quid. 144
Diſtinctio realis quid. 144
Diſtinctio eſſentialis quid. 144
Diſtinctio ſe totis ſubiectiue quid. 144
Diſtinctio ſe totis obiectiue quid. 144
Diuiſio dicitur multipliciter. 146
Doctrina ſingularis de tranſitu inter contradictoria. 125
Dominium eſt relatio rationis. 12
Duo genera an ſint in Deo. 130
Duratio quid. 147
Duratio dicitur duobus modis. 147

LITTERA E.

ECcleſia quibus nominibus exprimat perſonas diuinas. 46
Effectus formalis ſubſiſtens quomodo ſit in diuinis. 13
Ego hodie genui te, explicatur. 179
Electio duplex. 49
Electio, & elenchus quid. 158
Elenchus, & electio quid. 158
Elicere quid. 158
Elicititio quid. 159
Elicitum, & elicitiuum non fuerunt apud ſanctos. 159
Elicitum quomodo ſit in Deo. 181
Emanatio quid. 159
Emanationes an diſtinguantur per relationes oppoſitas. 11
Emanationes quomodo diſtinguantur. 11
Emanationum diſtinctio duplex. 11
Ens quid ſit. 152
Ens non poteſt eſſe genus. 152
Ens dicitur vniuocum ad decem prædicamenta, & ad Deum. 152
Ens quomodo non ſit genus. 153
Ens an prædicetur æquiuoce de eſſentia Dei. 153
Ens quomodo diuidatur. 154
Ens per accidens dicitur duobus modis. 155
Ens diminutum quid. 155
Ens habet duplices paſſiones. 155
Ens eſt perfectio ſimpliciter. 155
Ens rationis dicitur tribus modis. 154
Ens prohibitum quid. 154
Ens an ſit perfectum. 204
Ens poteſt ſummi duobus modis. 34
Ens contrahitur quattuor modis. 117
Entis diuiſio per quantum, et non quantum eſt Theologica. 154
Entis conceptus. 155
Epiſcopatus non poteſt haberi ſine ſacerdotio. 49
Equinitas eſt tantum equinitas. 102
Eſſendi vnica eſt neceſſitas in diuinis. 177
Eſſentialia quomodo præcedant notionalia. 152
Eſſentialia abſoluta quæ ſint. 152
Eſſentialia de quibus dicantur. 152
Eſſentiale quibus conueniat. 151
Eſſentiale quid. 151
Eſſentia an generet. 148
Eſſentia eſt principium productiuum. 180
Eſſentia in diuinis quare non generet. 50
Eſſentia diuina eſt entitas realis. 44
Eſſentia ſine voluntate non eſt principium. 150
Eſſentia eſt terminus. 150
Eſſentia diuina eſt abſolutiſſima. 150
Eſſentia diuina an referatur ad Filium vt principium. 151
Eſſentia generat, & Deitas generat quomodo intelligatur. 151
Eſſentia vt Eſſentia, an ſit principium formale generationis Filij. 8
Eſſentia & perſona ſunt ſimpliciter ſimplices. 51

ſſentia intelligit,et beatificat,cōceditur. 51
ſſentia quid. 147
ſſentia an ſit totale principiū Verbi. 147
ſſentia diuina non eſt producta. 203
ſſentia diuina ſola dat eſſe. 11
ſſentia varia opiniones. 182
ſſentia diuina eſt nata quomodo intelligatur. 149
ſentia diuina quid. 142
ſſentia, exiſtentia, & ſubſiſtētia quid. 150
ſſe eſt duplex. 156
ſſe Phyſicum quid. 156
ſſe Metaphyſicum quid. 156
ſſe æternum, & temporale reperitur in Chriſto. 28
ſſe in genere ſumitur duobus modis. 9
ſſe ad aliud eſt duplex. 148
ſſe eſſentiæ quid. 157
ſſe eſſentiæ non eſt aliud a quidditate. 157
ſſe eſſentiæ eſt duplex. 157
ſſe naturale habet duplicem conſiderationem. 112
ucharistiæ accidentia an agant virtute formæ. 36
xcluſiua dictio quid. 164
xcluſiua cauſa quid. 164
xperientia quid. 165
xperimentum quid. 165
x nihilo an aliquid fiat. 219
uidentia quid. 163
xiſtentia quid. 157
xiſtentia an ſit de intrinſeca ratione Dei. 157
xiſtentia Dei eſt prior cauſalitate. 128
xiſtentia eſt primus effectus. 158
xiſtentia, eſſentia, & ſubſiſtētia quid. 150
xtrema dicuntur duobus modis. 164
xtremum contradictorium quomodo verificetur. 77

LITTERA F.

Actio quid. 165
Falſitas quid. 165
alſitas a quo cauſetur. 166
antaſma quid. 166
elicitas vbi ſit ponenda. 166

Femina dicitur principium paſſiuum; quia minus agit. 37
Fides vnica, vel plures in homine quomodo. 32
Fides conſideratur duobus modis. 32
Figmentum quid. 167
Filiatio vnica an ſit in Chriſto. 28
Filiationes plures eſſe in Chriſto dupliciter intelligitur. 28
Filij diſtinctio a Spiritu ſancto, eſt Spiratio actiua. 9
Filij proprietas non generatur. 167
Filius eſt æternaliter genitus de ſubſtantia Patris. 181
Filius quare non plurificetur. 168
Filius an ſit de ſubſtantia Patris. 167
Filius in diuinis an habeat eſſe. 41
Filius Dei an terminet dependentiam naturæ humanæ. 26
Filius cum habeat memoriam cur nō producat. 212
Filius ſolus eſt genitus. 181
Filius Dei an incarnatus fuiſſet ſi homo non peccaſſet. 252
Finis ſine efficiente non totaliter cauſat. 149
Finis quid. 167
Forma quid. 168
Forma ſupernaturaliter infuſa quæ. 169
Forma dicitur multis modis. 169
Forma ſumitur tribus modis. 169
Formæ conditiones. 169
Formalitas quid. 170
Formalitas duplex. 170
Formalitas eſt realitas. 171
Formalitas quomodo multiplicetur. 171
Formalitas, & realitas an ſint idem. 170
Formalitates plures an poſſint eſſe in eadem re. 170
Formalitatum poſitio. 171
Formaliter ineſſe aliquid alicui contingit tripliciter. 171
Formaliter eſſe idem, quomodo intelligatur. 172
Fortiſſima, & nobiliſſima ratio Scoti. 13
Fortuna bona quæ ſint. 85
Fruibile obiectum eſt ſolus Deus. 175
Fruibile obiectū habet tres conditiones. 176

Frui-

Fruibile obiectum habet rationem vltimi finis. 176
Fruibilitatis rationes, an plures ſint in Deo. 174
Frui eſſentia diuina ſine perſonis, an ſit poſſibile. 173
Frui vna perſona ordinate non fruẽdo alia, an poſſit viator. 173
Frui an poſſit voluntas non apprehenſo vltimo fine. 174
Frui eſſentia diuina, an ſit poſſibile. 175
Frui quid ſit. 172
Frui vna perſona non fruendo alia eſt poſſibile. 5
Frui homine, & frui homine in Deo ſunt diuerſa. 175
Fruitio dicitur duobus modis. 172
Fruitio in communi quid. 173
Fruitio, & delectatio an ſint idem. 173
Fruitio quomodo habeat Deum pro immediato obiecto. 174
Fruitio creata eſt finita. 176
Fricatio barbæ an ſit actus indifferens. 64
Fruitionis obiectum quale ſit. 172
Fruitionis actus an ſit formaliter idẽ. 174

LITTERA G.

Gaudium, & delectatio quomodo ſint de eſſentia beatitudinis. 39
Generatio eſt fundamentum omnis actualitatis. 182
Generatio & Paternitas in Patre, an ſint vna relatio. 182
Generatio vniuoca multiplex, et quid. 182
Generatio æquiuoca quid. 183
Generatio obiectiua in qbus reperiatur. 180
Generatio actiua in creaturis quid. 181
Generatio non eſt actus eſſentiæ. 182
Generatio vnius eſt corruptio alterius quomodo intelligatur. 180
Generatio vniuoca eſt in diuinis. 180
Generatio duplex. 178. 182
Generatio diuina, an ſit ſemper in fieri. 178
Generatio quid. 176
Generatio, & mutatio quomodo diſtinguantur. 176
Generatio an ſit vera in diuinis. 177
Generatio diuina an ſit æterna. 177
Genera non ſunt ſubſtantiæ. 184
Genus ſubalternum quid. 184
Genus remotum quid. 184
Genus dicitur quinque modis. 184
Genus ſumitur quattuor modis. 184
Genus quid. 183
Genus multiplex. 183
Gradus ſunt in duplici differentia. 186
Gradus quid. 185
Gradus primitatis quid. 186
Gratia duplex. 185
Gratia operans quid. 185
Gratia cooperans quid. 185
Gratia & charitas quomodo differant. 185
Gratia an ponatur in aliqua potentia. 185
Gratia an ſit in eſſentia animæ, vel in potentia. 29
Gratia quomodo ſit in eſſentia, & potentia animæ. 29
Gratia eſt qua Deus habet aliquem gratum. 87
Gratia quid. 184
Gratia an poſſit augeri in infinitum. 29
Gratiæ, & charitatis diſtinctio. 184
Gratiam non poſſe augeri in infinitum dupliciter. 29
Græcorum opinio de proceſſione Spiritus ſancti. 245
Gregorij Ariminenſis opinio de ordine originis. 228
Gulielmi Ocham opinio de ordine originis. 228

LITTERA H.

Habere quot modis dicatur. 191
Habitui quattuor proprietates attribuuntur. 189
Habitus a quibus, & quomodo cauſetur. 188
Habitus quot modis ſumatur. 188
Habitus practicus an ſit actiuus. 188
Habitus practicus quomodo ſit actiuus. 189
Habitus generatus ex actibus qualis. 189
Habitus quid. 189

Habitus ſunt quadruplices. 190
Habitus in brutis poſſunt aggenerari. 190
Habitus quotuplex. 186
Habitus non eſt cauſa totalis actus. 187
Habitus quomodo ſit actiuus. 187
Habitus ad quid ponatur in voluntate. 190
Habitus datur potentia ꝓpter quattuor. 190
Habitus proprie non eſt in Deo. 190
Habitus ſupernaturales quattuor. 187
Habitus eſt gratia actus. 183
Haecheitas quorum ſit. 145
Hierarchia quotuplex. 191
Hierarchia Angelorum triplex. 76
Homo an ſit perfectius aĩal quam equus 191
Homo eſt aĩalitas, an ſit vera propoſitio. 191
Homo quomodo fiat pallidus. 72
Homo quare debuerit reparari, & non Angelus. 31
Homo an ſit prior homine. 93
Homo eſt indiſpoſitus ad finem ſupernaturalem. 2
Homo eſt redemptus, quia aliena tentatione cecidit. 31
Homo an prædicetur de tribus perſonis diuinis. 47
Homo eſt redemptus, quia tota ſpecies cecidit in vno parente. 31
Hominem inclinari ad beatitudinem non eſt ſupernaturalitas. 11
Humanitas eſt tantum humanitas, quomodo intelligatur. 105
Humanitas quid. 192
Humanitas eſt riſibilitas, quomodo intelligatur. 52

LITTERA I.

IDea quid. 192
Idea quid ſecundum Scotum. 192
Idea quomodo ſit adoranda. 195
Idea hominis quomodo ſit perfectior equi Idea. 195
Ideæ an ſint relatiuorum. 194
Ideæ an ſint cõplexorũ, vt propoſitiones. 195
Ideæ quomodo dentur ſecundũ Platonẽ. 195
Ideæ diffinitio. 193
Ideæ infinitæ an ſint in Deo. 193
Ideæ an ſint omnium ſingularium. 193
Ideæ an ſint ponendæ ſeparatæ. 194
Idearum poſitio, quæ fuerit Platonis. 193
Ideas in mente diuina negauit Ariſtot. 232
Idem prædicatur de ſeipſo, an ſit propoſitio per ſe. 235
Idem ſub eadem ratione formali eſt obiectum intellectus, & voluntatis. 224
Identica prædicatio abſtracti de abſtracto non eſt vera. 166
Identitas quomodo poſſit eſſe in effectibus aliarum cauſarum. 94
Ignire, & calefacere ſunt effectus ignis. 70
Ignis forma agit in actu. 183
Ignis in fornace quare non habuerit actionem ſuam. 177
Illuminatio Angelica quid. 204
Imago an rem perfecte repræſentet. 7
Immanentes operationes quæ ſint. 61
Immortale, & mortale quomodo opponantur. 38
Imperfectio an ſit in diuinis. 197
Imperfectio quot modis ſumatur. 51
Imperfectio quid. 204
Incarnatio an fuerit præuiſa ante lapſũ. 253
Incarnatio quid. 254
Incarnatio Chriſti a quibus ſit. 252
Includens quot modis ſumatur. 195
Incorruptibilis, et corruptibilis differẽtia. 115
Indiuiduum cõiter ponitur eſſe triplex. 111
Indiuiduum an ſit perfectius alio. 196
Indiuiduum ſignatum & vagum quid. 196
Indiuiduatio ſubſtantiæ an ſit per materiam. 18
Inæqualitas vbi inueniatur. 161
Inæqualitas formalis quomodo cauſet formas ſpecificas. 36
Inferius poteſt dici accidens ſuperiori. 112
Infinita negatiue quæ ſint. 197
Infinitas, & neceſſitas an cognoſcantur a nobis. 108
Infinitas eſt modus intrinſecus in Deo. 116
Infinitum quid. 196
Infinitum an ſit a nobis cognoſcibile. 196
Infinitum negatiue an poſſit intelligi a nobis. 197
Infinitum in potentia quid. 197
Ingenitum an ſit proprietas conſtitutiua Patris. 198

Ingenitum non conſtituit Patrem. 198.
Ingenitum qualiter intelligatur eſſe ad ſe. 198
Ingenitum an præcedat Patrem. 199
Ingenitum duplex. 199
Ingenitum & innaſcibile quid. 197
Inhærentia quid. 204
Innaſcibile an ſit proprietas Patris. 198
Innaſcibile quid dicat in Patre. 197
Integritas quot modis accipiatur. 204
Integritas phyſica quid. 204
Integritas Metaphyſica quid. 204
In qualibet creatura ſunt tria. 7
Intellectus an ſit præſtantior voluntate. 84
Intellectus creatus intelligit infinita actu non in ſe, ſed in eſſentia. 30
Intellectus creatus videndo Deum, non poteſt videre omnia quæ Deus facit. 29
Intellectus diuinus non mouetur a rebus. 30
Intellectus Dei an intelligat infinita. 203
Intellectus noſter diſponitur ad finem ſupernaturalem duobus modis. 2
Intellectus quomodo diſtinguatur ab obiecto. 203
Intellectus accipitur quandoque pro potentia. 62
Intellectus quid. 199
Intellectus opiniones. 199
Intellectus eſt potentia actiua. 200. 207
Intellectus agens & poſſibilis quid. 200
Intellectus agens eſt omnia facere, quomodo intelligatur. 200
Intellectus poſsibilis eſt omnia fieri, quomodo ſit intelligendum. 200
Intellectus agentis, & poſſibilis diuiſio. 200
Intellectus agens, an ſit nobilior poſſibili. 200
Intellectus propter quid ponatur in creaturis. 101
Intellectus poſſibilis ponitur in creaturis propter quattuor. 201
Intellectus poſſibilis ad quid ponatur in diuinis. 201
Intellectus agens, & poſſibilis quomodo ſit in Angelis. 202
Intellectus diuinus intelligit omnia. 202
Intellectus diuinus intelligit infinita à ſe, in ſe, & actiue. 30
Intellectio cauſatur ab itellectu et obiecto. 71
Intelligentia aſſiſtit orbi. 211
Intelligere diuinum præcedit natura dictionem actiuam, & paſſiuam 137
Intelligere Dei eſt ſua ſubſtantia. 62
Intentio prima quid. 204
Intentio ſecunda quid. 204
Intrinſeca cauſa quid. 92
Iuſtitia quid. 221

LITTERA L.

Lentulitas dicitur a lentulo. 145
Liberum arbitrium quid. 205
Libertas an ſit de eſſentia voluntatis. 205
Libertas quotuplex. 205
Libertas quot modis dicatur. 205
Libertas eſt de eſſentia voluntatis. 6
Locus duobus modis conſideratur. 206
Locus ſecundum Ariſt. quid. 206
Locus aliquando eſt ſitus. 206
Locus contradictionis qualis ſit. 207
Lumen gloriæ an deneganerit Scotus. 2
Lumen maius quomodo dicatur offuſcare minus. 207
Lux æterna an ſit intellectui noſtro ratio cognoſcendi. 207

LITTERA M.

Malum triplex. 208
Materia an ſit cognoſcibilis a nobis. 208
Materia duplex. 208
Materia triplex. 208
Materia diuerſis nominibus nominatur. 208
Materia, & forma an ſint eiuſdem naturæ. 209
Materia quomodo ſit ens. 209
Materia, & forma quomodo ſint diuerſa. 209
Materia an poſſit intelligi ſine forma. 209
Materia inferiorum an ſit eiuſdem rationis cum materia cæleſtium. 210
Materia an ſit principium indiuiduationis. 19
Materia Angelorum nullam habet quan-

 titatem

- *titatem.* 75
Materia an poſſit eſſe ſine forma. 23
Materia an ſit pura potentia. 23
Materiam eſſe puram potentiam ſumitur dupliciter. 23
Materiam eſſe ſine forma quomodo intelligatur. 23
Mater an habeat rationem paſſiui. 27
Matris falſitates ſunt duæ. 211
Medium repræſentatiuum diuinæ eſſentiæ non eſt poſſibile. 20
Medium an componatur ex extremis. 211
Memoria fœcunda quid. 8
Memoria fœcunda eſt principium formale generandi filium. 211
Memoria fœcunda eſt principium productiuum Verbi. 148
Metaphyſicus non conſiderat propria Dei ſupernaturaliter. 3
Modi intrinſeci in Deo, & creaturis quid. 212
Modi intrinſeci in quo genere reponantur. 213
Modus intrinſecus quid. 211
Morales virtutes an ſubiectentur in voluntate. 33
Moralis actus indifferens, datur. 59
Mortale & immortale quomodo opponantur. 28
Motus Angelorum an ſit organicus. 18
Motus quid. 213
Motus diuiſio. 213
Motus non eſt ad relationem. 239
Mulier appetit virum, & materia formã, explicatur. 80
Multiplicatio eſt per hæcheitatem Metaphyſice. 19
Multiplicatio eſt per materiã phyſice. 19
Mundus an potuerit eſſe ab æterno. 15
Mutatio in quibus ſignis fiat. 213
Mutatio an ſit in Deo. 213
Mutatio realis quid. 214
Mutatio intentionalis quid. 214

LITTERA N.

Natura eſt principium natiuitatis. 205
Natura naturata quid. 216
Natura naturans quid. 216
Natura quot modis ſumatur. 215
Natura intellectualis, & natura viuens abſtrahunt a ſe inuicem. 217
Naturæ ordo quid. 226
Naturale quot modis accipiatur. 215
Neceſſarium dicitur multis modis. 217
Neceſſitas, & infinitas an cognoſcantur a nobis. 108
Neceſſitas eſt exiſtentia per ſe. 217
Neceſſitas multiplex. 217
Neceſſe duplex. 218
Negatio priuans quid. 218
Negatio multiplex. 218
Negatio infinitans quid. 218
Negatio negans quid. 218
Negatio duplex. 219
Negationes duæ quomodo faciant vnam affirmationem. 218
Negationis, & affirmationis conuenientia. 70
Nomina pure abſtracta quæ ſint. 220
Notionalia nomina quæ ſint. 220
Nullum finitum poteſt repræſentare infinitum. 20
Numeri diuiſio. 222
Numeri deſcriptiones. 223
Numerus in Deo quid. 222
Numerus an ſuſcipiat magis, & minus. 222
Numerus electorum an poſſit augeri, & minui. 222
Numerus damnatorum an poſſit augeri, & minui. 222
Numerus quotuplex. 222
Numerus numerans quid. 222
Numerus numeratus quid. 223
Numerus an ſit in Deo. 221

LITTERA O.

Obiecta diuerſa, an habeant intellectus, & voluntas. 223. & 224
Obiectum, an dicatur corruptibile, vel incorruptibile. 114
Obiectum mouere intellectum quid. 224
Obiectum intellectus, an ſit quidditas rei materialis. 7

Obie-

Obiectum intellectus duplex. 7
Obiectum intellectus quid. 223
Obiectum terminatiuum quid. 223
Obiectum motiuum quid. 223
Obſcuritas quotuplex, & quid. 100
Omnia ſunt Deo præſentia ſecundum eſſe intelligibile, & obiectiuum. 13
Omnia quæ exiſtunt, an ſint in Deo ſecundum propriam exiſtentiam. 13
Omnipotentia Dei an ſit reſpectu eorum quæ ſunt præter naturam. 225
Omnipotentia quot modis ſumatur. 225
Omnipotentia Dei an ſit reſpectu impoſſibilium. 226
Omnipotentia ſua, an Deus poſſit cauſare impoſſibilia. 226
Operationes immanentes ad intra, quæ. 227
Opinio Bacconitani de ordine originis. 228
Opinio quadruplex de charitate. 86
Opinio S. Tho. eſt eadem cum opinione Scoti de attributis. 9
Opinio Platonis de Ideis. 194
Opinio quid. 229
Opinionum diuerſitas circa raptum Pauli. 95
Oppoſitio ſumitur duobus modis. 165
Ordo demonſtrationis quid requirat. 2
Ordo doctrinæ quid poſtulet. 2
Ordo duplex prioritatis in ſubſtantia. 237
Ordo naturæ quid. 226
Ordo naturæ ſecundum Scotum quid. 227
Ordo naturæ an ſit inter operationes diuinas. 227
Ordo duplex in ſubſtantia. 246
Ordo originis ſumitur quadrupliciter. 42
Ordo originis quid. 42. & 227
Ordo originis an ſit in diuinis. 41
Ordo repræſentat ſummam beatificam delectationem. 7
Originis ſigna quæ ſint. 42
Originale peccatum an ſit contractum ex carne. 25
Originale peccatum quomodo animam inficere poſſit. 25
Originale peccatum dupliciter contrahi poteſt. 27
Originale peccatum an ſit fomes. 25

LITTERA P.

Partes quomodo includant totum. 195
Paſſio an realiter differat a ſuo ſubiecto. 229
Paſſio ſemper conſequitur ſubiectum. 102
Paſſio quid. 229
Pater, & Filius quomodo ſpirent vt vnum principium. 231
Pater ſolus in diuinis dicit Verbum. 136
Pater eſt prius origine Pater, quam Filius ſit Filius, duæ cauſæ aſſignantur. 58
Pater, & Filius quomodo ſint vnum principium Spiritus ſancti. 231
Pater ſpirat a ſe, & Filius a patre quomodo intelligatur. 58
Pater genuit filium voluntate, quomodo intelligatur. 230
Pater & Filius diligũt ſe Spiritu ſancto quomodo intelligatur. 13
Pater an habeat rationem actiui. 27
Pater, & Filius an ſint duo ſpirantes, vel duo ſpiratores. 10
Pater, & Filius diligunt ſe Spiritu ſancto, an ſit vera propoſitio. 12
Pater, & Filius quomodo diligant ſe. 142
Paulus an habuerit fidem, ſpem & charitatem. 96
Paulus in raptu, an fuerit beatus. 95
Peccator quomodo remaneat formaliter peccator. 37
Peccatum primi Angeli, an fuerit ſuperbia. 22
Peccatum quomodo habeat cauſam. 57
Peccatum primi Angeli, an fuerit luxuria. 22
Peccatum eſſe primum, poteſt intelligi duobus modis. 22
Peccatum duplex. 21
Per, quid dicat. 229
Perpetuitas, & ſecuritas, an ſint de eſſentia beatitudinis. 38
Perſona an conſtituatur per relationes poſitiuas. 232
Perſona an dicatur vniuoce de tribus perſonis. 233

Per-

Perſona an ſit ad ſe ſicut eſſentia. 69
Perſona quomodo ſit incommunicabilis. 233
Perſona quid. 232
Perſonæ diuinæ quomodo ſint æquales. 162
Perſonæ an conſtituantur per relationes. 11
Perſonæ quomodo conſtituantur. 117
Perſonarum diuinarum eſt vna æternitas. 162
Philoſophi diſcordant de materia ſuperiorum, & inferiorum. 210
Platonis quæ fuerat Idearum poſitio. 193
Plura eſſe an ſint in Chriſto. 255
Poſſeſſio eſt ex noſtris operibus. 14
Poteſtas conſecrandi, & abſoluendi, an ſit vna. 37
Poteſtas conſecrandi, & abſoluendi conſideratur duobus modis. 38
Potentia non quietatur niſi in eo in quo ſaluatur. 1
Potentia duplex. 236
Potentia actus duplex. 57
Praxis quid. 233
Præcepta negatiua quomodo obligent. 81
Prædeſtinatio conſideratur duobus modis. 14
Prædeſtinatio quid. 234
Prædeſtinationis cauſa, an ſit præſcientia. 13
Prædeſtinatus cur non dicatur Deus. 234
Prædicata dicta de Deo ſunt duplicia. 47
Prædicatio identica quid. 54. & 235
Prædicatio denominatiua eſt duplex. 128
Præmium eſſentiale quid. 81
Præmium accidentarium quid. 81
Præſcientia an ſit cauſa prædeſtinationis. 13
Primitatis gradus quid. 186
Primum ſignum originis quid. 228
Primus modus dicendi conſideratur duobus modis. 135
Principia ſcientiæ continent totam ſcientiã virtualiter. 3
Principium duplex. 8
Principium actiuum duplex. 27
Prioritas accipitur quinque modis. 45
Prioritas ſecundum durationem, quæ ſit. 43
Prioritas ſecundum naturam, quæ ſit. 43
Prioritas ſecundum perfectionem, quæ ſit. 43
Prioritas ſecundum rationem, quæ ſit. 43
Prioritas ſecundum originem, quæ ſit. 43
Prioritas generationis non eſt in diuinis. 43
Prioritas originis quid. 228
Priuatio quadruplex. 198
Priuatio gratiæ an remaneat in peccatore poſt actum peccati. 37
Prius & poſterius, an ſit in diuinis. 41
Pro, quid dicat. 229
Productiones diſtinguuntur per hoc, quòd vna productio eſt ab vna perſona, alia a duabus. 10
Productiones an diſtinguantur ſeipſis. 10
Productiones diſtinguuntur originatiue, & formaliter. 11
Productio naturalis duplex. 219
Propoſitio per ſe nota, quæ ſit. 6
Proprietas an conſtituat perſonam. 12
Proprietas poſitiua, vt eſt diſtincta a relatione, non conſtituit perſonam. 12
Proprietas Filij non generatur. 167
Proprietas, & eſſentia quid. 146
Proprietas conſideratur duobus modis. 12

LITTERA Q.

QValitas a toto genere, an ſit perfectior quantitate. 237
Quantitas an realiter diſtinguatur a ſubſtantia. 238
Quantitas an ſit de genere actiuorum 238
Quantitas an ſit nobilior qualitate. 238
Quantitates quot modis dicantur. 55
Quantitatis modus ſecundum virtutem qualis ſit. 161
Quattuor ſunt quæ quærimus. 238
Quæ cauſæ contineant ſuos effectus. 92
Quæ demoſtrentur de Deo. 108
Quæ ſint ea, quæ ſunt a caſu. 91
Quæ ſint quæ diſtinguuntur formaliter, & realiter. 143
Quæ ſint illa quæ, deſtructis illorum cauſis, remanent. 92

Quæ-

Quæcumque ſunt realiter idem vni tertio, ſunt realiter inter ſe. 164
Quibus vijs poſſimus deuenire in cognitionem diuinorum. 237
Quidditas rei ſenſibilis, & materialis quo modo differant. 7
Quod, quid ſit. 239
Quo quid ſit. 239
Quo pura quænam ſint. 239
Quo, & quod quomodo diſtinguātur. 148
Quomodo ex nihil aliquid fiat. 219

LITTERA R.

REalitas duplex. 24
Rationale quid. 239
Relatio realis an poſſit eſſe in Deo ad Creaturas. 12
Relatio diſtincta a proprietate poſitiua non conſtituit. 12
Relatio an conſtituat perſonam. 12
Relatio diſparata quomodo ſit conſtitutiua perſonæ. 10
Relationes diuinæ an dicant dignitatem. 240
Relationes duæ ſunt in Patre. 241
Relationes duæ ſunt in Filio. 241
Relatiuum an diffiniatur. 240
Reſilire, ſumitur duobus modis. 23
Res quot modis accipiatur. 241
Res a quo habeat eſſe. 241
Res vbi habeant verius eſſe, vel in intellectu, vel in voluntate. 241
Res vnde veniat. 241
Riſibilitas quot modis accipiatur. 230
Rubor vnde cauſetur. 72

LITTERA S.

SAcramentum quid. 242
Sapientia quid. 242
Sapientiæ, & ſcientiæ diſtinctio. 110
Sapientiæ, & ſcientiæ differentia. 242
Scientia qualibet quomodo poſſit tractare de quidditatibus. 156
Scientia in patria quomodo in intellectu noſtro, & Beatorum. 65
Scientia multiplex. 244
Scientia tribus modis ſortitur ſuam nobilitatem. 244
Scientia infinita vocatur a Scoto memoria fœcunda. 8
Scientia quid. 243
Scientia duplex. 3
Scientiæ ſunt ſeptem conditiones. 243
Scientiæ principia continent totam ſcientiam virtualiter. 3
Scientiam contineri quomodo intelligatur. 3
Scoti regula de contradictorijs. 52
Scoti regula de ſubiecto quomodo intelligenda. 50
Scoti opinio de Theologia. 248
Scotus quid intelligat per ſigna originis. 44
Secundum ſignum originis quid. 228
Secundum, & tertium adiacens quid. 69
Serra non eſt proprie inſtrumentum actiuum. 69
Signa Scoti de creatione, & lapſu. 253
Singulare an ſit cognoſcibile. 244
Singularium cognitio duplex. 21
Species vnica in intellectu Angelico repræſentans diuinam eſſentiam, an detur. 20
Species quomodo ſe habeant in potentia obiectiua. 80
Species repræſentat ſummam plenitudinem. 7
Spirans an ſit adiectiuum. 10
Spirator an ſit ſubſtantiuum. 10
Spirationis ordo. 58
Spiratio actiua in Filio non eſt conſtitutiua perſonæ. 10
Spiritus dicitur anima rationalis. 73
Spiritus ſanctus diſtinguitur a Filio per ſpirationem paſſiuam. 9
Spiritus ſanctus quomodo ſit amor. 244
Spiritus ſanctus an procedat a Patre, & Filio. 244
Spiritus ſanctus ſi a Filio non procederet, an diſtingueretur ab eo. 10
Spiritus ſancti productio cur magis dicatur libera, quam naturalis. 216
Spiritus ſancti productio quare ſit libera. 216

Subal-

Subalternantis, & ſubalternatæ ſcientiæ conditiones. 4
Subiectum quomodo ſit prius paſſione. 226
Subſiſtentia, eſſentia, & exiſtentia quid. 250
Subſiſtere quot modis capiatur. 246
Subſtantia an ſuſcipiat magis, & minus. 246
Subſtantia indiuiduatur hacheitate ſecundum Scotum. 19
Subſtantia, & qualitas ſunt de genere actiuorum. 237
Subſtantia an poſſit recipere qualitatem. 187
Subſtantiæ an indiuiduentur per materiam. 18
Subſtantiarum eſt tantum vna abſtractio. 51
Subſtantiua verba quæ ſint. 50
Subſtantiui, & adiectiui ſignificatum formale eſt idem. 10
Subſtratum quid. 54
Superius quomodo contineat inferius. 247
Sapientia, ideſt ſapida ſcientia. 248
Suppoſita diuina ſunt producta elicita præciſe. 158

LITTERA T.

Tempus & vita vniuſcuiuſque habet periodum. 114
Terram eſſe rotundam, poteſt probari ab Aſtrologo, Mathematico, & Naturali Philoſopho. 2
Terminandi ratio eſt duplex. 26
Theologia quomodo ſit nobiliſſima. 244
Theologia dicitur contemplatiua, & practica. 247
Theologia neceſſariorum an ſit practica. 248
Theologia diuiditur in practicam, & ſpeculatiuam. 4
Theologia in noſtro intellectu eſt practica. 4
Theologia an debeat dici ſapientia. 248
Theologia duplex. 249
Theologia in nobis quid. 249
Theologia Dei an ſit ſcientia. 243
Theologia noſtra an ſubalternetur ſcientiæ Dei, & Beatorum. 3
Theologiæ conſideratio quadruplex. 4
Theologiæ ſubiectum an ſit Deus. 249
Totum an poſſit eſſe ſine partibus. 248
Totum quomodo includant partes. 195
Traſcendentia quæ ſint. 247
Tranſmutationes paſſiuæ an fiant per reuerſionem materiæ. 37
Tripliciter contingit loqui de tempore. 113

LITTERA V.

Varietas cauſarum, an variet ſpeciem. 2
Venenum eſt bonum ſerpentibus, & malum nobis. 82
Verbum continet omnem perfectionem. 26
Verbum an potuiſſet aſſumere plures naturas. 26
Verbum an fuiſſet incarnatum ſi homo non peccaſſet. 252
Verbi totale principium an ſit eſſentia. 147
Verum quomodo ſit obiectum adæquatum intellectus. 224
Veritas vbi reperiatur. 250
Veritas & falſitas ſunt in propoſitione vocali. 250
Veſtigium in quibus reperiatur. 8
Veſtigium quomodo repræſentet veſtigiatum. 7
Veſtigium conſiſtit in tribus rebus. 8
Viator an poſſit habere conceptum diſtinctum de Deo. 249
Via cognoſcendi duplex. 6
Virgo beata in ſui conceptione, an contraxerit maculam originalis peccati. 27
Virtutes in appetitu poſſunt eſſe duobus modis. 33
Viſio eſt tota merces. 85
Vita duplex, & duplex eſſe eſt in Chriſto. 28
Volitionis actus a quo cauſetur. 25
Voluntas comprehenſoris duobus modis conſideratur. 6
Voluntas in nobis triplex. 250. & 251
Voluntas quotuplex. 251
Voluntas an ſit libera. 251

Vo-

Voluntas Dei quomodo ſit cauſa prædeſtinationis. 14
Voluntas apprehendens vltimum finem an neceſſario fruatur. 5
Voluntates quattuor fuerunt in Christo. 251
Voluntates duæ an fuerint in Chriſto. 30
Voluntates duas fuiſſe in Chriſto quomodo intelligatur. 30
Voluntatis actus duobus modis conſideratur. 25
Vnica neceſſitas eſſendi eſt in diuinis. 177
Vnitates conſtituunt, & non componunt numerum. 221
Vniuoca & æquiuoca cauſa quid. 91
Vnum eſſe, an plura ſint in Chriſto. 27
Vnum repræſentat vnitatem primi principij. 8

FINIS.

Regiſtrum.

* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S D V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll.

Omnes ſunt duerniones præter Ll ternio.

Siluestri Brancondij .

Δίστιχον.

Ἔργον θαύμαστον. Σκότος, καὶ Θώμας ἑταῖροι.
Δεῖξαι Σαρνάνος Δαίδαλος, ἠδὲ καλός.

Latine redditum.

Res mira eſt Scoto Thomas diuinus amicus,
Sarnani hoc nobis praſtitit ingenium.

5-4